DECISIONVM CVRIAE ARCHIEPISC.^LIS NEAPOLITANAE.

In quibus Praxis rerum Ciuilium, Criminalium, & Ecclesiasticarum in eadem Curia tractatarum dilucidè continetur.

PARS SECVNDA.

Opus omnibus Curijs, Prelatis, Officialibus, & Iudicibus Ecclesiasticis, Causarum Patronis, ceterisq; in vtroq; foro versantib. vtilissimum.

Nunc secundò in lucem editum, & multis ab hinc annis desideratum.

AVCTORE
IOAN. ALOYSIO RICCIO
VIRO PATRITIO ET CANONICO NEAPOLITANO,
ac vno ex Consultoribus eiusdem Curiæ.

Accessere duo Indices locupletissimi, quorum primus Argumenta Decisionum, alter res notatu dignas facillimè demonstrat.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO REGIO.



NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorigij. M.DC.XXIII.

EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.

Illustrissimo, ac euRerendissimo Domino

D. PETRO CAMPOREO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

IOAN. ALOYSIVS RICCIVS CANONICVS NEAP. F.

ALexander ille Magnus, cùm celeberrimum Achillis incidisset in tumulum, te, inquit, fortunatum, qui adeo præclaram nactus es tubam, quæ te posteritati omni immortalem prorsus asseruit. Easdem ferè voces, Cardinalis Illustrissime, subaudire mihi licebit quam sæpissimè, cùm quis hoc meum qualecunque manu teret opus te, ille inquiet fælicissimum, qui tam egregium nactus es operis tui patronum, sub cuius vmbra viriditatem nominis tui, vel ipso senescente, ac marcescente orbe terrarum nunquam sis amissurus. tantum confert ad res immortalitate donandas, vel solius auctoritas Nominis. Et quidem Amplissime CAMPORE, quis opus meum videbit, nec inuidebitur? quis aspiciet nec suspiciet? quis nomen in eo tuum spectabit. & quasi numen non venerabitur? hoc vnum me vetustatis telis reddet impenetrabilem: hoc firmissimus mihi Clypeus erit cõtra temporis arma validissima. denique cum cætera omnia ætas abolere parauerit, te præside, illam cum ea gratiam inibo, qua sospes è communi euadam excidio, velut alter Æneas ex Iliacis ruinis, atque procellis. Etenim si Demetrius ille interminatum Rhodijs condonauit incendium, eo quod apud eos Protegenis opus insigne Ialysi insula simulachrum reperisset. quanto magis tuum operi meo no-

Illustrissimo, ac euRerendissimo Domino

D. PETRO CAMPOREO S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

IOAN. ALOYSIVS RICCIVS CANONICVS NEAP. F.

ALexander ille Magnus, cùm celeberrimum Achillis incidisset in tumulum, te, inquit, fortunatum, qui adeo præclaram nactus es tubam, quæ te posteritati omni immortalem prorsus asseruit. Easdem ferè voces, Cardinalis Illustrissime, subaudire mihi licebit quam sæpissimè, cùm quis hoc meum qualecunque manu teret opus te, ille inquiet fælicissimum, qui tam egregium nactus es operis tui patronum, sub cuius vmbra viriditatem nominis tui, vel ipso senescente, ac marcescente orbe terrarum nunquam sis amissurus. tantum confert ad res immortalitate donandas, vel solius auctoritas Nominis. Et quidem Amplissime CAMPORE, quis opus meum videbit, nec inuidebitur? quis aspiciet nec suspiciet? quis nomen in eo tuum spectabit. & quasi numen non venerabitur? hoc vnum me vetustatis telis reddet impenetrabilem: hoc firmissimus mihi Clypeus erit cõtra temporis arma validissima. denique cum cætera omnia ætas abolere parauerit, te præside, illam cum ea gratiam inibo, qua sospes è communi euadam excidio, velut alter Æneas ex Iliacis ruinis, atque procellis. Etenim si Demetrius ille interminatum Rhodijs condonauit incendium, eo quod apud eos Protegenis opus insigne Ialysi insula simulachrum reperisset. quanto magis tuum operi meo no-

men proderit contra ſæuientis, & cuncta vertentis æui furores; contra demolientis, & omnia immutantis ætatis impetus, atque ſucceſſus cum mutabit orbis, cùm diſſoluetur ordo rerum cum dehiſcet tellus, fatiſcent Tartara, viuam ipſe in meo opere tuo munere, dignißime PETRE, & in rerum vniuerſarum motu, atque mutatione immotus, immutatuſq; perſiſtam. Nimirum ita mihi pollicetur, benignißima poteſtas tua, tui nominis admiranda maieſtas. Sola voce Marius lictores exterruit, cum illos in ſuum interitum vidiſſet accinctos. Tu ſolo nomine omnes à me propulſabis contumelias, omnes repelles iniurias, quas inferre parauerint aduerſarij: non enim pro me ſtabis contra temporis tantam violentiam, ſed etiam contra maleuolorum perfidiam ſi quis nomen proprium homeromaſtix dente liuido me lacerare præſumet, non audebit certè cum tuo me ſub patrocinio receptum viderit; ſic quantumcunque deliquerit inſcitia ingenij mei, Patroni compenſabit auctoritas, & quidquid malè ſcribendo peccauerit calamus, optimi propugnatoris reſarciet dignitas. Hac igitur ſpe fretus humanitatis tuæ, qua nunquam fraudari me poſſe confido; en alteram operis mei partem; tibi (Illuſtrißime) addico; tu grati animi officium ne dedignare; meq; in tuam fidem receptum tuere, atque defende.

Ad Dei gloriam.

IOAN. DOMINICVS BOVE
Neapolitanus Lectori S. P. D.

SVperioribus annis priorem partem Decisionum Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ ab Ioan. Aloysio Riccio I. C. Clarissimo collectarum, edendam curaui: Nec non anno iam elapso M. DC. XXII. tertiam emisi earumdem partem vna cum Argumentorum Repertorijs, & Indice rerum notabilium copiosissimè à me elaboratis. Quia vero, velut in Epistola ipsius prioris partis exposuisse me recordor. Secunda decisionum eiusdem Curiæ pars summa cum celeritate Lucelli auiditate à Typographo quodam fuit typis tradita non sine mendis passim illapsis subueniendum putaui. Quamobrem cum eiusdem secundæ Partis Repertoria viderim fallacia, non modo, quia Alphabeti ordine digesta non erant, sed repertu infidelia, non labori parcens, sed tuæ (Lector humanissime) inseruiturus commoditati, iam inde ab initio exorsus, eadem confeci Repertoria, quæ vocant, ac redegi in ordinem, qui in prima, tertiaque seruatur. Insuper, quia in numero Decisionum, qui citabatur, (erant enim eæ tercentum) vna deerat, eam ego addidi. Et quia aliquid loci supererat, duas adnexui. Itaque duas & tercentum decisiones habes. In quarum impressione eam adhibui diligentiam, industriamque, quæ fieri potuit. Interim meum benefaciendi studiosis animum boni cõsulas velim, ac breui post temporis interuallo à me septimam partem Collectaneorum, & quartum earundem Decisionum tomum ab alio Typographo, (vt audio) extortam, de cuius correctione te (Amantissime lector) Iudicem peto, expecta. Diues enim & copiosa est officina, Vnde cum tot in dies exeant merces non ideo pauperatur, imo magis abundat, opibusque veteribus recentiores succedunt vberius. Vale. Neapoli. XIII. Kal. Sextileis. 1623.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM.

A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO Denuò Alphabetica serie dispositus.

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM.

A IO. DOMINICO BOVE NEAPOLITANO Denuò Alphabetica serie dispositus.

con-

Iuspa-

Pœna

FINIS.

DECISIONES CVRIAE ARCHIEP. NEAPOLITANAE.

AVCTORE IOAN. ALOYSIO RICCIO Canonico, ac Viro Patritio Neapolitano, vno ex Consultoribus eiusdem Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum à furioso est nullum.*
2 *Furor probatur, si testes deponunt de pluribus actibus furoris, & de publica voce, & fama.*
3 *Furor de præsenti, præsumitur in futurum durare.*
4 *Actus gestus à furioso, præsumitur factus tempore furoris.*
5 *Non valet testamentum furiosi non habentis lucida interualla, etiam si benè testatus fuerit.*

Ad effectum separationis Thori, quomodo probetur furor.

DECIS. I.

1 Absolutissimũ est axioma in iure, matrimonium contractum à furioso esse nullum, cap. dilectus de sponsal. cap. neque furiosus, 32. quæst. 7. Enriquez in summa Theologię moralis, lib. 11. c. 4. §. 3. Thesau. fori Ecclesiæ, c. 2. par. 2. nu. 99. Couar. de sponsal. par. 2. nu. 5. & 8. Thesaur. in decis. 130. Maceratens. in dec. 43. & iuxta hanc opinionem fuisse in Rota decisum testatur Seraph. decis. 228. & ad hoc faciunt quæ latissimè scripsit Ias. in l. patre furioso in 3. col. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, furiosus enim quidquid agit ignorat, l. in negotijs, ff. de reg. iur. l. si quis alicui ff. de acquirenda hæred. Alciat. responso 20. nu. 5. tom. 1. lib. 4. Crotus cons. 5. nu. 23. vbi ampliat, procedere etiam si ad pias causas disponeret, latè alia similia adducit Ioseph Lud. in dec. Perus. 1. nu. 12. & seq.

2 Dubitatio tamen orta est, quomodo probetur furor, ad effectum separationis thori, & vnus ex Dominis dicebat, probandum esse, specificando plures actus, ac signa exteriora furoris, ex quibus probari furorem voluerũt Couar. d. par. 2. nu. 6. Alex. de Neuo in cons. 38. num. 5. Paris. cons. 87. nu. 4. vol. 3. Barbat. cons. 59. col. 6. vol. 2. Soc. cõs. 42. nu. 2. & in cons. 61. nu. 13. vol. 1. Gram. cons. 18. nu. 8. Farinac. de pœnis temper. q. 94. latissimè Mascard. de probat. concl. 502. vol. 2. & magis in specie Rota Romana in decis. 107. & 134. par. 2. Rota Macerat. d. decis. 43. Gamma in dec. 100. immò si testes, qui deposuerunt de furore, attestarentur de publica voce, & fama, ex hoc pariter probatur furor, licet testes sint singulares, Paris. in cõs. 87. nu. 7. & Rota diuers. in dec. 107.
3 nu. 12. & his etiã accedit, quod furor de præsenti præsumitur in futurum durare, Paris. d. cons. 87. nu. 12. Couar. in d. par. 2. n. 6. Farinac. in d. q. 94. nu. 52. cum seq. Rota Rom. in d. dec. 107. nu. 26.
4 & actus gestus à furioso præsumitur in dubio factus tempore furoris, quamuis haberet dilucida interualla, vt post alios firmauit Paris. in citato cons. 87. nu. 13. cum sequen. post Bar. in tract. de testib. §. opposita nu. 98. & ex notatis per Ias. in d. l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. & cap. fin. de success. ab intest. & hinc euenit,
5 quod furiosus non habens dilucida interualla, etiam quod ritè testatus fuerit, eius testamẽtum non valet, immò etiam si habeat dilucida interualla, nisi in specie probetur, quod tempore celebrati actus erat sanæ mentis, gesta similiter non valent, Bar. in §. item furiosi, instit. quib. non est permissum facere testam. quem sequitur Ias. in l. furiosum, in 3. limitat. qui testam. facere poss. Alex. cons. 86. lib. 2. Corn. cons. 96. col. antepen. & col. pen. Maranta in repet. l. is potest nu. 127. ff. de acquir. hæred. vbi probat multa, quomodo probetur furor, fuit tandem prouisum, ac decretum, personam esse exhibendam, ad finem percipiendi, si signa furoris ostenderet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius non est cogendus ad abiurandam concubinam.*
2 *Prælatus non debet clericum suum cogere ad concubinam abiurandam, sed si eam nollet dimittere, posset eum excommunicare.*
3 *Durum est assueta relinquere.*
4 *Iuramentum non est deferendum illi, contra quem vehementer præsumitur de transgressione.*
5 *Deferens iuramentum illis, contra quos vehementer præsumitur de transgressione, peccat.*

6 *In iuramento calumniæ debet omitti clausula de non petendis dilationibus frustatoriis.*
7 *Iuuenibus non iniungitur solemnis poenitentia.*

An Clericus concubinarius possit cogi ad abiurandam concubinam.

DECIS. II.

1 CIrca istum articulum insurrexit decisio, nõ potuisse clericum concubinarium cogi ad abiurandam concubinam, vt probat tex. expressus in c. clericos de cohab. cler. vbi habetur, quod non debet Prælatus clericum cogere ad concu-
2 binam abiurandam, sed eam nolentem dimittere potest excommunicare, Bal. in cõs. 123. vol. 1. Cach. conf. 53. nu. 5. & seq. Scrader. conf. 90. nu. 3. Enriquez conf. 60. & ratio est, quod non debet compelli ad abiurandam cõcubinam, hoc est ad renunciandum cum iuramento de non redeun-
3 do, quia de facili posset sequi periurium, cũ durum sit assueta relinquere, cap. quorundam 34. dist. & cap. fin. 28. q. 6. & iuramentum non est
4 deferendum illi contra quem vehementer præsumitur de trãsgressione, cap. ex tuarum, vbi Panor. & reliqui, qui clerici, vel vouentes, Fel. in cap. querelam nu. 7. de iureiur. Raudens. cõs. 90. nu. 3. & facit tex. in cap. ita ergo 27. q. 1. vbi non est iniungendum alicui per iuramentum, quod verisimile est, quod non debeat illud obseruare,
5 quare deferens iuramentum præfatis personis peccat ex causa interitus animæ illorum, cap. illic, & ibi gl. 22. q. 5. Rubeus conf. 23. Azeued. conf. 80. Guttier. conf. 29. vnde Spec. in tit. de iuram. cal. in principio voluit, quod in iuramento
6 calumniæ debet omitti clausula illa, de non petendis dilationibus frustratorijs, quoniam rarò cõtingeret, vt litigantes nõ essent periuri, sequitur Abb. in c. 1. col. 4. de iur. cal. Fel. in c. 1. in principio de off. ord. & in conf. 23. nu. 4. & quod iuramentum non debeat deferri ei, qui verisimiliter esset deieraturus, tradit optime Bal. per illũ tex. in l. ambiguitate C. de ind. vid. tol. & in cõs. 23. col. 1. Ioan. Andreas in c. relatum, ne clerici, vel monaci, Seraph. de iur. q. 35. & facit tex. in cap. ex tenore de sententia excommunicationis, & hinc Panor. in cap. cler. de cler. non resident. in principio dicit pulchrum verbum contra eos, qui in iudicio dicunt, iuret aduersarius, & bibat
7 sibi hoc iuramentum, eò quod tunc præsumatur de transgressione, & ob hanc causam iuuenibus non iniungitur solemnis pœnitentia, c. pœnitentes 30. dist. & gl. in cit. cap. clericos.

SVMMARIVM.

1 *Testis dictum in aliqua sui parte falsum, in reliquis falsum præsumitur.*
2 *Attestationis fundamentum dicitur esse ipsa fides, quæ est indiuidua, & ex periurio violatur.*
3 *Testis falsitas in vno articulo, arguit falsitatem in cæteris attestationibus aliorum capitulorum.*
4 *Testis falsitas in modico, etiam arguit falsitatem in reliquis. Idem in testimonio in alia causa prolato ratione periurii. nu. 5.*
6 *Periurus, à dicendo testimonio repellitur etiam post obtentam absolutionem à periurio.*
7 *Testis dictum in aliqua parte falsum, totum falsum censetur, etiam si prolatum esset pro causa pia: Idem si ignoranter, & per errorem falsum esset prolatum, nu. 8.*
9 *Testis debet attestari de his, vel quæ vidit, vel quæ sensu corporis certa esse percepit, alias dolus præsumitur, nec ignorantiæ, vel erroris excusatio prodest.*
10 *Testis falsum deponens, aduersus naturam, & iura diuina delinquit.*

Testis dictum in vna parte falsum, in reliquis partibus censetur etiam falsum.

DECIS. III.

1 CLarissima est iuris cõclusio in nostra Curia Archiepiscopali, dictum testis in vna parte falsum, in reliquis falsum præsumi, vt scripserũt gl. in cap. si testes 3. q. 4. gl. in cap. in nostra de testibus, Innoc. in cap. frater de testib. Oldrad. cõs. 37. Bal. in l. si ex falf. in fi. C. de transact. & in l. 2. C. de fideicom. liber. Abb. in cap. ex litteris col. vlt. de fide instrument. & in conf. 44. & 45. lib. 2. Grat. conf. 2. col. 2. Brun. conf. 20. nu. 22. Crauet. conf. 6. nu. 14. & conf. 9. nu. 10. Gabriel. in lib. cõ-
2 mun. conclus. 1. de crimin. enim fundamentum attestationis est ipsa fides, quę dicitur esse indiuidua, cap. iura 3. quęst. 9. & cum ex periurio fides violetur, tota ipsa attestatio corruit, & hæc sententia procedit etiam quoad capitula separata,
3 quia falsitas testis in vno articulo, arguit falsas esse cæteras attestationes aliorum capitulorum, Oldrad. conf. 37. Alex. conf. 133. nu. 7. lib. 1. & conf. 27. col. fin. Alciat. in d. l. si ex falsis nu. 15. Gabriel. cit. conclus. d. nu. 2. nam eadem ratio periurij, seù deficientis fidei, quæ totum est; modicum complectitur, & hoc in casu locum sibi
4 vendicat, & extenditur etiam si in modico consistat falsitas testis deponentis, nam adhuc præsumitur falsa attestatio in alijs partibus, Bal. in cap. non adeò col. 1. de rescript. sequitur Gabriel. in d. conclus. 4. nu. 4. quo loco ait, periurium esse in
5 modica varietate, & procedere etiam hanc sententiam in testimonio in alia causa prolato, namque adhuc præsumitur in eo falsitas ob id quod periurus est, & tanquam talis à dicendo testimonio repellitur, scribit Bal. in l. si veteris nu. 4. C. de fide instr. & in l. 2. nu. 5. de fideicom. liber. &
6 hoc etiam procedit post obtẽtam absolutionem à periurio, vt censuit gl. in cap. testimonium ex illo tex. de testibus, quam sequuti sunt Feder. de Sen. in cõs. 23. col. 2. Ias. in l. prętor ait §. is etiam nu. 5. ff. de edend. & in l. in arenam nu. 5. C. de inoffic. test. Marf. in singul. 273. prope medium,
7 & procedit etiam, si prolatum esset testimonium in causa pia, nam tunc non cessat falsitatis præsumptio, & ob id non adhibetur ei fides Corn.
8 conf. 261. col. 5. Paris. conf. 24. nu. 21. & nu. 57. lib. 3. & procedere etiam si per errorem falsum ignoranter esset attestatus, scribunt Spec. in tit. de testibus §. 1. in fi. Ioan. Andr. & Anchar. in c. fraternitatis de testib. Ang. in l. pro hærede ff. de

petit.

petit. hæred. Aret. in cap. nostra de testibus Alex. conf. 40. col. 2. lib. 2. Soc. Iun. in conf. 31. nu. 21.
9 & huius traditionis ea est ratio, quia quilibet debet ea pro testimonio dicere, quæ vidit, vel sensu corporis certa esse percepit, vt merito excusatio admittenda nō sit, & propterea in his, quæ diligentiam præcedentem requirunt, si ea adhibita non sit, dolus præsumitur, nec ignorantię, vel erroris excusatio prodest gl. in c. ad falsariorū vbi etiam Anan. de crim. fal. quod in teste maximè perpendendum est, qui non nisi consulto, & pręcedente deliberatione iuiurādum aliquo subire debet cap. ex rescripto de iureiur. & rursus testis
10 falsum deponens, aduersus naturalia, diuinaque iura delinquit, vnde ignorantia nō excusat à dolo, l. plagij C. ad l. Flauiam de plag. Menoch. de recuper. possess. remedio 5.

SVMMARIVM.

1 *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
2 *Qui semel fidem non seruauit, præsumitur quod nec in posterum sit obseruaturus.*
3 *De carcere qui semel aufugit, amplius relaxari non debet, etiam dato fideiussore.*
4 *Semel excommunicatus, semper durare in excommunicatione præsumitur.*
5 *Inimicus semel, adhuc præsumitur inimicus.*
6 *Semel dominus, semper præsumitur durare, nisi probetur mutatus.*
7 *Vnusquisque præsumitur durare in eadē volūtate.*
8 *Periurus semel, semper in posterum periurare præsumitur, & sic reiiciēdus à iuramēto præstando.*
9 *Iuramentum suppletorium non defertur, nisi personæ omni exceptione maiori.*
10 *Absoluto de periurio, potest deferri iuramentum.*

Iuramentum suppletorium, an sit deferendum alias periuro.

DECIS. IV.

1 QVoniam semel malus, semper præsumitur malus in eodē genere mali, regula semel, de reg. iur. in 6. l. si cui §. eisdē ff. de accus. c. scribebam de præsumpt. l. nō omnes §. à barba-
2 ris ff. de re milit. hinc enim vidimus, quod is qui semel fidem non obseruauit præsumitur, quod etiam in posterum nec sit eam obseruaturus, gl. Bal. & Rom. in l. Cornelia ff. ad Senatusconf. Sil-
3 lan. dixerunt, quod licet quis alias esset relaxādus à carcere, in quo ob delictum fuerat inclusus dato fideiussore, tamen si semel aufugit ex ipso carcere, relaxari non debet, quam quidem doctrinā probarunt idem Bal. in l. 3. C. de Epis. aud. Mars. in l. maritus ff. de quæst. Igneus in d. l. Cornelia
4 nu. 15. hinc semel excōmunicatus, semper durare excōmunicatū præsumitur, c. proposuit de cler. excomm. Mascard. de probat. concl. 705. num. 8.
5 & sic à simili inimicus semel, semper præsumitur inimicus, nisi probetur reconciliatio, l. in ipsius, vbi Bal. C. fam. hercisc. Innoc. in c. cum oporteat de accus. Alex. in l. 3. ff. de test. Crau. conf. 9. nu. 6.
6 Surd. consil. 40. & similiter semel dominus, vel possessor, semper dominus præsumitur, & possidere, nisi status mutatus probetur, l. siue possidētis C. de probat. c. pręterea il secondo, & ibi Abb. de transact. latè post alios Viuius in dec. 98. præ-
7 sumitur enim quis durare in eadem voluntate, in qua fuit, l. cum qui voluntatem ff. de prob. l. cum hic status ff. de don. inter vir. & vxor. c. maiores de Baptismo, l. Lucius in fi. ff. de leg. 2. latè Alciat. de præsumpt. præsumpt. 16. per totā, ideo absque
8 vlla difficultate fuit resolutū in Curia Archiep. periuro suppletorium iuramentum non esse deferendū, c. paruuli 22. q. 5. c. litteras de pręsumpt. c. nō potest 2. q. 7. & voluerūt Soc. in regula 204. nu. 46. & 48. Ias. in l. admonendi nu. 296. ff. de iureiur. Alciat. de pręsumpt. regul. 2. præsumpt. 10. Luc. de Pen. in l. 3. col. 3. vers. 31. præsumpt. C. de apochis public. lib. 10. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 192. nu. 2. Cacher. dec. 66. nu. 5.
9 iuramētum enim suppletoriū minimè defertur, nisi personæ omni exceptione maiori, bonæ famæ, & vitę, Mising. obseruat. 68. cent. 1. Menoch. de arb. Iud. casu 190. nu. 12. Natta conf. 32. n. 21. vol. 1. Viuius decis. 381. Costa de remedijs subsidiarijs remed. 97. nu. 3. Franc. Marc. in dec. 753.
10 nu. 11. tom. 2. licet absoluto de periurio posse tale iuramentum deferri decisum referat Afflict. in decis. 36. quem sequitur Menoch. de arbitr. iud. casu 464. nu. 19. & 20.

SVMMARIVM.

1 *Concessio litterarum monitorialium est decretum interlocutorium.*
2 *Appellatio à monitorio est concedenda, & quare nu. 3. & 4.*
5 *Quod magno cum labore fit, dicitur quodammodo non posse fieri.*

An valeat appellatio à decreto concessionis monitorialium.

DECIS. V.

A Quodam decreto lato super concessione monitorialiū in nostra Curia Archiepiscopali fuit appellatū, quare inter nos insurrexit dubitatio, si debeamus præfatā appellationē admittere: vnus ex Dominis dicebat, non esse admittē-
1 dam, cum decretum concessionis litterarū monitorialium sit interlocutoriū, vt in specie concludit Aymon Crauet. in conf. 181. per totū vol. 1. Burkolten conf. 23. vol. 2. Gratian. in decis. Rotæ March. 97. & proinde ab eo nō licere appellari, vt per Conc. Trid. sess. 24. c. 20. de reform.
2 Cæterum, hoc non obstante, contrarium fuit decisum, quod s. possit à præfato decreto appellari, & moti fuimus ex pluribus, & primo, quia decretum concessionis monitorialium super aliquibus capitibus, ęquipollet decreto, testes admittēdos esse, vel non, cum vtrumque respiciat vires probationis, secundum Lanfrancum in dec. 125. vnde cum ab huiusmodi decreto appellatio admittatur, erit etiam admittenda à dicto decreto
3 concessionis monitorialium, cuius ratio est, quia ex eo infertur, quod per diffinitiuam reparari nō

potest, quo casu cōcedendam esse appellationem scripsit Bal. in l. arbitrio ff. qui satisd. cogan. Rot. in decis. 44. sub nu. 3. de appell. in nou. Cappell. Tholos. vbi Addit. in decis. fin. nu. 8. Surd. in decis. 36. num. 17. Ioseph Lud. in decis. Perusina 38. nu. 4. Osasc. decis. 25. nu. 14. Giurba in decis. Sici-
4 liæ 56. Secundo, quia huiusmodi scientia non dicitur interloquutoria simpliciter, sed habet vim diffinitiuæ, secundum Riminal. conf. 618. nu. 14. vol. 4. Cauagnol. ad decret. Montisferrat. §. 8. q. 2. nu. 20. & ab ista sententia non discedunt Doctores, præsertim Gratian. dec. 97. num. 1. Valas. dec. 51. Gail obseru. 129. lib. 1. Guid. Pap. dec. 75. Giurba d. dec. 56. Rot. diuersorū Lucens. dec. 95. Quare cauēdum ab Intrigliol. qui lib. 1. sing. 39. inquit, appellationem non admitti ab interloquutoria, & probationes admittendas esse, vel non, ex communi opinione, quam refert Ioan. de Amic. cons. 128. nu. 4. Bald. in cons. 332. vol. 4. Ias. cōs. 16. vol. 1. & in l. arbitrio in fi. ff. qui satisd. cogant. nam responderi poterit, præcitatos DD. loquutos esse, quādo damnum reparari potuisset per diffinitiuam, nam etiam in casu vbi magna cum difficultate, aut partis præiudicio reparari posset, admittitur appellatio, Bart. communiter receptus in l. 1. §. quæsitum sub num. 6. in fi. ff. de appell. Bald. in l. 2. sub nu. 5. C. de Episc. audient. Orian. in c. quoniā contra c. 10. nu. 68. de probat. Affl. in const. lite dubia, de process. iudic. nu. 23. versic. item quia lib. 2. Marant. de iudic. par. 6. actu 2. nu. 355. Fel. in c. accepimus sub nu. 5. vers. & hinc est de fide instrum. Greg. Lop. 2. tex. in lib. 5. gl. an minos de gādauo tit 23. par. 3. Duen. reg. 32. limit. 10. Afin. in praxi §. 31. c. 18. limit. 2. Menoch. de recup. poss. remed. 1. n. 282. & cōs. 1. nu. 54. Gratian. discept. 74. nu. 13. Carpan. c. 150. nu. 12. Natta cons. 172. nu. 1. Rebuff. glos. fin. ad
5 reg. constit. tit. de sent. execut. art. 10. nu. 7. quasi non dicatur posse fieri, quod magno cum labore fit, Ias. in l. Iulianus §. constat nu. 7. ff. de legat. 1. Et à grauamine, quod per definitiuā non ex toto reparari potest, admittitur appellatio, Fel. in c. cum super sub nu. 17. de re iudic. Alex. cons. 17. nu. 7. vol. 1. Surd. decis. 36. nu. 14. Rebuff. d. gl. 1. n. 14. Gaball. Milleloq. 723. in fi. Gratian. discep. 74. nu. 13. Gail. lib. 1. obseru. 124. nu. 1. imo licita erit appellatio ab interlocutoria, quæ incompatibile cōtineat grauamen, vel absorberet ius partis, aut pararet præiudicium in negotio principali c. fin. §. vbi vero de appellat. l. iuxta vtile vbi Bart. not. ff. de minor. Bal. in l. arbitrio nu. 6. ff. qui satisd. cogant. Feli. in c. cū causam nu. 6. vers. limita quarto de iud. Magon. decis. Lucens. 23. nu. 6. Gratian. d. disceptat. 74. nu. 14. Soc. in reg. 52. limita 2. & nouissimè fuit prouisum in Conc. Trident. sess. 24. c. 10. de reform. immò Bal. in l. fin. sub nu. 5. vers. secūdus est actus C. de releuat. dicit, similiter posse appellari, quando interloquutoria ingerit difficultatem circa causæ decisionem Rebuff. d. gl. 1. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Prouisiones Apostolicæ patronis iuspatronatus probare nolentibus minimè nocent, sed limita nu. 6.*
2 *Mutatio status in beneficialibus, in dubio non præsumitur.*
3 *Iuspatronatus non amittitur per non vsum.*
4 *Probata immemorabili, iuspatronatus præsumitur ex dotatione, & fundatione.*
5 *Prouisiones Ordinarii neque etiam nocent.*
6 *Quoties concurrit scientia, & voluntas ipsius Papæ, tunc prouisiones Apostolicæ mutant statum, & præiudicant beneficio.*

An prouisiones Apostolicę mutent statum beneficij de iurepatronatus.

DECIS. VI.

IN quamplurimis causis, pluries dubitatū fuit num prouisiones Apostolicæ noceant patronis probare cupientibus eorum iuspatronatus, &
1 semper fuit decisum negatiuè, & signanter in causa iurispatronatus Illustris quōdam Don Aluari de Luna, & iterū in causa D. Andreæ Guerræ, & alias sæpe, vt in proprijs terminis iuxta hāc opinionem pluries iudicauit Rota Romana, teste Achille de Grassis in decis. 13. de iurepatronatus, Caputaquens. in decis. 223. & 289. par. 3. Cassador. decis. 6. nu. 5. de iurepatronatus, & iterum tenuit Rota in vna Aquilana iurispatronatus 9. Iunij 1600. Coram Seraphino, vt patet in eius decis. 1367. & eadem Rota in vna Asculana prioratus 1. Iulij 1587. coram eodem, vt habetur in eius decis. 779. mutatio enim status in benefi-
2 cialibus in dubio nō præsumitur, Lanfranc. dec. 13. Fastolus decis. 16. & hinc euenit, quod iuspa-
3 tronatus nō amittitur per non vsū, Rota diuers. in decis. 109. par. 2. & in decis. 254. nu. 1. par. 3.
4 Puteus in dec. 379. & 392. par. 2. & probata immemorabili, præsumitur iuspatronatus ex dotatione, & fundatione, & inde facilimè reijcitur hæc difficultas, Puteus decis. 404. & 436. par. 2. Rot. diuers. dec. 214. 202. 243. 253. & 842. par. 3. Gabriel. cons. 192. nu. 10. & cōs. 198. n. 5. vol. 2.
5 & hanc opinionem procedere etiam in prouisionibus Ordinarij, quæ in tali casu non nocent, decidit Cassadorus in decis. 7. nu. 2. de iurepatronatus, sequitur Maceratens. in decis. 112. casu 20. li-
6 cet hæc opinio non procedat, si concurreret scientia, & voluntas Papæ, quoniam in tali casu ipsius prouisiones vtique mutarent statū, & præiudicarent beneficio, vt fuit resolutum in Rota, in vna Ostunen. Cappellæ 27. Nouembris 1598. corā Seraphino, vt testatur ipsemet in dec. 1301.

SVMMARIVM.

1 *Tex. in cap. is qui de sponsalibus hodie est correctus per Sacrum Concilium Tridentinum.*
2 *Matrimonium est nullum sinè præsentia Parochi, & duorum testium.*
3 *Concilium prohibet contrahi matrimonia de præsenti, aliter quam coram Parocho, & testibus.*
4 *Matrimonium de præsenti non valet, nisi antea obseruentur mandata per Sacrum Concilium Tridentinum.*

Tex.

Tex. in c.is qui de sponsalib. an procedat post Concilium Tridentinum.

DECIS. VII.

ABsque vlla difficultate semper fuit resolutũ in Curia Archiepiscopali, dispositionem
1 tex.in cap.is qui desponsalibus,quo cauetur spõsalia de futuro per carnis copulam transire in matrimonium de præsenti, hodie esse correctũ per dispositionem Sacri Concilij Tridẽtini ses. 24.c 1. de reformatione, quod disposuit esse in-
2 ualida matrimonia in quibus non interfuit præsentia Parochi,& duorum,vel trium testium, & declarant Nauarr. in manuali c.25.nu.144. Spin. in specul. test.glosa 15.in princ.nu.55.Menoch. de præsumpt. lib.3. præsumpt.1. ex nu.6. & 99. Lancellottus in consuetud. Alex. in glosa maritus,q.1. nu.18. in fine Guttierez lib.1. Canonicarum quæst.c.18. nu.4. & pulchrè de iuramẽto confirmatorio c.51.nu.12. Mozzius in §. de naturalibus sponsaliorum nu.5. Perez lib.5. tit.1. lib.1. pag.41. col.1. vers. in primis, & sic fuisse decisum testatur Triuisanus in decis.2. & sequitur Graff.decis.aur.par.1.lib.2.c.84.nu.4.Surd. cõs.364.nu.54.Enriquez in summa Theol.mor. lib.11. de matr.c.13.nu.3. Greg. de Valent. super D.Thomam tom.4.disput.10.q.2. punct.4. Syl.in verb.spõsalia, nu.4.tum quia Concilium prohibet contrahi matrimonium de præsenti
3 aliter quam coram dictis Parocho, & testibus,& introduxit formam, qua in posterum matrimonia contrahentur,vt cessent peccata, & inconuenientia, quæ alias solebant oriri ex clandestinis coniugijs,ergo nullo modo possunt sponsalia de futuro, vel conditionalia effici de præsenti per
4 carnis copulam subsecutam, nec valebit matrimonium ex defectu formæ traditæ à dicto Sacro Concilio Tridentino, tum etiam,quia alias non obuiaretur scandalis, quæ dictum Sacrum Concilium huiusmodi decreto prohibere curauit, & frustatoria esset saluberrima dicti Concilij dispositio. Tandem, quia cum Sacrum Concilium annullat matrimonia, quæ expresse contrahũtur aliter quã coram Parocho, & testibus, credẽdum ergo est à fortiori dispositionem prędictam procedere multo magis in matrimonijs tacitis,& per carnis copulam subsequentem, tacitum enim non potest plus operari quã expressum, Alciat.l.cum quid nu.11. ff. si certum petatur, Tiraquell. l.si vnquam de reuoc.donat.nu. 132.facit tex.l.qui ad certũ ff.de locat.& condu.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ob viri sæuitiam separari potest, etiam ob vxoris causam nu.2.*
3 *Sæuitia si sufficiens sit ad Thorum separandum, Iudicis arbitrio relinquitur.*
4 *Arbitrium Iudicis in videndo, si sæuitia sit sufficiens ad talem separationem debet iure, & ratione regulari.*
5 *Vxori non creditur de sæuitia mariti, nisi probet.*
6 *Vani timoris nulla habetur consideratio.*
7 *Iustè timet, qui timet, quod etiam constantes timere solent.*
8 *Flagellatio connumeratur inter sæua.*
9 *Vxor à marito flagellata potest petere Thori separationem.*
10 *Ex causa licet marito moderatè vxorẽ percutere.*
11 *Inter sæua connumeratur, quando maritus est nimis morosus.*
12 *Inter sæua connumeratur, si vir capitali odio vxorem prosequeretur.*
13 *Minæ ex odio, nulla causa præcedente in sæuitia veniunt.*
14 *Vir tenetur ad præstanda alimenta vxori Thori separationem querenti, etiam appellatione pendente.*
15 *Vxor an teneatur, pendente separationis lite cum viro cohabitare.*

Ad separationem Thori, quæ sæuitia de iure sit necessaria.

DECIS. VIII.

1 DVbitationi non est locus, posse ob mariti sæuitiã separari matrimoniũ quoad Thorum ad tex. expressum in §. minores in auth.de recept. Glos.in c.de benedicto 32. q.1. Spec.de spons.§.fin.nu.7. Hippol.in l.1.in fi.C.de raptu virg. facit tex.in c.1.vt lite non cõtest. iuxta quã opinionẽ fuisse in Rota decisum testatur Farin. dec.178.Seraph.dec.226.in Senatu Veneto fuisse pariter decisum scribit Triuis.dec.45.par.1.in Rota Fiuiz.Caualc.dec.28. in Senatu Pedemontano Thes. decis.130. ac tandem in Senatu Delfinatus Franc.Marc.decis.738.par.2.& hanc esse iustam, ac legitimam causam voluerunt Rimin. Iun.conf.174.nu.13. Mant.conf.64.nu.19.vol.2.
2 Monald.conf.13.vol.1. & separatio huiusmodi fit, etiã si mulier dederit causam, & in tale odiũ ob sui culpam inciderit, Glos.in c.de benedicto 33.q.1. Abb.in c.literas, nu.23. de restit.spoliat. Paris.conf.54.vol.4.nu.13.Triuis.citata dec.45. Dubitatũ tamen fuit in Curia Archiepiscopali, ob qualem sæuitiã mariti, vxor diuertire possit,
3 & fuit dictum, quod licet arbitrio Iudicis relinquatur, quæ sit magna sæuitia, secundum Tiraq. in l.si vnquam in verbo omnia, vel partem in fi. C.de reuoc.don. Menoch. de arb.iud. casu 139. in fi. & in conf.299. Enriquez conf.1. col.vlt. & in conf.86.nu.10.& seq. Costa de remed.subsid.
4 remed.8. nihilominus arbitriũ istud debet iure, & ratione regulari, Bal.in auth.iubemus in vlt. not. C.de iudic. & fuisse decisum scribit Benin-
5 tend.dec.30. Hinc est, quod non creditur vxori de sæuitia mariti, nisi probetur, Lupus in c. per vestras in 3.not.nu.7.de donat.inter vir.& vx r. Riminald. inter consilia matrimonialia cõs.81. nu.24. cũ pluribus seq. & tenuit Rota Rom. in vna Perusina separationis Thori, 28. Iunij 1589.
6 coram Gipsio, & propterea vani timoris nulla habetur consideratio, l.3.ff.ex quib.cau.maior. Roland.conf.27.num.3. vol.3. Morot.conf.16.
7 Merenda cõs.90.nu.4. & è cõtra iustè timet, qui timet, quod etiã constãtes timere solent, l.metu
8 ff.quod met.cau.cum simil.b. inter sæua aũt fuit

dictum, quod connumeratur flagellatio, Bart. in
9 l. cum sacris nu. 7. C. de agric. & censit. & ideo si vxor fuerit à marito flagellis verberata, poterit diuertere, secundũ Farin. dec. 122. Thes. dec. 130. Triuis. citata dec. nu. 7. Paris. cons. 54. n. 9. vol. 4.
10 licet ex causa licitũ sit marito moderatè verberare vxorẽ, Paris. d. cõs. 54. nu. 33. & 69. Menoch. de arb. iud. casu 182. Clarus §. fin. q. 56. Paris de Put. in tract. syndicat. in ver. syndicãtur, c. 6. n. 6. fol. 107. facit tex. in l. 1. de repudijs, & in authẽt. sed nouo iure C. eod. quæ quidẽ correctio debet esse leuis, & moderata, cum leuitate, ad bonum finẽ, correctionis causa, & non vltionis, aut odij, nam si præfata correctio excederet modũ, teneretur corrigens de excessu, secundũ Alex. cõs. 73. vol. 3. Riminal. Iun. cons. 174. nu. 35. vol. 2. post Bal. in cons. 176. nu. 1. vol. 1. quibus addo tex. in terminis in l. vnica C. de emẽdat. propinq. & gl. fin. in c. quemadmodum de iureiur. nu. 20. & idẽ Abb. in c. cum contingat 1. de foro comp. Quod procedit tam in sæuitia verborũ, quàm verberũ, ob capitale viri odium, vitæ insidias, aut venenũ præparatum, siue ob nimiam auaritiam, & austeritatem mariti, siue ob retẽtionẽ concubinæ, siue ob falsitatem querelæ in causa capitali, vel adulterij notam vxori, §. quia verò plurimas, & §. si vir de adulterio in auth. matri, & auiæ, & Enri-
11 quez d. cons. 86. nu. 11. & 12. inter actus autem sæuitiæ connumeratur etiam, quãdo maritus est nimium morosus, & sæuus, d. c. litteras, Anchar. cons. 468. vbi quoque habes nonnulla exempla sæuitiæ, licet Soc. in cons. 286. in fi. dicat, vxorem debere permanere cũ marito, etiam si esset peruersa persona, sequitur Sylua nuptialis in verbo nõ est nubendum, nu. 37. quod est intelligendũ,
12 quando sæuitia non est notabilis, similiter si vir capitali odio vxorẽ prosequatur, Abb. in c. si qua nu. 4. de diuort. Paris. cons. 54. nu. 12. vol. 4. & pa-
13 riter etiam considerantur minæ, quando non ex calore iracũdiæ, sed odio, nulla causa præcedẽte proferũtur, Paris. d. cõs. 54. vol. 4. n. 32. Menoch. cons. 8. vol. 1. Farinac. dec. 277. Caualc. decis. 18.
14 Quinimo est notandũ, quod in omnibus supradictis casibus, mulier separata potest petere alimenta à viro, secundũ Menoch. cõs. 853. n. 33. vol. 9. post Alber. in l. si cũ dotem ff. sol. mat. Ias. in l. 1. nu. 4. C. de leg. & ibi Bal. n. 9. Guttier. lib. 1. can. quæst. q. 24. & iuxta hãc opin. pluries fuit decisũ, vt patet in dec. Thes. 130. Peguera dec. 20. Rot. Macerat. dec. 35. de Frãch. dec. 244. Gui. Pap. dec. 439. Affl. dec. 10. quæ alimẽta debẽtur ẽt appellatione pendẽte, Idẽ Affl. dec. 152. quæ omnia procedunt, etiam si mulier nõ dederit dotem, sm̃ dec. Capp. Thol 86. nisi eam promiserit, & nõ soluerit, Crescen. dec. 8. de iudic. & in omnibus supra-
15 dictis casibus, mulierem non posse cogi ad cohabitandum cum marito, nisi præstita cautione, decidit tex. in c. literas, & cap. transmissa de rest. spoliat. licet non procedat, quando odium ita capitale esset, cui obuiari minimè potuisset per cautionem, vulgatis iuribus, præsertim, quando non speratur bonus euentus. Morotius cons. 41. Pancirol. cons. 81. Natta cons. 24. & 616. verum casu quo occurri poterit, iuratoria cautio non sufficit, prout fuit resolutum in Rota Romana in vna Anconitana separationis 29. Aprilis 1598. testatur Seraph. in decis. 1276.

SVMMARIVM.

1 *Coniugibus super impedimento ad dissoluendum matrimonium non creditur, nisi talis confessio fieret per illum, qui stat pro matrimonio, nu. 2.*
3 *Nemo præsumitur velle fateri ad sui præiudiciũ.*
4 *Confessio coniugum pro matrimonio valet.*
5 *Confessio coniugum tenet in aliquo actu ad sui præiudicium.*
6 *Testes omni exceptione maiores requirũtur ad probandum matrimonium, & quando hoc procedat, vide num. 7.*
7 *Testis de auditu non impedit matrimonium.*
8 *Testis ad hoc, vt probet in causa matrimonii, debet deponere, quod viderit personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex vtroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus.*
9 *Quoties consanguinitas est probanda in certo gradu, testes debent deponere de gradu, & stipite.*
10 *Arbitrio iudicis remittitur probatio impedimenti matrimonii.*
11 *Iudex potest inquirere de impedimento, quando adest dubium.*

Ad probandum impedimentum matrimonij, quæ nam probationis species requiratur.

DECIS. IX.

QVoniam assidua, & frequentissima est in Curia Archiepiscopali materia probationum matrimonij, ideo operæpretium duxi aliqua ad praxim spectantia, & quæ decisa fuerunt, hic inserere, vnde pro dilucidatione decisionis has iuris conclusiones distingue.

1 Prima sit cõclusio, confessioni coniugum super impedimento ad dissoluendũ matrimoniũ contractũ, regulariter non statur, vt pluries in Curia Archiep. fuit resolutum, per dispositionem tex. in c. super eo, de eo, qui cognouit consang. vxoris suæ, & fuisse sic in Rota Rom. decisum testantur Caputaq. in dec. 208. Crescent. decis. 22. de prob.
2 Franc. Marcus in dec. 754. nisi talis confessio fieret per illum, qui stat pro matrimonio, quia tunc
3 non est verisimile, quòd quis vellet fateri ad sui præiudicium, c. attestationes de despons. impub.
4 & ibi per glo. & Panor. in d. c. super eo, de eo, qui cogno. consang. vxoris suæ, & in l. pen. C. de fide-
5 iussorib. sed si confessio fieret ad separationem Thori, vt in adulterio, benè teneret ad sui præiudicium, c. ex litteris de diuort. gl. in d. c. super eo, de eo, qui cognouit consang. vxoris suæ.
6 Secunda sit conclusio, quod ad probandũ contra matrimonium, requiritur vt testes sint omni exceptione maiores, cap. 1. de consang. & affinit. Lanfr. in decis. 8. & fuit dictum pluries in Curia Archiepiscopali, Rota diuersorum in dec. 210. par. 1. Caputaquens. dec. 286. par. 3. Capp. Thol. in dec. 171. & 272. fuit etiam resolutum in Rota Romana, in vna Tullensis matrimonij 14. Ianua-
rij

tij 1568. coram Oradino, & facit decisio Rotæ diuersorum 209. parte 1. & ita sunt intelligendi tex. in d.c. 1. de consang. & affinit. & Doctores, quos pro contraria opinione congerit, & cumulat Gabr. in lib. commun. opinionum concl. 9. de testibus.

7 Tertia sit conclusio, quòd quando vnus testis dicit se audiuisse impedimentum, quod tamen probari minimè posset, tunc non impedit matrimonium, Panor. in c. 1. nu. 1. de sponsal. & in c. tua, num. 3. eod. tit. & ratio colligitur ex gl. in cap. quoties in vers. credere, de testibus, vbi ait,
8 necesse est testibus deponere, quod viderint personas omnes in consanguinitate, designando gradus ex vtroque latere, vel saltem aliquas personas in gradibus, aliter non valeret. Etiam alia
9 ratio reddi potest, quia quando consanguinitas est probanda in certo gradu, testes debent deponere de gradu, & stipite, Dec. in cons. 321. col. 3. & cons. 531. nu. 4. Alex. cons. 82. col. 1. volum. 1. secùs tamen si esset probanda in genere, Anna in sing. 103. pro quo facit gl. in c. licet il secondo de testib. & doctrina Nauarr. in cons. 2. de consanguin. & affinit. dum scribit, minimè impediri matrimonium contrahendum ob assertionem vnici testis asserentis, se ab aliquo audiuisse, eos esse cognatos, item si secūdus testis deponat, sed nolit iurare, secus si plures deponerent se à multis audiuisse, sed vnus tantum deponeret cum iuramento, ex quibus omnibus apertè patet, & colligitur, quomodo, & qualiter sit intelligendus tex. in c. præterea de sponsalibus.

10 Quarta sit conclusio, quod cum hic nequeat dari, & assignari certa regula, Iudicis arbitrio relinquitur, ad quod facit tex. in d.c. super eo, & ibi gl. in vers. famam, gl. in c. nuper de testib. Nauar. in c. Sacerdotes nu. 27. de pœnitentijs dist. 6.

11 Quinta sit conclusio, quod vbi adesset dubium, tunc Iudex habebit materiam inquirendi, an id probari possit, nec ne, vt annuit Abbas in c. cum inhibitio num. 1. de clandest. desponsat. dicens, si autem aliquid rationabile obiectum fuerit cōtra matrimonium contrahendum, contractum interdicatur expressè, quousque impedimētum fuerit probatum.

SVMMARIVM.

1 *Atramenti diuersitas in apostilla arguit falsitatē, licet quando diuersitas apparet ex mutatione calami, seu atramenti tollat omnem suspitionem falsitatis, num. 2.*
3 *Falsitatis præsumptio oritur ex diuersitate stili.*
4 *Actus insoliti, & diuersæ cautelæ præsumptionem falsitatis inducunt.*
5 *Recedens à solito, dicitur suspectus, & ex insolitis arguitur falsitas.*
6 *Diuersitas signi, præsumptionē falsitatis inducit.*
7 *Falsitatis suspitio inducitur, quando scriptura reperitur posita præpostero, & retrogradato ordine.*
8 *Falsitatis præsumptio inducitur, si in carta recenti reperiatur scriptum instrumentum antiquum, quando cōstat, quod tempore quo fuit confectum, illa carta non fabricabatur.*

Atramenti diuersitas in apostilla, an arguat scripturam falsam.

DECIS. X.

1 Discusso huiusmodi articulo, fuit decisum, quod atramenti diuersitas in apostilla arguat scripturā falsam, & hoc per text. & quod ibi notatur in c. inter dilectos de fide instrum. & tenuit Rota Rom. in vna Catanen. 23. Februarij 1598. & ratio est, quia facit præsumptionem, quod diuerso tempore fuerit scripta, ad tradita per Bald. in l. nostras num. 2. C. de testam. & fuit dictū coram R.P.D. Corduba in vna Toletana primiceriatus, & hanc decisionem in proprijs terminis etiam sequuntur gl. in cap. in memoriā in verb. falsam vers. item dicitur falsa, & ibi etiā Præpos. nu. 9. dist. 19. Crauett. in cōs. 134. nu. 27. Bertazz. cons. 411. num. 4. Caputaq. in decis. 3. nu. 14. par. 2. Menoch. cons. 199. nu. 8. lib. 2. & de arbit. iud. casu 187. lib. 2. nu. 35. Mascardus alios referens de probat. conclus. 740. num. 18. licet
2 quando scripturæ diuersitas appareret propter mutationem calami, vel atramenti, tunc tolleretur suspitio falsi inde resultans, prout voluit gl. in d. cap. in memoriam in verbo falsam vers. item dicitur falsa, & ibi etiam Præpositus nu. 9. dist. 19. Farinac. de fals. & simul. q. 153. par. 6. nu. 114. & q. 153. par. 9. nu. 158. vbi nu. 159. inquit ex diuersitate styli falsitatem induci, diuersitas
3 enim styli præsertim in litteris Apostolicis, diuersaq; dictandi forma, falsitatem arguit, cap. licet §. illos quoque, & ibi gl. in verbo in forma scripturæ, & etiam DD. extra de crim. falsi, & c. quam graui extra eodem vbi gl. & communiter Doct. omnes scribunt ex styli diuersitate falsita-
4 tem argui, vt etiam dicimus in actu insolito, & insolitis cautelis, ex quibus similiter oritur præsumptio falsitatis, vt ex allegat. per Alban. in cōs. 224. nu. 3. vbi de instrumento non rubricato secundum morem aliorum Notariorum, Franc. Marc. in decis. 743. nu. 2. tom. 1. vbi loquitur de clausulis insolitis, Menoch. cons. 199. nu. 6. lib. 2. vbi pariter de registratione instrumenti facta in loco insolito, & de præsumpt. lib. 5. præsump. 20. nu. 16. & seq. vbi generāliter de instrumento nō continente ea, quæ continere solet, & faciunt cons. Decij 108. nu. 63. & decisio Ludouic. 213. nu. 12. vbi generaliter ait, quod qui recedit à so-
5 lito, suspectus est, & ex insolitis arguitur falsitas,
6 prout etiam ex signi falsitate oriri suspitionem falsitatis post alios scribit Monticell. in regul. crim. 15. nu. 127. Decian. cons. 100. nu. 17. lib. 2. vbi quando instrumentum est scriptum in cartis diuersorum signorum, refert eū, & sequitur Menoch. de præsump. lib. 5. præsump. 20. nu. 40. Mascard. de probat. d. cōcl. 740. nu. 21. vt etiam
7 falsitatis præsumptionem oriri ex scriptura posita præposterato, & retrogradato ordine, consulit Crauett. in cons. 28. nu. 5. vbi de instrumento registrato non in suo loco, & eo ordine quo registrari, & collocari debet, resoluit Ludou. decis. 213. nu. 23. vbi de instrumētis registratis in protocollo retrogradato ordine, Oddus cōs. 78. nu. 10. in fine, & quod falsitatis præsumptio oriatur si in

8 si in carta recenti reperiatur scriptum aliquod instrumentum antiquum, quando constat, quod talis carta non fabricabatur tali tẽpore, exemplificat Mascard. in d. concl. 740. nu. 21. vbi de antiquissimo instrumento scripto in carta signata quodã signo, cuius artifex adhuc viuebat, & sic, quod illa carta non reperiebatur tempore cõfecti instrumenti & nu. 22. quæ probatio est concludens, & certa, & vide Franc. Marc. in dec. 151. nu. 2. tom. 1. & decis. 613. nu. 1. tom. 2. & pro hac opinione facit, quod decidit Rota in vna Casertana beneficij 17. Aprilis 1600. Coram R. P. D. Corduba.

SVMMARIVM.

1 *Delegatio facta Vicario non transit in successorem.*
2 *Vicarius non dicitur habere successorem.*
3 *Vicarius non dicitur dignitas permanens.*
4 *Delegatio facta Vicario, transit in successorem, quando fuit habitus respectus ad Tribunal Episcopi, sed secus si fuerit electa industria personæ Vicarii.*
5 *Quoties causa est delegata alicui personæ priuatæ sub titulo dignitatis, eo mortuo successor in dignitate de eadem causa cognoscit, & quare nu. 6.*
7 *Delegatio facta Vicario transit in successorem, quoties seruatur de stylo, & consuetudine.*
8 *Consuetudinis vis est magna.*
9 *Consuetudo vincit legem.*
10 *Consuetudo etiam mala excusat.*
11 *Consuetudo dicitur optima legum interpres.*
12 *In contractibus consuetudo est interpretatiua.*

An delegatio facta Vicario Episcopi, eo mortuo transeat in eius successorem.

DECIS. XI.

IN Curia Archiepiscopali pluries fuit conclusum absolutissimè, delegationem causarũ fa-
1 ctam Vicario minimè transire ad eius successorẽ, eo mortuo, vel remoto ab officio, ex cõmuni DD. opinione, de qua per Decium in cap. quoniam abbas nu. 61. de offic. deleg. post Bart. in l. quod Principi ff. de leg. 2. quam opin. sequuntur etiam Sal. & Fulgos. in l. more maiorum nu. 25. ff. de iurisd. omn. iud. Gemin. in cap. statutum in princ. col. 3. circa medium ver. & per hoc, de rescript. in 6. vbi etiam Frãch. nu. 11. Capra nu. 32. & 37. Butr. in d. c. quoniam Abb. nu. 25. & sequitur Imol. nu. 19. & 20. Fel. nu. 7. de off. deleg. & de communi vltra Decium testantur Caccialup. Bero. & Mantua in citata l. more maiorum de
2 iurisd. omn. iud. Vicarius enim non dicitur ha-
3 bere successorem, & Vicarius non est dignitas permanens, cum eius dignitas sit personalis, non habens substantiam de per se, vnde in tit. de offi. Vicarij non habetur, officium ipsius esse perpetuum, neque ipsum habere successorem, prout idem dicimus in Legato, licet quando constaret,
4 quod per Delegantem fuisset habitus respectus ad Tribunal Episcopi, tunc successor in vicariatu cognosceret, secus si appareret, electam esse industriam personæ Vicarij, Rot. diuers. decis. 12. par. 2. post Panorm. in d. cap. quoniam Abb. nu. 25. de offi. deleg. quemadmodum regulari-
5 ter, quando causa est delegata alicui personæ priuatæ sub titulo dignitatis, eo mortuo, successor in dignitate de eadem causa cognoscit, cum in eo
6 continuetur delegatio, ex quo cõtinuatur dignitas, vt post alios refert Menoch. de arbitr. iud. cas. 68. nu. 21. & idem dicendum est, vbi appare-
7 ret de stylo, aut obseruatione alicuius Curiæ, vt delegatio facta Vicario transeat in successorem, tunc enim non dubitatur, quin ad successorem non transeat ex communi opin. de qua per DD. in citato c. quoniam Abb. & illa consuetudo deberet seruari, Achill. de Grass. deci. 3. de off. Vic.
8 magna enim consuetudinis vis est, ita quod illa pro lege seruari debet, tex. in l. de quibus l. diuturna, l. cum de consuetudine, l. sed ea quæ, l. imò magna ff. de legibus, quare Puteus post alios in
9 decis. 176. nu. 7. lib. 3. dixit, consuetudinem in loco legem vincere. Hinc enim videmus, consue-
10 tudinem etiam malam excusare, c. cum venerabilis de consuetudin. Magon. decis. Lucensi 27. nu. 31. Carocc. decis. 13. nu. 5. Gram. decis. 50. nu. 3. Francis. Marc. decis. 61. nu. 4. vol. 1. Cremens. sing. 149. Rauden. variar. res. lib. 1. c. 20. nu. 9. Surd. cons. 270. num. 25. vol. 2. Menoch. cõs. 109. nu. 1. optima. n. legum interpres est cõ-
11 suetudo, Affl. in decis. 166. nu. 9. & decis. 173. nu. 5. Tiraq. de nobili. c. 10. nu. 9. Natta cõs. 406. nu. 25 vol. 2. Menoch. cons. 52 nu. 44. vol. 1. post
12 Bald. in cons. 136. vol. 2. sic enim videmus in cõtractibus, in quibus ipsa consuetudo est interpretatiua l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædil. edict. Magon. in decis. Florent. 56. nu. 3. Bero. cõs. 91. nu. 10. vol. 3. Rota diuers. dec. 615. par. 1. Menoch. de arbitr. iud. casu 83. nu. 10. latè Gabriel. in lib. comm. conclus. 1. de consuetud.

SVMMARIVM.

1 *Torturæ ratio non est habenda in omnibus casibus.*
2 *Quando imponitur poena pecuniaria, non est ad torturam procedendum.*
3 *In causa ciuili, quando est crimen annexum, potest deueniri ad torturam.*
4 *Poena fustigationis non dicitur esse vltrà relegationem.*
5 *Tortura locum non habet, quando de crimine ciuiliter agitur.*
6 *Poena fustigationis non est maior relegatione, sed ei similis.*
7 *Furtum in re parua dicitur delictum leue.*
8 *Tortura est grauior poena, quàm abscissio membri.*
9 *Membri dissolutio grauior est vt vsque manus abscissione.*
10 *Pro furto non qualificato non potest quis puniri abscissione vtriusque manus.*

Torturæ locus, an sit, pro furto parui valoris.

DECIS. XII.

REsolutio inoleuit in Curia Archiep. non potuisse quendã Clericũ, qui in eadem Curia reperiebatur detẽtus, p furto quinque ducatorũ tor-

torqueri, seu aliquibus tormentis subijci, & moti
1 fuimus ex regula iuris, quod torturæ ratio habéda non est in omnibus casibus, sed in illis tãtum, pro quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, & nõ infra, vt expressè habetur, & probatur in c. Regni Tormenta, & ibi Campagna nu. 13. sequitur Marsil. in l. de libero nu. 12. ff. de quæstionib. voluit Gramm. cons. 15. & voto 15. latè Foll. in pract. rubr. rei indurati torqueantur nu. 12. Baiard. in add. ad Clarum q. 64. num. 12. & hinc iuxta opinionẽ Crauet. in cons. 137. n. 11.
2 quando imponitur pœna pecuniaria non est ad torturam procedendum, quidquid dixerit Bal. in l. 2. C. de exhib. reis, Marc. in dec. 906. nu. 15. par. 1. Grilland. de quæst. c. 7. num. 6. & sequen.
3 licet in causa ciuili, quando habet crimen annexum, possit deueniri ad torturam docent Panor. in c. 1. de deposit. Paris de syndicatu c. 13. vers. an in pecuniaria causa, Gomez de delictis c. 13. nu. 29. quare cum pœna, quæ venit imponenda pro dicto furto, sit tantum pœna fustigationis,
4 quæ pœna non dicitur esse vltrà relegationem, consequenter fatendum est, præfatum clericum non potuisse subijci tormentis, ex doctrina prædicta communiter recepta per Doct. vide Bald. in l. 1. C. quorũ appell. & ex hoc prouenit, quod
5 tortura locum non habet, quando de crimine ciuiliter agitur, Bald. cons. 6. vol. 5. Crauet. cons. 137. num. 12. Alex. in l. Diuus ff. de quæstionibus, quam quidem principalem decisionis rationem adiuuat Grammat. in cons. 37. asserens ibi, fustigationem non esse maiorem relegatione, sed si-
6 milem, & quod ideò in furto minimo nõ habet locum tortura, Brun. de indicijs, & tortura in 2.
7 par. quæst. 3. quo in loco dicit, furtũ in re parua dici delictum leue, & proinde locum torturæ mi-
8 nimè esse. Corroboratur insuper hæc opinio, quod tortura grauior pęna est, quàm sit abscissio vtriusque manus, §. fin. in auth. vt nulli iudicum, ibi, aut huiusmodi, quædam inferiora supplicia
9 per quæ articuli dissoluuntur, quia membri dissolutio grauior est vtriusque manus abscissione, patique torturam, est superatas angustias sustinere, vt dicit Bossius in tit. de tortura num. 12.
10 at pro furto non qualificato non potest quis puniri abscissione vtriusque manus, nec alterius membri, quia sunt pœnæ imperij maioris, ergo sequitur, quod præfatus clericus, nec quiuis similis possint pro tali furto ad habendam veritatem ab eorum ore, quæstionibus subijci, ne grauior pœna sit pœna ordinaria, quæ est pœna fustigationis.

SUMMARIUM.

1 *Episcopo datur gratificatio, vbi sumus inter habentes æquales voces.*
2 *Gratificatio est species gratiæ, & vide num. 12.*
3 *Vicarius Episcopi, quæ sunt veræ gratiæ expedire non potest.*
4 *Gratificatio dicitur donationis species.*
5 *Refertur decisio Curiæ Archiepiscopalis, scilicet, quod Vicarius possit gratificare, & vide nu. 10.*
6 *Vicarius omnia potest, quæ Episcopus.*
7 *Vicarius nunquã censetur exclusus ab aliquo actu, nisi specialiter fuerit de eo facta mentio.*
8 *Vicarius semper includitur in nominatione facta de Episcopo per Concilium Tridentinum, nisi ponatur dictio taxatiua.*
9 *Vicarius in irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus dispẽsare nequit.*
10 *Refertur decisio Rotæ, volens, Vicarium posse gratificare.*
11 *Mera gratia, & donatio non venit in generali mandato.*
12 *Gratificatio non est mera gratia.*
13 *Sententia ex actis declarationem recipit.*
14 *Sententia præsumitur lata ex eis, quæ re vera apparent in actis.*
15 *Relatio non est facienda ad id, per quod actus non sustinetur.*

Ius gratificandi vni ex præsentatis, an competat Vicario.

DECIS. XIII.

1 QVoties sumus inter habentes æquales voces in iurepatronatus, Episcopo dari gratificationẽ, probat tex. in c. quod autem de iurepatron. Nauarr. cõs. 5. eod. tit. Sayr. in dec. 5. eod. tit. de iurepatron. Dubitatum tamen fuit in Curia Archiep. nũm potuisset huiusmodi gratificationem facere Vicarius, Illustriss. Cardinali Archiepiscopo Romæ commorante, & quidam
2 ex Dominis dicebat, quod non, quia gratificatio
3 dicitur species gratiæ, at Vicarius Episcopi, quæ sunt meræ gratiæ expedire non potest, secũdum Io. Monach. in c. statutum nu. 9. de præben. in 6. Card. in clem. 1. n. 19. de off. Vic. Selua de benef. par. 2. q. 14. Sbroz. de offic. Vicarij par. 2. q. 138. & 184. nu. 3. Bellamera, qui refert in Rota decisum in dec. 93. Mohedan. dec. 3. de off. Vic. in fi. tum quia gratificatio est donationis species, cap.
4 relatum de prębend. quemadmodum etiam collatio beneficij, c. post electionẽ de concess. pręb. & ob id non venit in generali concessione, secundum Pinel. in l. 1. par. 3. nu. 56. C. de bon. mater. Guttierez de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 50. Rota in decis. 5. & dec. fin. de off. Vicarij in antiquis, Franc. Marc. in dec. 995.
5 Cæterum, præfatis minimè obstantibus, contrarium fuit decisum tempore quo Curiam regebat doctissimus Iurecõsultus Petrus Antonius Ghibertus Vicarius Generalis, mouebamur ex
6 pluribus. Primo, quoniã Vicarius omnia potest quæ Episcopus, arg. c. 2. & fin. de off. Vicarij in 6. Archid. Io. And. & reliqui in cap. fin. de off. Vic. Bertachinus in tract. de Episcopo lib. 4. par. 6. in tit. de Vicario Episcopi nu. 6. Mandosius in reg. Cancellar. reg. 24. q. 6. nu. 3. Couarr. pract. quęst. cap. 4. nu. 4. Sbrozzius in cit. tractatu q. 48. nu. 7.
7 Secundo, quia Vicarius nunquam censetur exclusus à potestate aliquid agendi, nisi de eo expressa facta fuerit mentio, Balbus decis. 90. vnde Vicarius Generalis semper includitur in nominatione Episcopi facta per Concilium Trident. nisi ponatur dictio taxatiua, tantum, vt in cap. 6. ses-
9 sione 24. vbi propterea Vicarius Generalis Episcopi dispensare nequit super irregularitatibus, &

& suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, quia ibidem fuit adiecta clausula, quod id possit Episcopus tantum, Gratian. decis. Rotæ Marchiæ 97. referens ità declarasse Sacram Cõgregationem, cui addo Præpositum optimè loquentem in c. 2. de constit. in 6. Neuizan. in silua nuptiali in ver. monitoriæ, Sbrozz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 171. Garzia de beneficijs, parte 5. cap. 8. num. 48. & tandem, quod potuisset Dominus Vicarius huiusmodi gratificationem facere, ego adducebam decisionem Rotæ Ro-
10 manæ in proprijs terminis in vna Calaguritana beneficij de anno 1580. 17. Octobris coram sanctissimo Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, cuius verba hæc sunt.

Domini, cum præsupposito, quod mandatum sit in forma probante, tenuerunt. Vicarium potuisse gratificare, & gratificasse, pro indubitato enim habuerunt, quod hæc facultas gratificandi possit ab Episcopo Vicario committi, nullibi reperitur, quod sit electa industria personæ, quia ad hunc effectum oportet, quod adsint verba importantia personalitatem, ad notata in c. fin. §. is autem, vbi Doct. de officio delegati, Doct. in l. 1. vbi Ias. num. 29. ff. de officio eius, cuiusmodi non sunt verba, quibus iura vtuntur in hac materia, nam in cap. cum autem de iurepatron. solum dicitur, iudicio Episcopi credimus relinquendum, quæ verba arbitrium boni viri important, Felin. in cap. 1. sub num. 51. de const. non autem personalitatem in cap. qui eodem titul. dicitur, ordinet Antistes Ecclesiam, sicut melius eam secundùm Deum viderit ordinandam, quæ verba nullam personalitatem significant, nec obstat, quod dicat, prout secundum Deum est ordinanda, nam collationes omnes secundum Deum faciendæ sunt personis idoneis, & tamen possit alijs committi, & hinc est, quod Decius consil. 130. in principio præsupponit pro absoluto, quod Vicarius potuerit gratificare, quod autem Episcopus etiam hanc facultatem concesserit, liquet ex lectura mandati, in quo datur facultas dispensandi, conferendi, & subijcitur clausula generalis, vt possit omnia alia, quæ includit, si non maiora, saltem similia cap. qui ad agendũ de procurat. in 6. Clement. non potest eodem titulo, idque tanto magis, quia ratio cur in generali deputatione Vicarij non venit facultas con-
11 ferendi est, quia mera est gratia, & donatio, quæ non venit in generali mandato cap. fin. de officio Vicarij in 6. Gratificatio autem non est me-
12 ra gratia, ex quo vni ex præsentatis tenetur Ordinarius gratificare, Rebuff. ad concord. de collat. §. statuimus 1. verbo gratificare per textum in l. vnum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. & consequenter eò facilius sub huiusmodi mandato cõprehenditur, quod autem gratificauerit, apparet, quia protulit sententiam ad fauorem Didaci, quæ cum non possit esse iusta ex capite alio, quam ex isto, debet ex hoc censeri lata, cum ex
13 actis interpretationem, & declarationem recipiat l. ait prætor §. si iudex, & ibi Bartol. num. 1.
14 de re iudicata, semper enim sententia præsumitur lata ex ea causa, quæ re vera apparet in actis l. si quis ad exhibendum de exceptione rei iudicatæ l. hæc enim in principio de suspet. tuto. Alex. cons. 66. num. 2. lib. 5. Nec obstant verba sententiæ, quia licet Vicarius in ea dicat, debemus pronunciare, refert tamen se ad acta, ex quo dicit, quod ex actis apparet, liquet ergo ipsum pronũciasse ex causa, de qua in actis constat, & consequenter ex capite gratificationis, quia tenebatur vnum ex huiusmodi præsentatis eligere, & hæc omnia dixerunt, tanto magis admittenda esse ad effectum sustinendi actum leg. quoties de rebus dubijs leg. 3. de militari testamento, nun-
15 quam enim fit relatio ad id, per quod actus non sustinetur Bart. post glos. in l. cum vulgari de dote prælegata, Dec. in c. 2. requiris sub nu. 3. vers. 5. non debet fieri de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi locus est in sententia institutionis iurispatronatus, & nu 6.*
2 *Referuntur plures decisiones Rotæ Romanæ.*
3 *Cap constitutus, il secondo loquitur de appellatione extraiudiciali.*
4 *Institutus pendente appellatione possessionem capere non potest, si sententia habeat vim diffinitiuæ.*
5 *Quando institutio est facta in contradictorio iudicio, & per sententiam, causa est appellabilis.*
7 *Appellationi locus est, etiam si possessio beneficii sit capta pendente termino.*
8 *Reprobatur opinio Cauall. dicentis, faciendam esse prouisionem Cappellaniæ, spreta appellatione.*

Nùm à sententia institutionis iurispatronatus possit appellari.

DECISIO XIV.

FVit propositus dubitationis articulus in Curia Archiepiscopali, si à sententia per quam pronunciatur, quem esse instituendum in aliquo beneficio iurispatronatus potuisset appellari, & vnus ex Dominus allegauit Lambert. de iurepatronatus lib. 2. par. 2. artic. 5. qui vult, quod appellatione interposita ab institutione de aliquo præsentato, si capta fuerit possessio pendente appellatione, dicitur bona, talis enim appellatio minimè impedit apprehensionem possessionis beneficij, tamen contrarium tenuimus in eadem Curia, scilicet, quod à præfata
1 sententia possit appellari, quare possessio capta pendente prædicta appellatione sententia institutionis est attentata, vt scripserunt Franch. nu. 8. Domin. num. 7. & Ioan. Andreas in cap. auaritiæ de election. in 6. & iuxta hanc opinionem
2 pluries fuit resolutum in Rota, & signanter in vna Neapolitana Cappellaniæ 13. Decebr. 1562. Coram Oradino, & in vna Calaguritana beneficij 7. Maij 1574. Coram Blanchetto, & iterum in vna Calaguritana portionis 27. Iunij 1575. coram Cantuccio, & tandem in vna Lucana plebis 8. Iunij 1571. Coram Lancellotto, & extat decisio Rotæ diuers. 6. parte 2. & tradit rectè Lancellot. de attentatis 2. par. cap 4. nu. 614. & num.

num.617.& cap.12.in præfatione num.79.&
3 sertim in limitatione 40. & 49. vbi respondet cap. constitutis il secundo de appellat. quod loquitur in appellatione extraiudiciali, vt etiam intelligunt Dominicus, Lapus, & Franch. in d. c. auaritiæ de electione in 6. Cucchus institut. canonic. lib.4. tit.4. num.67. & similiter cum Rota in dicta Neapolitana respondet, ac Lancellottus doctrinæ Lambertin. in d. tract. de iurepatronatus parte 2. lib. 2. articul. 5. numer. 2.
4 quæstione 11. dum inquit, institutum posse pendente appellatione ab institutione capere possessionem, quia est quid facti, & effectus cōsecutiuus institutionis, ait enim, quod eius lectura est correcta, & loquitur, quando institutio nō habet vim diffinitiuæ, sed fuit facta extraiudicialiter, & absque contradictore, vt apertè colligitur ex his, quæ ipsemet dicit numero præcedenti in fine, quo casu appellatio tanquam interloquutoria nō debet facere attentata, vt pro regula firmauit d. cap.12. in prima limitatione, & idem tradit Breder. in tractatu de appellat. par.1. à quibus actibus tit.20. versic. ab institutione præsentandi pagina 419. & vbi post sentētiam est facienda institutio seu collatio, tenet Azeued. in Curia Pisana lib.2. cap.4. num.14. Perez de gara lib.2. cap.11. num.1. & nouissimè in vna Aurien. Parochialis 1. Iunij 1596. coram Penia fuit resolutum, quod quando insti-
5 tutio facta est in contradictorio iudicio, & per sententiam, tunc causa est appellabilis ex Lancellotto in limit.49. & in vna Aurien. parochialis 4. Decembris 1598. coram Lancellotto fuit resolutum, constare de attentatis, & possessionem sequestrandam, fuit enim facta institutio, & possessio capta post appellationem, & ità fuit resolutum in vna Compostellana parochialis 9. Decembris 1592. coram Penia, & quod à sententia institutionis possit appellari, qua pen-
6 dente si capiatur possessio inducuntur attentata, tenuerunt Guidobon. in deci.104. Mohedan. in decis.11. de præbendis, & pluries tenuit Rota, & signanter in vna Calaguritana beneficij 7. Maij 1574. coram Blanchetto, & iterum in vna Pinziana iurispatronatus 9. Martij 1598. & hæc sentētia procedit etiam, si possessio fuerit capta
7 pendente termino ad appellandum, Calde. in cons.1. vt lite pendente, Cassadorus in decis.3. de restitut. spoliatorum, Cæsar de Grassis in decis.2. de appellat. Caputaquens. in decis.7. parte 1. & in decis.157. parte 3. Puteus in decis.114. parte 2. & sæpe Rotam tenere hanc opinionem refert Gonzalez in reg.8. glos.9. num.203. & sic fuisse decisum in vna Calaguritana beneficij 18. Aprilis 1603. coram Lancellotto, ex quibus apparet falsam omninò esse opinionē Cęuall. in specul. commun. contra commun. quæst.693.
8 dicentis, faciendam esse prouisionem Cappellaniæ spreta appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cōntractum metu cadente in constantem virum est nullum.*
2 *Matrimonium metu contractum dicitur nullum, ĕt si sua culpa inciderit in metum.*
3 *Matrimonium metu contractum est nullum, etiam si carnalis copula esset subsequuta.*
4 *In matrimonio non sufficit simplex consensus, seu voluntas.*
5 *Initium metus in actu, influit in omnes actus sequentes, & actus medio tempore facti non attenduntur.*
6 *Probato semel metu, ea omnia, quæ possunt tribui liberæ voluntati, etiam per metum facta censentur.*
7 *Matrimonium metu contractū dicitur nullum, etiā ratificatione subsequuta.*
8 *Quidquid durante causa metus fuit factum, per metum factum fuisse videtur.*
9 *Matrimonium metu contractum, non impedit posse denuo contrahi.*
10 *Passus metum in matrimonio, quis dicatur.*
11 *Matrimonium metu contractum, per cohabitationem spontaneam conualidatur.*
12 *Metus nunquam censetur sublatus, nisi persona, cui fuit illatus sit constituta in plena libertate.*

Matrimonium metu contractum, an & quomodo sit nullum.

DECISIO XV.

1 VVlgare est iuris axioma, matrimonium contractum metu cadente in constantem virum esse nullum, vt in cap. cum nullum, vbi Abb. nu.6. & alij omnes de sponsalibus cap. significauit de eo qui duxit in matr. quam pollu. per adult. cap. gemma cit. tit. de sponsalibus c. cum veniens eodem tit. Rota collecta à Farin. in decis.42. & 56. Marta decis.64. & iuxta hanc opinionem pluries fuit resolutum in Rota, & signanter in vna Nicen. matrimonij 6. Martij 1587. coram Seraphin. & iterum in eadem 13. Maij 1588. coram Mantica, Triuis. decis.63. par. 1. & sic fuit etiam dictum in Curia Archiepiscopali in quadā causa matrimoniali ibi vertente, Bombin. cons 35. quod eatenus verum est, vt
2 etiam locum habeat, si metum passus dederit occasionem, seu causam coactionis, vt illam mulierem cogeretur ducere in vxorem, l. nec timore ff. quod metus causa cap. veniens il secundo, vbi glos. de sponsal. Triuis. decis.63. Felin. in cap. cum inter num.20. de exceptionib. Gars. in tract. de vltima affinit. num.187. & 189. Mon-
3 ticul. de patr. potest. in rubrica de nupt. nu.23. vt dicimus pariter etiam, si carnalis copula esset subsecuta d. c. cum locum cap. veniens de sponsal. d. c. significauit de eo, qui duxit in matrim. quam polluit per adulter. Cardin. in clement. 1. quæst.17. de consanguinit. & affinit. Hostiensis in cap. consanguinei de re iudicata Brunellus de sponsal. & matrim. conclus.18. per totam
4 late Couar. de sponsal. in 2. par. cap.3. §.6. per totum; in matrimonio enim non sufficit simplex consensus, & voluntas, sed debet esse cum plena libertate, & securitate, quibus qualitatibus deficientibus redditur nullum ipso iure, ex traditis per Garz. in d. tractat. de vltimo fine

vtriusq.

vtriusque iuris num. 48. & sequent. Marta in d. decis. 64. sub nu. 2. & tenuit Rota in vna Veneta legitimitatis 19. Ianuarii 1587. coram Seraphino, vt patet apud eundem in decis. 687. & initiū
5 metus in actu, influit in omnes actus sequentes, & actus medio tempore facti minimè attendū-
6 tur, quia probato semel metu, ea omnia, quæ possunt tribui liberæ voluntati, etiam per metū facta censentur, vt tradit idem Seraphinus in decis. 865. & adeò est nullum matrimonium
7 metu contractum, quod ratificatio subsequens nihil operatur, quidquid enim durante causa
8 metus fuit factum, per metum fuisse factum cēsetur, & proinde non releuat, secundum Verall. in deci. 213. par. 2. Seraphin. in decis. 1166. quare iure optimo scripsit Marta in decis. superius
9 citata 64. per præfatum matrimonium metu cōtractum minimè impediri, quo minus possit, & valeat contrahens contrahere secundum matrimonium, licet si non adesset iustus metus, tūc
10 contrarium esset dicendum, & iustus metus dici posset, si adesset timor Principis, vt fuisse decisum in vna Tolentana matrimonii 13. Maii, 1588. tradit Seraph. in decis. 818. & idem est dicendum, quando adesset causa excludendi metum, qui quidem excluditur ex qualitate personarum; loci, & circumstantiarum, vt habetur per eundem Seraphinum in decis. 771. qui in decis. 773. dicit, quod matrimonium metu con-
11 tractum conualidatur per cohabitationem spōtaneam subsequutum, quod nota ad tex. in cap.
12 id quod de spons. quem tex. intelligas, vt nunquam censeatur purgatus metus, nisi persona, cui fuit illatus sit constituta in plena libertate, Seraphinus in decis. 887. & in decis. 863. & de purgatione metus est videndus idem in decis. 1085.

SMMARIVM.

1 *Verberās clericum incidit in excommunicationē, siue verberans sit masculus, siuè femina.*
2 *Relatiuum, si quis, cōprehendit tam masculos, quā fœminas.*
3 *Mandans, vel consulens verberari clericum, est excommunicatus.*
4 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*
5 *Prouocatus, qui verberauit clericum, non dicitur excommunicatus.*
6 *Prouocatus agens aliquod, non dicitur facere animo iniuriandi.*
7 *Prouocatus debet esse alienus à quauis pæna.*
8 *Aggressus, quidquid facit, præsumitur ad eius defensionem facere.*
9 *Duorum clericorum inuicem repercutientium, qui prius incepit est declarandus excommunicatus.*
10 *Vim vi repellere licet.*
11 *Sacerdos pro sua defensione potest occidere hominem, etiam quando celebrat.*
12 *Clericus non efficitur irregularis occidens aliquē se defendendo.*
13 *Contra Principem sæuire ratione defensionis videtur licitum.*
14 *Princeps licet sit solutus legibus, tamen viuit secundum leges.*
15 *Occidens hominem ad sui defensionem non dicitur homicidium committere.*
16 *Non dicitur excommunicatus occidens ratione defensionis aliquem, etiam in ecclesiastica dignitate constitutum.*
17 *Excedens extra propositum se defendendi non dicitur pænam incurrisse.*
18 *Ob defensionem potest occidi clericus.*
19 *Verberās, vel occidens clericum ob defensionem est exclusus à pæna ordinaria delicti.*
20 *Verberans vel occidens clericum, est exclusus à peccato mortali.*

An prouocatus, qui percussit Clericum sit declarandus excommunicatus.

DECISIO XVI.

1 QVamuis aperta sit iuris conclusio, quod iniiciens manus contra clericos sit excommunicatus, vt habetur per tex. in c. si quis suadente 17. q. 4. & voluerunt Menoch. de arbitr. iudic. casu 493. num. 39. Aufrer. de potest. secul. regula 3. num. 1. Baiard. in addit. ad Clarum q. 77. num. 20. Duen. in regula 99. quæ habet locum tam si percutiens sit masculus, quam fœmina, vt per Nauar. in manuali cap. 27. num. 77. Viuius in Sylua commun. opin. opinio-
2 ne 104. num. 8. & ratio est, quia illud relatiuum si quis, est generale, & comprehendit tam masculos, quā fœminas, vt in l. 1. ff. de verb. signific. & procedit, tam si percutiens sit sæcularis, quam regularis cap. porro cap. cum pro causa, & cap. monachi de sententia excommunicationis, tam si fuerit persona priuata quam publica, vt in Officiali c. si iudex laicus, & cap. 3. de sententia
3 excommunicationis, tam in eo qui iniuriose manus in clericos iniecerit, quam in mandante, consulente, & sollicitante Cabal. in resolut. criminal. casu 56. circa finem, Franciscus Marcus in decis. 878. num. 1. vol. 1. Aufrer. de potest. iudic. secul. regul. 3. num. 6. & 7. Mozzius de contractibus in titul. de donat. sub rubr. quomodo
4 annullatur donatio num. 34. quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur cap. vt famæ de sententia excommunic. l. nihil interest ff. ad l. Corneliam de sicariis, cap. qui facit de regul. iur. in 6. l. ità autem §. gessisset ff. de administra-
5 tione tutorum, tamē eam limitauimus in Curia Archiepiscopali, quando tñ non exceditur modus in defensione, & sic non esse declarandum excōmunicatum quendam laicum, qui ob prouocationem sibi factam à clerico, eundem cle-
6 ricum percussit, quia talis non dicitur facere ad iniuriam, & animo iniuriandi cap. 1. & cap. ex tenore de sententia excommunic. glo. in d. c. si quis suadente diabolo 17. quest. 4. Abb. in cap. si vero il secundo nu. 11. de sentent. excommunicat. Decian. in tract. crimin. par. 2. lib. 6. c. 34. num. 17. Soccin. in cap. peruenit nu. 205. cum sequent. de senten. excommuni. Raudens. cons. 17. nu. 59. lib. 2. Clarus in §. homicidium nu. 23. Intrigl. cons. 15. num. 19. Ann. cons. 7. num. 7.
7 & 8. Bomb. cons. 19. & prouocatus debet esse im-

8 immunis à pœna, l.1.§.1. ff. si quadrup. paup. fecisse dic. Bal. conf.23.nu.4.vol.1.& quidquid facit, præsumitur ad eius defensioné fecisse, secundùm Dec. in conf.570. laté Barz. in decis. Bonon. 133. vnde secundú Marsil. in conf.537.nu.8.qué
9 refert Clar. in §.fin.q.60.nu.14. si duo clerici inuicem se percutiunt, sed vnus prius incępit, & prouocauit, non sunt ambo declarandi excómunicati, sed solum qui prouocauit, vt voluit Card.
10 cóf.42. vim enim vi repellere licet, l. vt vim ff. de iust. & iur. c. si vero, il primo de sent. excom. l.cú arietes ff. si quadr. paup. fec. dicatur §. quod vero inst. de iure nat. gent. & ciui. l. qui aggressorem, & l. vt vim C. ad l. Corn. de sicar. clem.1. de homic. quia cum defensio sit de iure naturali, vt habetur per gl. & DD. in l. sequétes alicui C. ad leg. Iul. Maiest. Cabal. resol.88. Farin. in q.39.n.153. laté de Grassis de except. ad materiam statuti, except.21.n.8. Ideo erit permissa vnicuique, clem. pastoralis de re iudic. cap. inter cum gl. extra de except. l. desertorem §. si ad diem ff. de re milit.
11 l. vtrum ff. de iust. & iure, ita vt etiam Sacerdoti dicta Missa liceat ad eius defensionem occidere hominem, & postea reuerti ad celebrandum, DD. in d.l. vt vim nu.8. ff. de iust. & iur. Abb. in c. clerici de vita, & hon. cler. Bomb. in d. conf.19. nu.27. Simon de Pretis conf.36.nu.16.lib.2. vbi
12 dicit, quod clericus ita se defendendo non efficitur irregularis, clem.1. de homic. Foll. in pract. crim. can. par.2.c.14.nu.6. Gratus conf.114.nu. 18.lib.2. Anna in d. cóf.7.nu.8. Plaza in epitom. delict.c.28.nu.5. Maceraté. var. resol.c.26.nu.1.
13 & licitum est ratione defensionis, etiam contra Principem sæuire, per tex. not. in clem. pastoralis §. cæterum de sent. & re iud. vbi habetur, licitum
14 est contra Principem pro defensione propriæ personæ ire, quia licet sit legibus solutus, tamen viuit secundum leges, l. digna vox C. de legibus, Mayn. dec.42.nu.6. Dec. conf.116. glos. in c. cum
15 conuenisset in fi. de iudic. Intantum, quod occidens hominem pro sua defensione, non dicitur maleficium committere, prout scripserunt Bald. in l. data opera C. qui accus. non poss. Boss. in tit. de homic. nu.51.& 58. Bec. conf.51.nu.6. Carrerius in pract. crim. §. circa num.28. Mascard. de probat. conclus.1126.nu.6.& seq. Surd. conf.40. num.21. defensor enim propriæ salutis in nullo peccasse videtur, & consequenter iure optimo
16 nullam excommunicationé præfatum percutiétem contraxisse, per nos fuit resolutum, & hanc decisionem non solum procedere in eo, qui verberaret clericum simplicem, sed etiá cóstitutum in dignitate, ostendit tex. in c. si vero, il secondo, de sent. excomm. gl. in c. fęlicis de pœnis in verb. percusserit, Dec. in cit. l. vt vim ff. de iust. & iure, Clarus in d.§. homicidiú nu.23. Anna in d. conf. 7.nu.5. Bombin. d. conf.19.nu.28.& Scribentes in d. cap. fęlicis de pœnis, quod procedit pariter in eo, qui se defendit, & aliquantulum excedit modum præter propositum, ná non incidere in pœnam excómunicationis scribit gl. in c. significasti, il secondo, in verb. tutela de homic. sequuntur Gaetan. in summula in verb. excómunicatio cap.10. vers. tertius est, Graff. in decis. aur. par.2. lib.3.c.5.nu.27. quod procedit etiam quoad eui-
17 tandam pœnam temporalem, quia si quis extra propositum excesserit in se defendendo, pro tali excessu nullá dicitur pœnam incurrisse, Florian. in l. si ex plagis §. Tabernarius ff. ad leg. Aquil. Turret. cóf.62.nu.19.& seq. lib.2. qui de cómuni testatur Alex. conf.79.nu.4.& conf.109. num.6. vol.1. Barzius in dec.182.nu.8. Gramm. in decis. 29.nu.32. in fi. & quod non solum liceat absque metu excómunicationis in tali casu manus in cle-
18 ricum inijcere, verum etiam & illú interficere pro defensione proprię salutis, si aliter se saluare non potest, scribunt Abb. in c. si vero, il primo, nu.11. de pœnis, Clar. in d.§. homicidium n.23. Macerat. variar. resol.c.26.nu.1. Couar. in lib.2.
19 var. resol.c.10. nu.8. & quod non solum verberans, vel occidens talem clericum sit tutus ab excómunicatione, verum etiam à pœna ordinaria delicti, decidit tex. in l. si quis aggressorem, & l. si quis percussorem C. ad l. Cornel. de sicar. & in clem.1. in verb. & idem, vbi gl. de homic. & d.l. vt vim ff. de iust. & iure, vbi hoc notant communiter Scribétes, & in l. itaque in princ. ff. ad leg. Aquil. & in l. scientiam §. qui cum aliter cum similibus, quæ congerit gl. in d.l. vt vim ff. de iust. & iure, Bombin. d. consil.19. & ibi Additionat. Gomez in lib. var. resol. tom.3.c.3.n.20. Nauar.
20 in manuali c.15.nu.2.& quod sit tutus à peccato mortali in foro conscientiæ, scribit Abb. in c. clerici, il primo nu.2. de vita, & honest. cler. sequuntur Soc. in c. ad audientiam nu.40. de homicid. Guttier. pract. quæst. lib.2.q.1.nu.21. Duenas in regula 192. ampliat.2. & alij per Cenedum in collect. iuris can. collect.29.num.2.

SVMMARIVM.

1 *Sola falsi suspitio pro veritate habetur.*
2 *Sola falsi suspitio in criminalibus, non habetur pro veritate.*
3 *Suspitio est modicæ virtutis in iudicando.*
4 *Ex suspitionibus nemo condemnandus.*
5 *Probatio falsitatis non ex præsumptione debet concludere, sed de necessitate, taliter, vt res aliter haberi non possit.*
6 *In causa falsitatis, probationes sunt omninò necessariæ.*
7 *Melius est nocentem absoluere, quam innocentem condemnare.*
8 *In falsi materia duæ requiruntur præsumptiones, vt scripturæ nulla fides adhibeatur.*
9 *Falsitas semper est exludenda.*
10 *Interpretatio est facienda, ad excludendum delictum.*
11 *Regulariter dolus non præsumitur.*
12 *Quælibet causa, etiam iniusta, excusat à dolo præsumpto.*

In criminalibus suspitio falsi, an pro veritate habeatur, ad explicationem tex. in l. Iubemus, vbi DD. de prob.

DECIS. XVII.

1 Licet sola falsi suspitio, pro falsitate habeatur in crimine falsi, nisi suspitio ipsa veritatis

B de-

demonstratione diruatur, c. in memoriam, vbi
Archid. col. fin. 19. dist. l. iubemus, vbi DD. C. de
probat. Abb. per tex. ibi in c. porrecta de confir.
vtili, vel inut. Dec. conf. 189. col. 1. Surd. cõs. 131.
nu. 6. Becc. conf. 102. num. 6. & 42. Alex. conf. 77.
nu. 6. vol. 1. Iason conf. 148. nu. 2. Paris. conf. 12.
1 nu. 16. & conf. 88. vol. 3. & conf. 162. vol. 4. quod
quidem habere locum etiam in ciuilibus scripsit
Crauet. in conf. 809. num. 20. fuit tamen pluries
resolutum, præfatã cõclusionem minimè locum
2 habere, nec procedere in criminalibus, præser-
tim vbi ad puniendũ aliquem de falso procedi-
tur, tunc enim ad probationẽ falsitatis non suffi-
cere vllo modo coniecturas, neque suspitiones,
sed probationes legitimas, & de necessitate con-
cludẽtes requiri est communis opinio, teste Soc.
in conf. 34. nu. 44. vol. 2. Decian. conf. 100. vol. 2.
Boss. in sua pract. in tit. de officio corrupt. iust.
nu. 14. quamuis locũ habere in ciuilibus absque
difficultate fuit dictum, vt docet Anania cõs. 49.
Rimin. Iun. conf. 554. nu. 10. vol. 5. Decian. conf.
109. Paris. conf. 158. Surd. conf. 6. nu. 4. & fuisse
decisum per Rot. Romanã asserit Verall. in dec.
4. par. 2. cuius decisionis vera ratio est, secundum
3 Bald. in rub. C. de probat. quia suspitio est modi-
cæ virtutis in iudicando, & decidendo, meritò
itaque determinatur in l. absente ff. de pœnis,
4 quod quis ex suspitionibus cõdemnari nõ debet,
præsertim in criminalibus, vt per Capyc. in dec.
30. nu. 4. & 6. vbi quod licet suspitio falsitatis ha-
beretur pro veritate, firmat tamen, hoc nõ pro-
cedere, nisi tunc concurrat, interueniatq; etiam
aliqualis diffamatio, & Sac. Reg. Cons. ibi in casu
occurrenti super falsitatis suspitione voluit di-
scurrere super condẽnatione ipsius criminis, ad
quã deueniri nõ poterat de iure, sed solummodo
super arrestatione, num ob suspitionem falsitatis
inquisitus detineri in carceribus potuisset, & idẽ
firmauere Cyn. & alij vniuersaliter omnes in l.
5 vbi C. de falsis, Anan. cõs. 49. nu. 2. hinc est, quod
probatio falsitatis non ex præsumptione debet
concludere, sed de necessitate, tali modo, vt res
aliter se habere non possit, secundùm Gramm.
in conf. crim. 19. & cõs. 33. Alex. conf. 117. n. 14.
vol. 1. & in conf. 70. & ita Senatum Pedemonta-
nũ decidisse meminit Cacher. in dec. 107. itaque
6 concludendum est, quòd in causa falsitatis proba
tiones sunt omninò necessariæ, vt scribit Decius
in conf. 173. cum in tali causa quis condẽnari non
7 debeat ex præsumptione, melius est enim nocen-
tem absoluere, quàm innocentem condemnare,
l. absentem ff. de pœnis, & eo magis, cum in falsi
8 materia ad plenam probationem plures requi-
rantur præsumptiones, vt scripturæ fides nulla te
nus adhibeatur, vt voluit Anan. in cõs. 49. Crau.
9 conf. 134. nu. 59. falsitatem non fuisse cõmissam
vtique semper esse dicendum consuluit Cœpoll.
conf. 38. Gram. dec. 26. n. 120. Soc. Iun. conf. 45.
10 vol. 3. interpretatio enim est facienda ad exclu-
dẽdum delictum, l. merito ff. pro soc. hinc enim
11 videmus, quod dolus regulariter non præsumi-
tur, nisi probetur, l. dolum C. de dolo l. quoties
§. qui dolo, & ibi Doct. ff. de probat. & in l. præ-
tor §. Marcellus ff. de iudic. c. Sedes Apostolica
in fi. & cap. ex parte extra de rescriptis, Surdus
12 conf. 10. num. 39. Berous conf. 188. ideo quod in
omnem euentum quælibet causa etiam minima,
& iniusta, atque temeraria, falsa, seu bestialis
omni dubio semper à dolo præsumpto excusat,
l. igitur §. possit ff. de liberali causa l. plagij, la se-
conda, ff. ad l. Flauiam de plagiar. & in l. 1. §. fin.
ff. de abigeis, Veral. dec. 108. par. 3. Cassad. decis.
19. & late Viuius alios cumulans in dec. 80.

SVMMARIVM.

1 *Periurus incurrit infamiam.*
2 *Infamis testis esse nequit.*
3 *Periurus etiam si fuerit emendatus per poenitentiam, testimonium ferre prohibetur.*
4 *Periurus in vno ex articulis, repellitur in omnibus.*
5 *Testium depositio in aliqua parte falsa, in omnibus falsa præsumitur.*
6 *Periurus in vna causa, in alia non probat.*
7 *Tortura non purgat periurium.*
8 *Iuramentum est indiuiduum.*
9 *Testis esse potest in causa hæresis periurus.*

An periurus repellatur à testificando.

DECIS. XVIII.

PLuries fuerunt reiecti periuri à testificando,
& ita quotidiana praxis in nostra Curia ob-
1 seruat, cuius fundamentum est, quia infamiã in-
currit periurus de iure Canonico, cap. querelam
de iureiur. c. quicumque 6. q. 1. gl. in c. quanto in
fine de iureiur. Luc. de Pen. in l. quoties C. de di-
2 gnit. lib. 12. & stãte infamia testis esse nequit c. si
quis cõuictus 22. q. 5. Corn. cõs. 324. nu. 5. vol. 3.
Ruin. conf. 158. nu. 4. vol. 5. Fulgos. conf. 107. &
conf. 173. Dec. conf. 189. nu. 8. Ias. in l. si duo pa-
troni §. fin. num. 2. de iureiur. Crauett. conf. 6.
nu. 14. Cœphal. conf. 233. nu. 9. vol. 2. Bertazz.
3 conf. 451. nu. 3. vol. 2. Cacher. in decis. 72. nu. 7.
immò etiam si fuerit emendatus per pœnitentiã,
gl. in c. fin. in verbo periurio de iureiur. in 6. Fel.
in cap. testimonium nu. 17. vers. tertia conclusio
de testib. Frãc. Marc. in dec. 708. sub nu. 4. vol. 1.
4 & etiam si periurus sit in vno ex capitulis, siue ar-
ticulis, repellitur in omnibus, Alex. cõs. 44. nu. 7.
vol. 2. & cõs. 183. nu. 3. vol. 7. Soc. conf. 255. nu. 9.
vol. 2. Prob. ad Io. Monacum in c. accusatus nu. 1.
de hæreti. in 6. Marian. Sen. cõs. 156. nu. 9. vol. 1.
5 & hoc ea ratione, quia testiũ depositio in aliqua
parte falsa, in omnibus præsumitur falsa, & vi-
tiosa, gl. in c. si testes 3. q. 4. & in c. in nostra, de
testib. Innoc. in c. fraternitatis eod. tit. Bal. in l. 2.
C. de fideicommiss. liber. Abb. in c. ex litteris col.
vlt. de fide instr. Gabriel. in cõcl. 4. in tit. de crim.
Crauett. conf. 6. nu. 14. Brunus conf. 20. nu. 21.
6 Soc. Iun. cõs. 4. nu. 13. & periurum in vna causa,
in alia non probare, estò quod dicat in alijs veri-
tatem in eodem iudicio, est tex. in c. ex parte, vbi
Panorm. de testib. sequitur Alex. conf. 93. col. 3.
vol. 5. Portius conf. 204. nu. 10. Angel. in conf. 5.
7 nu. 3. lib. 1. nec per torturam purgari periurium
vt fidem facere possit, ex quo iuramentum est
8 indiuiduum, Becc. conf. 45. nu. 10. vol. 1. Bursat.
conf.

conf.79.nu.11.vol.1. Cœphal. conf.234. nu.34. vol.2. Riminal.conf.113.nu.34.vol.1. Menoch. de arb.iud.cent.2.casu 128.nu.16. Crauet.cōf.6. num.16. latè post alios Dec. in tract.crim.lib.6. c.13. sub nu.15. in fi. vol.2. licet hoc non habeat
9 locum, si in causa hęresis certis iudicijs appareat, testem velle suum testimonium corrigere, nō leuitate animi, vel pretio, sed zelo Cattholicæ Fidei, tūc enim non obstante periurio admittitur, c.accusatus §.licet vero de hæretic.in 6. Couarr. variar.resol.lib.2.c.13.nu.9. Menoch. de arbitr. iud.centur.4.lib.2.casu 108.nu.13. Roias in singul. 194. & 195. sed puniri periurum, etiam deponētem in crimine hæresis per inquisitionem, voluit Farin. de hæretic. c.14. nu.6. in fi. & torqueri posse dicit Simanc. in praxi hæreticor. tit. 52. de tormentis.

SVMMARIVM.

1 *Nobiles non condemnantur ad pœnas ignominiosas, & viles.*
2 *Honestiores homines fustibus cædi non possunt.*
3 *Nobilitas facit alleuiare pœnam.*
4 *Fauore Nobilitatis rumpuntur regulæ iuris.*
5 *In Regno Neapolitano Nobiles decapitantur, Ignobiles vero suspenduntur.*
6 *Nobiles non condemnantur ad triremes.*
7 *Refertur articuli decisio facta in Curia Archiepiscopali.*
8 *Popularis honestus, & diues ad pœnas ignominiosas non condemnatur.*
9 *Distinguendi sunt in pœnis infligendis Ignobiles à personis Nobilibus, honestioribus, atque honorabilibus.*
10 *Personæ honestæ, atque honorabiles æquiparantur Nobilibus.*

Popularis ex diuitibus, & honestioribus parentibus ortus, si delinquat, an pœna Ignobilium veniat puniendus.

DECIS. XIX.

1 QVoniam apertissimi iuris est, pœnam ignominiosam Nobilibus minimè imponi, ad dispositionē tex. in l.mortis §.sed enim sciendum vers.nec furcæ subijci ff.de pœnis, & l. capitalium §.nō omnes eod.tit. vbi fustibus cædi non debent honestiores homines, sequitur Abb.
2 in c.grauē de pœnis, consuluit Fulgos. in cōs.167. quem sequitur Affl.in Const. Regni, Toxicum, & sic de consuetudine seruari tradiderunt Clar. in lib.5.recept.sent.§.fin.q.60. vers.prodest etiā Duenn. in reg.190. post Bar.in l.capitaliū §.serui cæsi ff.de pœn. Bal.in c.cum quidā nu.3. extra de iureiur. & iuxta istorum sentētiā sic seruari in Curia Archiepiscopali dixi in praxi in dec.360. & quod nobilitas faciat alleuiare pœnam delicti
3 in nobili, est textus formalis cum gl.in l.aut dam nū §.in ministerium ff.de pœnis, ibi pro delicto, pro quo mulier potest in metallū dānari, si fuerit nobilis non poterit ei inferri hujusmodi pœna metalli, Gramm.in dec.32.nu.2. post Luc.de
4 Pen.in l.11.C.de desertor.lib.12. & quod rumpantur regulæ iuris fauore nobilitatis post alios scribit Fel.in c.pastoralis in principio ff.de offic. deleg. hinc enim in Regno, nobiles decapitari, &
5 ignobiles vero furcis suspendi videmus, vt de iure communi loquendo post alios, quos ipse allegat, scribit Tiraq.de Nobil.c.20. nu.110. & seq.
6 & nobiles neque pœna triremium affici debere tradiderunt Couarr.variar.resol.c.9.lib.2.nu.4. vers.5.& egregiè Gramm. in decis.32. ideo cum in facti contingentia in Curia Archiepiscopali euenisset, quendam Clericum popularem ex diuitibus, & honestioribus parentibus ortum, perpatrasse quodam homicidium, fuit dubitatum, si pœna ignobilium esset puniendus, & censui-
7 mus negatiuè; & sic, dictum clericū ad triremes
8 non condēnauimus, ex eo, quod nedum Nobiles, sed etiam populares diuites, & honestiores ad pœnas ignominiosas non posse condemnari docuit Bart. in d.l.capitalium §.serui cæsi ff.de pœnis, cuius doctrina probatur insigni textu in cit.l.capitalium §.non omnes, vbi Iureconsultus loquitur per verbum, honestiores, quo vocabulo non solum nobiles, sed alij populares honestiores comprehenduntur, vt ex doctrina prædicta Bart.apertè colligitur, vbi dum ampliat ad honestiores, præsupponit, quod minus sit esse honestiorem, quàm Nobilem, sequitur Panor.in cap. pastoralis num.5. de offic.deleg. Felin.in c.cum quidem col.3. vers. tertia declaratio de iureiur. Cœpoll.cons.40. nec dissentit Tiraq.de nobilitate d.cap.20.num.111. dum de nobilioribus, & honestioribus æqua lance loquitur, sequitur Anna alios cumulans in cons.34. num.5. & sequen. & sic fuisse seruatum refert de Ponte de potest. Proreg. in tit. de prouisionibus fieri solitis §.2. num.1.in princ. & his omnibus accedat Garsias de nobilit.gl.1.nu.13. qui dicit, distinguēdos esse
9 in pœnis infligendis ignobiles à personis nobilibus, honestioribus, atq; honorabilibus, ex quibus
10 patet, personas honestas, atque honorabiles nobilibus æquiparari, & sic fuit iudicatū. Tandem eadem Curia Archiepisc. attenta qualita e delictorum, aliquando recessit ab huiusmodi determinatione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest carcerari pro causa ciuili.*
2 *Clerici habent beneficium, nè conueniantur, nisi in quantum facere possint, deducto nè egeant.*
3 *Clerici si possent carcerari pro causa ciuili, hoc in opprobrium Clericalis dignitatis redundaret.*
4 *Clericus in minoribus gaudet beneficio cap. Odoardus.*
5 *Clericorum appellatione in fauorabilibus veniunt addicti seruitio diuino, siuè in maioribus, siuè in minoribus ordinibus constituti.*
6 *Fauores sunt ampliandi.*
7 *Quid debeant obseruare Clerici in minoribus ordinibus constituti, ad hoc vt gaudeant beneficio cap.Odoardus.*

An Clericus in minoribus ordinibus constitutus gaudeat beneficio cap. Odoardus.

DECIS. XX.

1 IVra sunt clara, clericos non posse pro causa ciuili carcerari c. peruenit de fideiussorib. cap. Odoardus de solut. gl. in l. miles ff. de re iudicata, Marchesan. de Commiss. par. 2. c. 7. Gutierez
2 de contractibus iuratis c. 17. nu. 6. Menoch. de arbitr. iudic. casu 88. nu. 8. Affl. in Const. Regni lib. 1. Rubr. 66. nu. 6. de Cler. cōueniend. & ideo clerici dicuntur habere priuilegium, nè possint conueniri, nisi in quātum facere possunt, deducto nè egeant, vt d. cap. Odoardus, latè Anna in cons. 124. vol. 2. Triuis. in decis. 8. lib. 1. Amat. decis. 15. nu. 16. Cappella Tholos. & ibi Aufrer. in decis. 245. Viu. in lib. commun. opin. cōcl. 99. Farin. in sua pract. crim. q. 27. nu. 65. Couar. var.
3 resol. c. 1. nu. 9. clerici enim si possent carcerari, & tenerentur vltra, quam facere possent, hoc in clericalis dignitatis opprobrium redundaret, vt scribit Germon. de Sacr. immunit. c. 15. nu. 89. tamen insurrexit dubitatio in Curia Archiepiscopali, si hoc beneficio gauderent clerici in minoribus ordinibus constituti, & pluries fuit resolutum affirmatiuè, cū textus loquatur simpli-
4 citer de clerico, & clericorum appellatione in fauorabilibus veniunt omnes addicti seruitio diuino, siue in maioribus, siue in minoribus ordi-
5 nibus constituti, Abb. in Rubr. de vita, & honest. cler. & in c. 2. de cohabit. cler. & mulierū, fauo-
6 res enim sunt ampliandi c. odia de reg. iur. in 6. dummodo ipsi obseruent disposita per Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. c. 6. de refor.
7 hoc est, quod incedāt in habitu, & tonsura, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, vel sint beneficiati, vel in aliquo Seminario reperiātur, namquè isti tales sicuti gaudent priuilegio fori, vt latè post alios Caball. in resol. 60. ita pariter gaudebunt beneficio c. Odoard. de sol. Neuizan. cons. 59. Surd. cons. 259. nu. 24. lib. 2. Guttierez de contractibus iuratis d. c. 17. Menoch. de arbitr. Iud. casu 183. Anna d. cons. 124. nu. 4. & 6. cū seq. Matthes. sing. 60. Masull. ad Capyc. in decis. 161. nu. 9. Marchesan. de commiss. par. 2. c. 8. nu. 11. & nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Mulier dicitur manere in domo honesta, si in domo patris habitat.*
2 *Domus paterna præfertur Monasterio.*
3 *Refertur decisio Rotæ.*
4 *Lex confidit in patre.*
5 *Nullus amor vincit paternum.*
6 *Filius non habet meliorem amicum patre.*
7 *Pater censetur diligere plus filium, quam se ipsum.*
8 *Tangens filium, dicitur tāgere pupillam patris sui.*
9 *Pater, & filius, pro vna persona reputantur.*
10 *Filius licet sit nouus homo propter animam, quæ non est eadem cum anima patris, nihilominus caro paterna non dicitur omninò extincta, sed potius propagata.*
11 *Caro patris defuncti viuit in filio.*
12 *Nepos dicitur quodammodo natus ex corpore aui.*
13 *Non præsumitur pater, qui non diligit filium.*
14 *Arctiori vinculo homo homini non iniungitur, quàm eo, quo pater cum filio.*
15 *Filiorum causa omnia volumus.*

Domus paterna, an dicatur locus aptus, ad hoc, vt separato matrimonio, in ea permanere debeat vxor.

DECIS. XXI.

IN causa separationis matrimonij quoad Thorum, per quamdam mulierem petitæ, cum fuisset oppositum, debere citari eius maritum absentem à Ciuitate Neapolis, ad finem vt ipse eligere valeret locum honestum, in quo honestè dicta vxor permanere deberet, tamen fuit resolutum, esse procedendum ad sententiam separationis, non obstante, quod maritus citetur, cuius decis. ratio fuit, quoniam si maritus tempore sententiæ adesset, nullum alium locum meliorem, ac honestum eligere potuisset, nisi Monasteriū, secundum Calc. cons. 121. col. 3. Crauet. cōs. 190. nu. 7. Anna cons. 35. num. 10. vol. 1. & tamen per Rot. Romanā in vna separationis Thori 18. Iu-
1 nij 1594. coram Seraphino fuit dictū, quod facta separatione Thori, si mulieri iubetur permanere in loco honesto, bene potest moram trahere in domo patris cum matre, fratre, & alia sorore nubili, neque debet permanere in Monasterio,
2 ex qua decisione apertè colligitur, domū paternam esse præferendā Monasterio, pro cuius decisionis confirmatione accedat decis. Cæsaris de Grass. vnica de diuort. cuius hæc sunt verba for-
3 malia: Fuit per Dominos vnanimiter resolutū, Dominam Prudentiam debere permanere in domo patris, in qua vnà cū matre, fratre, & alia sorore iam nubili honestè habitet, iuxta formā dictæ sententiæ, nec voluerunt, eam etiam reponendam in Monasterio, & mandarunt, causam esse pro iustitia expediendam. Quæ decisio, se-
4 cundum me, fundatur in eo, quod lex confidit in patre, vulgare enim, & cōmune, omniumq; con-
5 sensu probatum est axioma, quod nullus amor vincit paternum, l. fin. C. de curat. fur. l. nam etsi parentibus ff. de inoffic. testam. & §. fin. instit. de
6 noxal. nullusque præsumitur maior amicus filij, quàm pater, l. quidam cū filium ff. de hered. inst. l. nec in ea ff. de adulterijs, & l. 1. §. tacet C. de rei
7 vxo. act. immò eum censetur magis diligere, quā seipsum, l. cōtra pietatem C. de testam. manum. & l. ista quidem §. fin. ff. de eo. quod met. causa, plenè Cassan. in cons. 14. num. 14. & seq. Plaza in epit. delict. c. 22. nu. 24. & Moron. in tract. de tre-
8 gua, & pace, q. 154. nu. 17. Vnde qui tangit filiū, dicitur tangere pupillā oculi patris sui, vt inquit Luc. de Pen. in l. vn. in 20. q. prope fi. C. de publ. lætit. vel consular. lib. 12. Et nedum pater diligit filium præter omnes, sed etiā si sit eius inimicus, adhuc mouentur viscera ipsius, ita vt valdè cōtristetur de eius morte, vt legitur de Rege Dauid, qui triduo fleuit mortē Absalonis, quamuis esset eius

eius hostis,& rebellis, meminit etiam Cyn. in l. propter insidias, C. qui accus. non poss. & Crau. in cons. 1. nu. 2. hinc est, quod pater, & filius ita
9 sunt naturæ lege coniuncti, quod pro vnica persona reputantur, l. fin. C. de impub. & alijs subst. adeo quod vbi vnus est, alter esse videtur c. cum contradicimus §. auctoritate 35. q. 3. vnde filius vocatur sanguis patris, l. 4. ff. de inoff. test. & vox patris dicitur vox filij, & è contra §. ei qui insit de inutil. stipul. imo filius censetur portio viscerum patris, l. cum scimus cum ibi not. per Luc. de Penn. C. de agricol. & censit. lib. 11. licet enim
10 verè sit nouus homo propter animam, quæ non est eadem cum anima patris, nihilominus caro paterna non dicitur omnino extincta, sed potius aucta, & propagata, vt pluribus authoritatibus, & exemplis probat Bened. in repet. c. Raynutius de testam. in vers. mortuo itaque testato-
11 re in 2. par. nu. 31. Et quamuis pater defunctus sit, caro tamen ipsius conseruatur in filio, eiusq; propago extenditur ad omnes eius nepotes, &
12 descēdentes, adeò quod nepos dicitur quodammodo natus ex corpore aui, l. Lutius Titius qui fratrem ff. de hęred. instit. est enim quædam sanguinis continuatio inter auum, & nepotem, quæ facit vnum corpus, vt inquit Rauden. in resp. 24. nu. 42. vol. 2. post Castrens. in cons. 164. nu. 3. & seq. vol. 1. & Plazza in epit. delictorũ, lib. 1. c. 21. nu. 10. Hinc etiam est, quod non pręsumitur esse
13 pater, vel mater, qui filium non diligit, prout sapientissimus Rex Salamon, experiētia comprobasse legitur in sacra Scriptura, & refertur in c. afferte de præsumpt. quem tex. allegat ad hoc propositum Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 14. eũq; refert Menoch. de præsump. lib. 6. præsumpt. 56. nu. 2. pœnes quem nu. 18. legitur illa notabilis sententia Sabellici, dicentis,
14 arctiori vinculo homo homini non iungitur, quam eo quo parentes liberis, multa enim volumus patriæ, multa parentibus, multa demũ mul-
15 tis, sed filiorum causa omnia volumus, per ferrum, per flammas intrepidè, si filiorum charitas expostulet ita, nullius incolumitas suauior, nullum funus acerbius, magisque luctuosum.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Matrimonium contractum inter cōsanguineos per solum mandatum dispensandi, non dum cognitum, dicitur nullum.*
3 *Mandatum dispensandi non est dispensatio.*
4 *Dispensatio in matrimonio perficiendo, causæ iustificationem requirit.*
5 *In dispensationibus omnia narrata sunt verificāda.*
6 *Narratio in matrimonii dispensatione debet esse vera, impetrationis tempore, & relatione facta Summo Pontifici, & non post.*
7 *Veritas narrationum in dispensatione, est consideranda secundum tempus impetrationis.*
8 *Gratia Summi Pontificis incipit currere à tempore datæ dispensationis, sed quomodo intelligatur vide nu. 9.*

An matrimonium contractum inter consanguineos cum solo mandato dispensandi, sit nullum.

DECIS. XXII.

1 NObilis quidam Dux, cum obtinuisset dispēsationem Apostolicam, cōmissam Domino Vicario, vt posset contrahere matrimonium, nō obstantibus tertio, & quarto gradu consanguinitatis, putans, dictã dispensationẽ esse gratiosam, nec indigere alia causæ cognitione, dictum matrimonium contraxit, demum animaduertens, dispensationem nō fuisse, sed mandatum ad dispēsandum, & quod necesse erat illud præsentare Vicario prædicto, ad finem videndi si preces veritati niterentur, fuit inde dubitatũ in Curia Archiepiscopali, si præfatum matrimoniũ subsisteret de iure, & fuit dictum, nullam habere firmi-
2 tatem, tãquam contractum inter consanguineos in tertio, & quarto gradu, per tex. expressum in clem. 1. de consang. & affin. Conc. Trid. sess. 24. c. 1. in fi. Affl. in §. bona cōtrahentium in tit. quæ sunt regal. Cucch. in inst. canon. lib. 3. tit. 10. vers. si qui, Io. Philipp. cons. 49. nu. 25. Brunell. cōs. 89. Monald. cons. 123. Et in hoc nō obstat, quod fuit cōtractum, postquam Papa concesserat gratiam de dispensando, quia ita sunt consanguinei tunc, sicut à principio, secundũ Guttierez lib. 1. canon. quęst. cap. 15. nu. 21. & ratio redditur cōmuniter per omnes, quia huiusmodi gratia non continet dispensationem, sed tantummodo Papa cōmittit Vicario Neapolis, vt si preces veritati nitantur, seruatis alijs de iure seruãdis, nomine Sedis Apo
3 stolicæ dispenset, quare videtur potius mãdatum de dispensando, quã dispensatio, & hoc adeo verũ est, quod Nauarr. in cons. 3. qui filij sunt legit. voluit, quòd qui impetrata Bulla super dispensatione matrimonij, eaq; præsentata Vicario, & ante informationem captam, & latum decretũ per eundem Vicarium, matrimoniũ consumauerit, & filios procreauerit, illi non erunt legitimi; quia adhuc secum non est dispensatum, vt refert etiam, ac sequitur Zerola in praxi Episcop. in verbo dispensatio q. 5. Brunell. cōs. 120. nu. 3. & seq. Artam. cons. 18. Borkulten cons. 90. nu. 4. & seq.
4 Et his addo aliã rationē, quia dispensatio in causa matrimonij semper requirit iustificationẽ causæ, vt fuisse in Rota decisum testatur Caputaq. in dec. 116. par. 1. Grillenz. cons. 99. cuius rationis
5 ratio est, quia in dispensationibus omnia narrata sunt verificanda, Puteus dec. 322. lib. 3. Caputaq. dec. 27. & 371. par. 1. & in dec. 240. par. 2. Mohedan. dec. 35. de renũc. Rot. dec. 1678. lib. 3. par. 3. diuers. Cæsar de Grass. dec. 7. nu. 3. Mandos. reg. 27. q. 8. nu. 16. Paris. lib. 4. q. 2. n. 44. & lib. 10. q. 3. nu. 1. quicquid voluit in contrariũ Rota diuers. in dec. 171. nu. 1. par. 3. Sãchez de matrim. lib. 8. disput. 21. nu. 42. quia cũ prima opinione tenuit Rota Romana in vna Oscen. Archidiaconatus 19. Octobris 1601. coram Illustriss. Lancellotto,
6 cui addo etiã Bellamer. dec. 735. Hinc est etiam, quod narrata in dispensationibus matrimonialibus, debent esse vera tempore impetrationis, &

relationis factæ Papæ, & nō postea tempore exequutionis, vt tenet Cordub. in sūma q. 45. opin. 2. punct. 1. Guttierez quęst. can. lib. 2. c. 17. nu. 131. & 133. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 30. nu. 4. & 5. & Abb. in c. quocirca de consang. & affinit.
7 nu. 4. qui ait, quod veritas narrationū in dispensatione est consideranda secundū tempus impetrationis, nō enim sufficit narrata prius fuisse vera, vel post impetrationē verificata, quando veritas causarum narratur de præsenti, & quod necesse sit probare narrata esse vera tempore impetrationis, docēt Rebuff. ad leges Gallicas 2. tom. tit. de rescript. in præfat. nu. 56. & Mascar. concl.
8 1128. nu. 22. Nō obstat etiam, quod gratia Sūmi Pontificis incipit currere à tempore datę dispensationis, c. si eo tempore, & ibi gl. in verb. cū tempore de rescript. in 6. c. eam te, & ibi gl. in verbo data eod. tit. & tex. in c. cum cui de prębend. in 6. Guido Papa decis. 109. Faber dec. 3. C. de precib. Imperat. offeren. de Franch. dec. 62. 326. & 309.
9 post Affl. in decis. 1. quia respondetur, istud procedere, quando gratia est iam perfecta per Principis concessionem, quod non est in casu nostro, quoniam dispensatio est in fieri, quousque Vicarius cognouerit superesse causas expressas Summo Pontifici, & ex his pariter minus obstabit textus in cap. si super gratia de officio delegati in 6. Quare fuit decisum, præfatos egere noua dispensatione.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Iudæi habent ea omnia, quæ sunt ciuium Romanorum, & propterea coram Iudicibus Christianis sunt conueniendi, & debent litigare.*
3 *Hæreticus petens monitorium contra Christianum, non est audiendus.*
4 *Hæreticus uti excōmunicatus repellitur ab agendo.*
5 *Exceptio excommunicationis obstat agenti, & proponenti aliquod iudicium.*
6 *Iudicium agitatum cum procuratore excommunicato, est ipso iure nullum.*
7 *Excommunicatus nō auditur in iudicio, tam si egerit nomine proprio, quàm si alieno, nec petere potest executionem sententiæ, & si conueniatur, non potest opponere exceptionē compensationis, nu. 8. neque posset præscribere.*
8 *Impetratio monitorii est species rescripti, & rescriptum ab hæretico, vel excommunicato impetratum, est ipso iure nullum.*
9 *Hæreticus uti infamis repellitur à iudicio.*
10 *Hæreticus prohibetur habere beneficia ecclesiastica.*
11 *Monitoria ad instantiam excommunicati, vel notorii peccatoris, non sunt concedenda.*
12 *Respondetur contrariis.*

An hæreticus comparens in iudicio, petens sibi concedi monitorium, sit audiendus.

DECIS. XXIII.

1 IN nostra Curia Archiepiscopali comparuit quidam Anglus hæreticus, cui ex saluoconductu permissum erat negotiari inter fideles, asserens, amisisse libros, & scripturas cuiusdam societatis initæ cū quodam Catholico, propterea instabat sibi concedi monitorium contra sciētes, & detinentes præfatas scripturas, ad finem agendi cōtra ipsum Catholicum, cum quo societatem habuit, & cum dictus Catholicus opposuisset de dicta hæresi, & propterea non esse concedenda monitoria prædicta, fuit dubitatum quid iuris, & prima facie videbatur esse concedenda, ex eo, quod nullo iure hoc prohibetur, igitur videtur esse permissum, arg. tex. in l. Imperator ff. de postul. item dicebatur, quod text. in l. Iudæi C. de Iudęis, vult, quod Iudæi habeant ea, quæ sunt ci-
2 uium Romanorum, & coram Iudicibus Christianis debent litigare, & possunt vnum ex eis Arbitrū assumere, vnde in l. si quis inter Christianos
3 C. eodem tit. dicitur, quod Iudæus actor, vel reus forum sequitur Christianum. Cæterum, supradictis minimè suffragantibus, cōtrarium fuit resolutum in eadem Curia, nam fuit dictum, præfato hæretico nullo modo esse concedenda dicta
4 monitoria ex pluribus; Primo, quia hæreticus vti excommunicatus repellitur ab agendo, ad text. in c. decernimus de sentent. excomm. in 6. vnde excōmunicato omnis defensio denegatur, Capp. Tholos. in decis. 1. Franc. Marc. decis. 876. & se-
5 cundum Magon. in decis. 71. exceptio excommunicationis obstat agenti, & proponenti aliquid
6 in iudicio, hinc est, quod iudicium agitatū cum procuratore excommunicato, est ipso iure nullū, Crescent. in decis. 12. de procurat. & secundum Guid. Pap. in sing. 175. excommunicatus non
7 auditur in iudicio, tam si egerit nomine proprio, quàm si alieno, nec petere potest executionem sententiæ, idem Guid. Pap. in dec. 339. & si conueniatur, non potest opponere exceptionem compensationis, idem Guid. sing. 409. neque potest præscribere, idem sing. 305. Tum secundo,
8 quia impetratio monitorij est species rescripti, & rescriptum ab hæretico, vel excommunicato impetratum, est ipso iure nullum, c. 1. de rescrip. in 6. c. venerabilis de except. Bart. in l. vniuersa C. de precib. Imp. offer. Bald. in c. tuā de procur. glos. in c. pastoralis §. fin. de offic. ordinarij, quia huiusmodi beneficium, scilicet concessionis monitorialium, est concessum beneficio sacrorum canonum, quo beneficio non debet gaudere excommunicatus, & hæreticus cōtra Catholicum,
9 hæreticus enim est infamis, & repellitur à iudicio, authent. Gazaros C. de hæret. c. excommu-
10 nicatus, il primo, §. credentes, eod. tit. hinc beneficia ecclesiastica obtinere nequeunt, neque dignitates, & priuilegia, quæ viris probis concedi solent, portæ enim dignitatum infamibus patere non debent, l. infamia C. de decur. lib. 10. l. 2 C. de dignit. lib. 12. c. infamibus de reg. iur. in 6. Tum denique, quia iuxtà opinionem Panorm. in cap. nouit de iudic. quem sequuntur Præpos. in c. ad nostram de iureiur. & Neuizan. in Sylua
11 nuptiali, in verbo monitorium, monitoria ad instantiam excommunicati, vel notorij peccatoris nunquam sunt concedenda, vt in proprijs terminis decisum refert Capp. Tholos. in dec. 189. Et pro hac opinione non obstat, excommunicatum

um excipere posse, appellare, omnemq; defensionem facere, ad tex. in c. cum inter de except. quia non idem censendum est de hęretico, vt pariter neque obstabit tex. in l. Iudæis C. de Iudęis, quia loquitur de Iudæis; sed hæretici sunt deterioris conditionis, quàm Iudæi, l. dies Sabbati, C. de Iudæis cap. 3. eod. tit.

SVMMARIVM.

Facti species.
Scriptura facit votum solemne.
Professio probatur per testes.
Dictum Monachorum cum iuramento est validum, ad probandam professionem.
In probationibus eandem vim obtinent instrumenta, & testium depositio.
Probatio per testes est magis probata.
Respondetur contrariis.

Professio, an valeat probari per testes.

DECIS. XXIV.

1 CVm in Curia Archiepiscopali detineretur quidam Hęremita, vulgo *detto di S. Giouan Battista*, qui prætendens se exemptum à iurisdictione ordinaria, petijt remissionem ad Magnū Magistrum, vigore priuilegiorum dicti ordinis Hæremitis cōcessorum, fuit oppositum, obstare Bullam Pij IV. volentis non aliter esse remittēdum nisi fecerit professionem in dicta Religione, quare fuit dubitatum, an dicta professio posset probari per testes, & dubiū faciebat pro opinione negatiua, quia de iure requiritur scriptura ad eam probandam, cum sit vnus de casibus enumeratis per gl. in c. 1. vers. in Sexto casu de cens. in 6. quæ mouetur per tex. in c. omnes fœminæ 27. q. 1. vbi etiam gl. in verbo postquam, dicit,
2 quod scriptura facit votum solemne; hanc etiam opinionem tenet Io. Monach. in d. casu, Lescut. in tractatu de testibus, fol. 237. vers. sunt enim, & vers. septimo in profitenti.
3 Cæterum, hoc non obstante contrarium fuit resolutum; posse scilicet probari professionē in Religione per testes, quæ decisio ex pluribus corroboratur. Primo, quia per tex. in c. nuper de testibus disponitur, monachos testes non iuratos
4 deponentes de professione non facere fidem, dicatur quasi ex contrario sensu, quod iurati faciāt fidem. Secundo, quia ex dictis per gl. in verb. ordinis sui, apparet, quod dictum Monachorum cū iuramēto est validum ad probandam professio-
5 nem. Tertio, quia de iure in probationibus eandem vim obtinent instrumēta, & testium depositiones l. in exercendis C. de fide instr. c. in exer-
6 cendis eod. tit. imò probatio per testes est magis probata, testes enim per viuam vocem in instrumento, per vocem, instrumenta vero per vocem mortuam probant, vt dicit Cyn. in rubr. C. de testibus, gl. in rubr. ff. de fide instrument. in princ. & plus creditur voci viuæ, quam mortuæ, secundùm Alex. cons. 3. nu. 5. vol. 2. Iser. in const. digniū Bald. in rubr. C. de probat. nu. 5. gl. in c. tertio loco eod. tit. de Franch. in decis. 278. in princ.
7 Non obstant contraria, pręcipuè c. omnes fœminæ, quia Io. de Turrecremat. ibidē dicit, scripturam in professione adhiberi, non quod sit de substantia voti, vel habitus, sed ad probationē facti, si reuocetur in dubium, & sic illum tex. intelligit, præterea dicebatur, illum tex. loqui in professione facienda per mulieres, non autem per masculos & sic fuit resolutum, esse tenendum ex allegatis, quod probatio per testes, & per scripturam à pari procedunt, imò fortior sit probatio, quæ fit per viuam vocem testium, quam per scripturam.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis beneficii in dubio locum non habet, nisi in casibus à iure expressis.*
2 *Et etiam in graui delicto.*
3 *Pœnæ sunt arbitrariæ Iudici, etiam si sint in iure taxatæ, & quare ibidem.*
4 *Nemo est deponēdus, nisi lex specialiter exprimat.*
5 *Vassallus non priuatur feudo pro omni contrauentione.*
6 *Priuatio alicuius rei dicitur pœna.*
7 *Quod lege non reperitur cautum, non est præsumendum.*
8 *Caducitas non incurritur per non solutionem laudemii.*
9 *In dubio est eligenda significatio sententiæ ferendæ, & non latæ.*
10 *Priuatio beneficii aliquando fit ipso iure, aliquando requirit sententiam priuationis.*
11 *Regulariter in omnibus criminibus Ecclesiasticis requiritur declaratio Iudicis.*
12 *Criminosus non priuatur ipso iure beneficio Ecclesiastico.*

Pœna priuationis beneficij, non habet locum etiam pro graui delicto, nisi in casibus à iure expressis.

DECIS. XXV.

PLuries fuit resolutū in nostra Curia Archiepiscopali, pœnam priuationis beneficij in
1 dubio locum nō habere, nisi in casibus à iure expressis, per glosam notabilem communiter receptam in cap. fin. de iurepatronat. Abb. & reliqui cōmuniter in c. 1. nu. 11. de iudicijs, & quod supradicta pœna non obtineat locum etiam pro graui delicto, nisi vbi in iure reperitur cautum,
2 facit tex. in c. in centum 16. q. 7. & c. at si clerici eodem tit. Dec. in c. 2 nu. 3. de rescript. Tiraq. in l. si vnquam vers. reuertatur nu. 248. C. de reuoc. donat. gl. in clement. 2. vers. suspensa, de vita, & honest. cler. Farinac. cons. 80. nu. 67. facit l. si quis §. diuus ff. de relig. & sumpt. funer. Nec obstat,
3 quod pœnæ sunt arbitrariæ Iudici, etiam si sint in iure taxatæ l. hodie ff. de pœnis Castrens. cons. 328. vol. 2. quia intelligitur obiectū de arbitrio regulato à iure l. 1. §. expilatores ff. de effractoribus Abb. in c. 1. de dilat. vel procedit de iure hodierno quoad pœnas ex causa augendas, vel minuendas, l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui no-

notatur infam. Abb. in c. 2. de cohab. cler. & mulier: Couar. pract. quæst. c. 34. in fine, latè Alex.
4 conf. 13. lib. 7. & 92. lib. 6. cum nemo sit deponendus nisi lex specialiter exprimat deponi debere gl. in summa 19. q. 1. Alex. cōs. 103. nu. 17. vol. 1.
5 & hinc Vassallus non priuatur feudo pro omni contrauentione, tametsi veniat contra iuramentum fidelitatis, nisi in casibus, in quibus iura hoc exprimunt, c. 1. §. illud quæ sit prim. caus. benef. amittend. & denique in omni materia priuatiua commune est, vt sufficiat dicere nō esse cautum à
6 lege, vel Canone, vel statuto, cū priuatio alicuius rei sit pœna, l. testamento ff. de manumis. testam. Archidic. in procem. nu. 61: vers. sacrosan. in fi.
7 vbi quod lege non reperitur cautum nō est præsumendum superstitionis inuentionibus, idcirco scriptum reliquit Surd. in decis. 200. quod cadu-
8 citas non incurritur, per non solutionem laudemij, quia nullo iure sancitum reperitur, imò in
9 dubio debemus eligere significationem senten-
10 tiæ ferendæ, & non latæ, post quam priuatio beneficij aliquando fiat ipso iure, aliquando requirit sententiæ prolationem, Felyn. in c. Rodulfus
11 nu. 24. de rescript. Gemin. conf. 23. nu. 4. regulariter enim in omnibus criminibus ecclesiasticis requiritur declaratio Iudicis, nec priuatur ipso iure criminosus beneficio ecclesiastico, c. querelam de elect. Felv. in c. 2. de rescript. Innoc. in c. cum nostris de conces. prębend. Abb. in c. clericis ne cler. vel mon. Couarr. variar. resol. lib. 2. c. 8.
12 nu. 3. ideo innumeri sunt casus, in quibus cōtingit priuatio beneficij ipso iure, de quibus apud Clar. in sua pract. §. fin. q. 73. & apud Rebuff. in prax. benefic. in tit. de mul. omittend. benefic. Diaz in pract. crim. c. 126.

SVMMARIVM.

1 *In dubio pro sententia præsumitur.*
2 *Semper præsumendum est pro non desertione sententiæ.*
3 *Refertur decisio articuli, quod iuspatronatus non canonizetur ex sola productione sententiæ.*
4 *Sententia, quæ ex actis non iustificatur, dicitur ipso iure nulla, & amplia nu. 5.*
6 *Argumentum validum est, non iustificatur sententia ex actis, ergò de eius iniustitia notoriè apparet.*
7 *Sententiæ latæ in partibus non tribuitur multa fides, nisi iustificetur ex processu.*
8 *Sententia ex ipsis actis interpretari debet.*
9 *In censuris sententia probat acta, & iustificatio non exigitur.*

Vtrum ex sola productione sententiæ canonizetur iuspatronatus.

DECIS. XXVI.

CVm discuteretur quædam causa iurispatronatus in Curia Archiepiscopali, prætendētes dictum ius patronatus, produxerunt sententiam, in qua decernebatur de dicto eorum iure patronatus, verum à prædictis non fuerunt acta producta, propterea fuit propositum dubium, si præfatum iuspatronatus cēseretur probatum ex solius sententiæ productione, absque vlla actorum exhibitione, & ratio dubitandi pro opinione af-
1 firmatiua oriri prima facie videbatur ex eo, quod in dubio præsumitur pro sententia, l. Herennius §. caia ff. de euictionibus, Abb. Felyn. & Dec. in c. quoniam contra de probat. Castrens. in l. 1. ff. si quis cautionibus, & in l. qui Romę §. duo fratres ff. de verb. obl. & fuisse in Rota resolutū referunt Domini de Rota in decis. 9. de sent. & re iud. in notis, & facit decis. Cassadori 4. de app.
2 vbi vult, semper præsumēdum esse pro desertione sentētiæ, quod maximè procedit, si reperiatur lata partibus præsentibus, secundum Corneum cōs. 143. col. 5. vol. 2. Vlterius dicebatur, Rotam plurimum deferre sententijs Ordinariorum quoad canonizandum iuspatronatus, vt per Farinac. in decis. 173.
3 Cæterum, præfatis minimè obstantibus, con-
4 trarium iudicauit eadem Curia, quoniam sententia, quæ ex actis non iustificatur, dicitur ipso iure nulla, Seraph. in dec. 1268. & adeo dicitur nulla, vt partium cōsensū reparari nō possit, secundum Balb. in decis 159. nec facit transitum in rem iudicatam, Puteus in decis. 396. in lib. 3. Seraph. in decis. 1261. Bellamera in dec. 340. & fuit dictum in vna Hispalens. iurispatronatus 18. Maij 1590.
5 coram eodem Seraphino, & de sententia, quę ex actis non reperitur iustificata, iudicandum est quemadmodum de sententia nulla, secundum eundem Seraphin. dec. 784. par. 1. & validum est
6 argumentum, non iustificatur sententia ex actis, ergo apparet de eius notoria iniustitia, idem in dec. 97. lib. 2. hæc enim notoria iniustitia, seu nullitas procedit ex recepta Rotæ opinione, quæ nō solet fidem præstare huiusmodi sententijs, nisi actis productis, Cassad. dec. 179. Puteus dec. 401. lib. 1. Mohed. dec. 290. Farinac. decis. 278. Faber dec. 15. C. de Episc. & cler. & hoc maximè proce-
7 dit in sententijs latis in partibus, quia eis Rota non solet multum tribuere fidem, nisi iustificentur ex processu, Rota diuers. in dec. 498. num. 1. par. 3. lib. 3. & in decis. 1146. num. 1. eodem lib. Mohed. decis. 11. de sentent. & re iud. & Rota in antiquis in dec. 3. de testib. nec Rota tenet illam opinionem, quam refert, & sequitur Aymon in cons. 198. in fi. quod Iudex ad iudicandū aliunde potuerit moueri, & sic ex his, quæ extra acta fue-
8 runt gesta, quia sentētia ex actis ipsis interpretari debet, Seraph. in dec. 136. Nec eramus in censu-
9 ris, in quorum materia sententia probat acta, & iustificatio non exigitur, Puteus decis. 65. lib. 1. quod potius procedit in censuris latis in Curia, Seraph. decis. 1164. par. 2. nec in antiquis, in quibus acta probantur per eādem sentētiam, Gram. decis. 24. Et tandem neque in notorijs, in quibus Iudex aliunde, quàm ex actis moueri poterit, Rota in decis. fin. de fide instrum. in antiquis, & Farinac. decis. 278.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Sponsus de futuro contrahens cum alia, pœna extraordinaria est puniendus.*

3 Al-

...entans, videtur ius spernere.
...s offenditur Iudex, cuius iudicium spretum est, ...uàm pars.
...temptus qualiter cognoscatur.
...tentans, dicitur delinquere.
...nsus non perficiens sponsalia iurata, sed aliam ducens, est periurus, & peccat mortaliter, & etiã nullo præcedente iuramento, nu. 8.
...onsus non est puniendus, quia contraxit cum altera, quando à principio fuisset aliqua causa rationabilis, ob quam potuisset discedere à sponsalitiis.

...n sponsus de futuro, qui post sponsalia cum vna, matrimonium contraxit cum alia, sit aliqua pœna puniendus.

DECIS. XXVII.

CVm contraxisset quidam sponsalia de futuro cum quadam puella, & postea nollet cũ ...a solemnizare matrimonium, introducta causa in Curia Archiepiscopali fuit per eãdem Curiam prouisum, vt moneatur sponsus, & in casu renitentiæ cogatur: prædictus autem sponsus lite hac pendente de facto contraxit matrimonium per verba de præsenti cum alia, propterea fuit dubitatum, an præfatus sponsus veniret aliqua pœna plectendus, & resolutum fuit affirmatiuè ex pluribus, & primò, quia id videtur fecisse in contemptum Iudicis, iudicio pendente, & dubium non est, quin præfatum matrimonium dicatur attentatũ, vt decisum refert Castil. dec. 95. & attentans dicitur ius spernere, & Iudicem, vt lãtè per Lancellot. in tract. de attent. in præfat. nu. 52. Herculan. eiusdem nominis tract. cap. 1. per totum, & cap. 20. Rota decis. 26. de appellat.
4 in antiquis; immo in attentatis plus offenditur Iudex, cuius iudicium spretum est quàm pars, Parisius cons. 41. nu. 38. vol. 2. Franch. in c. bonæ col. 4. vers. 6. de appell. Rota dec. 2. de rest. spol. in nouis, & in dec. 5. vt lite pendente in antiq. &
5 contemptus deducitur, si quis sciens, & prudens prohibitioni superioris non pareat, vt latissimè per Mascar. de probat. concl. 433. per totam, vbi remissiuè ponit etiam discrimen inter spernere,
6 & nõ parere. Secundò, quia attentare est delictũ, & sonat in malã partem, c. cordi, vbi notant communiter omnes de appellat. in 6. Alex. cons. 99. nu. 9. vol. 5. Decius cons. 123. nu. 4. & seq. num. 1. Bero. cõs. 120. nu. 33. vol. 1. Magon. Rota Lucen. dec. 54. nu. 9. Benintend. dec. Bononiæ 43. Castil. citata decis. 95. & propterea visum est, dictum sponsum debere puniri extraordinariè arbitrio
7 Iudicis. Tertio, quia talis sponsus incurrit in periurium, eo quod in primis sponsalibus interfuit iuramentum, immò peccauit mortaliter ratione illius transgressionis, gl. in c. ex litteris, il secõdo, de sponsal. & in l. iusiurandi in glo. fin. C. de reb.
8 cred. Bal. cons. 329. nu. 3. vol. 2. immo etiã si nullũ iuramentum interuenisset, adhuc peccauit mortaliter, violando fidem præstitam in primis sponsalibus, c. 1. de sponsal. Imola in l. Titia in princ. ff. de verb. oblig. & tenent expressè Henriquez lib. 2. de matrim. c. 14. nu. 2. & cap. 13. nu. 3. Alex. de Neuo in c. litteras nu. 7. de desponsat. impub. Præpositus in c. sicut num. 8. de sponsal. Azcued. lib. 5. recopilat. tit. 1. l. 1. nu. 13. in fi. Et tandẽ est puniẽdus dictus sponsus ratione interesse puellæ, tam in bonis, quàm in fama, secũdũ Grat. in dec. Rotæ Marchiæ 23. quia alias non diceretur attentasse, vt per Inn. in c. 1. in verb. præiudicium extra vt lite pendente, Rota in decis. 25. de rescript. in nouis, Annæus Robert. in lib. rerũ iudicatarum decis. 5. lib. 3. Franc. Marc. in dec. 747. & Bellam.
9 in dec. 529. Licet aliter sit dicendum quoad pœnam, quando ab initio aderat causa rationabilis, propter quam fuisset licitum discedere à sponsalibus de futuro, quia in eo casu minimè teneretur sponsus ad iniuriam, vel interesse, vt singulariter habetur per Franc. Marc. in decis. 747. vol. 2. & per Lanfranc. in dec. 70. post Innoc. in c. sicut. de sponsal. & Io. And. in c. requisiuit eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Curia Archiepiscopalis Neapolitana non relegat extra prouinciam, & quid cum consensu Ordinarii, num. 6. & 9.*
2 *Iudicis iurisdictio non extenditur extra territoriũ.*
3 *Episcopus egrediens Dioecesim suam, habetur pro priuato.*
4 *Episcopus non potest extra suam prouinciam iurisdictionem exercere.*
5 *Exilium intelligitur datum à territorio, & iurisdictione Iudicis iudicantis.*
7 *Episcopi possunt vti pontificalibus in alienis Dioecesibus, cõsentiẽtibus Ordinariis, & quare, nu. 8.*
9 *Potest Iudex vnius prouinciæ, alterius Iudici petere, vt remittat sibi eum, qui in sua prouincia deliquit, vt ibi puniatur.*
10 *Non dicitur administrare iurisdictionem extra territorium, qui illam exercet consentiente illius loci Ordinario.*
11 *Citatio potest in alieno territorio fieri, vbi Iudicis loci adest consensus.*
12 *Iudex loci vbi commissum est delictum potest condemnare in pœnam exilii à loco delicti, à loco originis, & à loco habitationis.*

Curia Archiepiscopalis, quæ non relegat nisi in prouincia, an saltem id facere possit extra prouinciam cum consensu Ordinarij loci, vbi sita est Insula.

DECIS. XXVIII.

1 DEcisio hæc Archiepiscopalis non relegandi extra prouinciam, fundatur in l. relegat orũ ff. de interd. & releg. & in c. non potest 8. q. 2. atque ex fundatissima iuris conclusione, iurisdi-
2 ctio enim Iudicis extra territorium nõ extenditur, c. vt animarum de const. in 6. l. extra territoriũ ff. de iurisd. omn. iud. c. à nobis de sent. excom.
3 Et propterea dici solet, quòd Episcopus egrediens prouinciam suam, habetur pro priuato,

l. 3.

l.3.ff.de officio præsid. Gemin.in cap. si Abbatẽ
4 num.4. de elect.in 6. & ideo prohibetur iurisdictionem exercere extra suam Diœcesim, c. Episcopum 9.q.2. Abb.in cap.nouit de officio legati num.3. in fin. Bal.in l.si ex consensu num.10. C.de Episcop.audien. Vnde Baiard.q.71.num.
5 22.voluit, quod exilium intelligitur datum à territorio, & iurisdictione Iudicis, qui sententiam protulit, & non de loco, & iurisdictione penitus extranea, in qua delinquens nullum habet domicilium.

6 Grauis quidem fuit dubitatio in Curia Archiepiscopali, an saltem posset relegare extra prouinciam cum consensu, & licentia Ordinarij loci, in quo sita est Insula, & fuit decisum id fieri posse, moti præsertim, quia tunc cessat ratio prohibitionis exercitij iurisdictionis extra territorium, ità in proprijs terminis Burcolt. conf.29.num.6. & seq. Vbald. conf.24. num.8. & 11. Vnde Episcopis, quibus prohibetur vsus
7 Pontificalium in alienis Diœcesibus, tamen hoc permittitur, Ordinarijs consentientibus, glos.in clement. vltim.de priuileg. Abb.in cap. ex tuarum num.11.de auctoritate, & vsu pall. Couarr. cap.20.num.9. Rebuff.de nomin. quæst.14.nu. 29. & ratio est, vt dixi, quoniam tunc censetur
8 iurisdictionem exercere nomine, & authoritate illius Episcopi, vbi sita est Insula, ex regula iuris, quod omnia nostra facimus, quibus nostram impartitur authoritatẽ l.2. C.de vet.iure enucl. cap.mulieris §.1. de sent. excom. & pro hac etiã
9 opinione expenditur text. in l. solent ff. de cust. reo.vbi habetur, q pót Iudex vnius prouinciæ ab alterius prouinciæ Iudice petere, vt remittat sibi eũ, qui in sua prouincia deliquit, vt ibi puniatur, sequitur Bal.conf.50.n.4.vol.1. Alex.conf.23.n. 6.& seq. Rub.decis.16.nu.4. Menoch.conf.225. num. 6. vol. 1. quibus addo textum in proprijs terminis loquentem in l. à Diuo Pio §. sententiã
10 ff. de re iudicata, vbi habetur, quod non dicitur ministrare iurisdictionem extra territoriũ, qui illam exerceret, consentiente, & approbante Præside illius loci, quare in cap. postulasti de foro competenti habetur, quod Episcopus delicti condemnat clericum de delicto, sed non priuat eum beneficio alibi existente, nisi consentiẽte Ordinario loci beneficij alibi existente, nisi consentiente Ordinario loci beneficij, facit text. in cap.1.§.contrahentes de foro competen.in 6. vbi potest quis capere contrahentem in alieno territorio, si ibi reperiatur cum brachio Iudicis
11 territorij, de cuius text.intellectu latè Couarr. lib.1. pract. quæst.cap.11. Hinc est, quod citatio licet prohibeatur in alieno territorio, Clem.pastoralis de senten.& re iud.latè Bart. in l.omnes C.de Episc. & cleric. istud tamen non procedit, vbi Iudicis loci adesset consensus, glos.in d.clemen.pastoralis in ver.de morte, & ibi Imol.& alij, Salyc.in auth. si vero C.de adult. Ann.in cap.1. num.8. de raptor. Socc.in cap. postulasti num. 14. de foro compet. Boer.decis. 29.col.1. & latè Couarr. pract. quæst. cap.10. Ex quibus omnibus concludendum videtur, posse Curiam Archiepiscopalem relegare extra prouinciam consentiente Ordinario loci, vbi sita est Insula.

12 Et supradictis accedat, quod volunt Baiardus loco cit. quod Iudex loci, vbi commissum est delictum potest condemnare in pœnam exilij à loco delicti. & à loco originis, & à loco habitationis, ità Gomez de delict.c.8. nu.4. per tex.in.d. l.relegatorũ §.intercede cum §.seq. ff.de interd. & releg. vbi Bar & alij Doct.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones dictæ in fundatione iurispatronatus sunt seruandæ.*
2 *Patronus in fundatione iurispatronatus potest apponere modum, ac formam cum Episcopi consensu.*
3 *Conditio apposita in fundatione iurispatronatus cum consensu Episcopi, vbique est valida.*
4 *Ordinarius tenetur assentiri conditionibus appositis in fundatione iurispatronatus.*
5 *Laicus fundans de proprijs bonis iuspatronatus, potest in fundatione reseruare iuspatronatus Ecclesiæ, vel Monasterio, cum conditione, vt in perpetuum ad Ecclesiam spectet.*
6 *Patronus in fundatione iurispatronatus potest apponere quaslibet conditiones, etiam quod sint contra illa, quod ius disponit, sed limita nu.7.*
8 *Laici sunt incapaces spiritualium.*
9 *Laicus potest donare prædium Ecclesiæ, conditione, vt soluat collectas laicis*
10 *Testator potest de legatis pijs detrahere falcidiam.*
11 *Patronus potest donare Ecclesiæ emphyteusim, cum conditione, vt reguletur sicut ecclesiastica.*
12 *Ecclesia potest retinere feudum laicale, recognoscendo pro illo Dominum laicum.*
13 *Cum fundator apponit conditiones contra regulas iuris, debet interuenire consensus Episcopi, & quomodo intelligatur nu. 14.*

Curia Archiepiscopalis non iudicat contra conditiones adiectas in fundatione iurispatronatus.

DECISIO XXIX.

1 IN causa iurispatronatus familiæ Minutulorum vertente in Curia Archiep. inter cętera fuit resolutum, conditiones adiectas in fundatione beneficij iurispatronatus per quondam Petrum Minutulum esse seruandas, nec ab eis recedendum ob mutationem status eiusdem beneficij, per spatium 29.annorum, ex quo patro-
2 nus in fundatione iurispatronatus, modum, ac formam cum Episcopi consensu apponere potest, Francisc. Marc.in decis. 474. & decis. 494. vol.1. Verall.in decis.290.lib.2. Rota diuers.in decis.442.parte 3. Gamma in decis. Lusita.107. & valida vbique censetur conditio apposita
3 in fundatione, cum consensu Ordinarij, quod absque Episcopi institutione Cappellanus in articulo mortis nominet successorem, Lambert. de iurepatronatus lib. 1. quæst. 9. artic. 3. & sic decisum refert de Amat.in decis.4.& conferunt discussa

discussa per Farinac. in decis. 570. vnde tenetur Episcopus, vel alius Ordinarius assentiri prædictis constitutionibus, tanquam honestis, & iustis,
4 licet sint præter ius commune, vt docet textus notabilis in cap. nullus de iurepatron. vbi Abb. & omnes Canonistæ communiter, omnes enim docent hoc assumptum, ne fideles remoueantur ab ædificandis Ecclesijs, & ab earum dotationibus, quod esse Ecclesiæ magis damnosum, quam assentiri prędictis conditionibus, ne Ordinarius se ingerat in præsentatione, nec in alijs, & hinc Rota in vna Romana iurispatronatus 31. Maij 1613. coram Sacrato censuit, quod laicus fundans de proprijs bonis iuspatronatus, possit in
5 fundatione reseruare iuspatronatus Ecclesiæ, & Monasterio, ea cognitione, vt in perpetuum ad Ecclesiam spectet, tanquam laicale, & pro affirmatiua fuit tentum, quia vt colligitur ex latissimè cumulatis per Lamberti. in suo tract. lib. 1. par. 1. vers. 1. quæst. 9. per totam potest patro-
6 nus apponere in fundatione quascumque conditiones, etiam si sint contra illud, quod ius regulariter disponit in materia iurispatronatus, seù beneficiorum, vt per plura exempla docet idem Lambert. ibid. sub num. 52. cum multis sequent. dummodo tamen conditiones non sint
7 impossibiles, seù turpes, vel contra substantiam iurispatronatus, & beneficij, vel aliter à iure improbatæ. Quinimò sacri Canones adeò fauent pijs Ecclesiarum fundatoribus, vt si quando de nouo disponunt, solent præseruare contrarias fundatorum ordinationes, vt in Clement. quia contingit §. vt autem de relig. domib. & in cap. Eleutherius §. & igitur 105. quæst. 1. Sacr. Côci. Trident. sess. 22. cap. 9. de reformat. & alibi; Quæ iuris indulgentia ex eo processisse videtur, ne laici retrahentur à fundatione Ecclesiarum, qua ratione, & ipsummet iuspatronatus, maximè laicale conceditur, quod est contra iuris regulas Anch. cons. 113. num. 2. Abb. in cap. 1. nu. 4. de præb. Gemin. cons. 41. & 50. in princ. tum quia per illud aufertur libera collatio Ordinarij, contra not. in cap. si quis Episcoporum 16. q. 5. in cap. omnes Basilicæ eadem 16. quæst. 7. Tù
8 quia conceditur in hoc casu laicis aliqua facultas immiscendi se reb. spiritualib. quarum alias de iure sunt incapaces, cap. decernimus de iud. Cald. cons. 1. num. 1. de prebend. Corneus cons. 299. num. 9. vers. laicis enim præcipuè fęminæ, Innoc. in cap. cum vestras num. 1. de concess. præbend. Selua de beneficijs par. 2. q. 5. num. 2. Lambert. d. tract. lib. 1. par. 1. q. 7. art. 2. nu. 21. & sequitur, quod fęminæ alias incapaces, nihilo minus succedunt in iurepatron. Abb. in cap. 1. num. 3. de iurepatron. Card. in clem. 2. num. 2. eodem tit. tum etiam, quia in hoc casu iura spiritualia transmittuntur ad hæredes, quod alias est contra notata in cap. 1. vbi Abb. in nu. 4. de prębend. Rocc. in tract. de iurepatron. verb. ipse velit q. 5. num. 17. non solum in materia iurispatronatus, sed & in alijs pluribus dispensat cum
9 exercentibus liberalitatem extra ecclesiam; vnde potest laicus donare prædium ecclesiæ, ea côditione, vt soluat collectas laicis, licet alias de iure non fuisset obligatus soluere, Anchar. cons. 217. per totum, Felin. in cap. ecclesia Sanctę Ma-
10 riæ num. 77. de constitut. item potest legans vel le, quod de legatis pijs à se factis, detrahatur Falcidia Socc. cons. 405. num. 4. vers. per hoc lib. 1. licet alias non fuisse de iure detrahenda authen.
11 similiter C. ad legem Falcidiam, item patronus potest donare ecclesiæ emphyteusim, ea conditione, vt reguletur sicut ecclesiastica, vt fuit dictum in causa Mediolanen. bonorum 15. Decêbris 1597. coram bon. mem. Orano, Similiter
12 potest ecclesia retinere feudum laicale, recognoscendo pro illo Dominum laicum, vt in cap. verum vbi hoc notant Aret. num. 1. Butr. nu. 5. Abb. num. 2. & 13. Imol. num. 2. & alij Scribentes de foro compet. Et licet Doctores, de quibus Lambertinus loco supra in punct. allegati dicât,
13 quod quando fundator apponit conditiones contra regulas iuris, debet interuenire consen-
14 sus Ordinarij, attamen dicit etiam, quod si conditiones non patiuntur defectum impossibilitatis, & alias de quibus supra in principio, Ordinarius debet consentire, idem Lambert. post alios dicto loco nu. 102. & 103. & meritò, quia consensus in hoc casu non videtur requisitus pro libertate voluntatis Ordinarij, sed tanquam Iudicis, scilicet, vt possit videre, an conditiones sint de improbatis à iure, & propterea si non sunt tales, ex necessitate tenetur illas approbare, cum sit loco Iudicis, auth. statuimus, vbi Bald. nu. 2. C. de Episc. & cler. Alex. cons. 221. nu. 17. lib. 1. Boer. decis. 326. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Ferens opem ignoranter furi ad vendendum rem furatam, aliqua poena non punitur.*
2 *Ignorantia facti delinquentem excusat.*
3 *Opem ferens scienter furi, punitur & quomodo procedat, vide nu. 4. 5. & 6.*

Coadiuuans furem ad vendendum res furatas, an teneatur actione furtiua.

DECISIO XXX.

INquirebatur in Curia Archiepiscopali quidâ clericus de auxilio præstito cuidam Iuueni, qui subtraxerat nonnulla bona quibusdam Monachis S. Francisci de obseruantia, propterea fuit dubitatum, an teneatur actione furtiua, & prima facie videbatur dicendum, quod non, quia talis nihil subtraxit, sed tantummodo coadiuuauit in venditione horum bonorum subtractorum: nihilominus Ego distinguebam, quod aut quis opem fert ignoranter, aut scienter, si
1 ignoranter non tenetur, textus est expressus in §. interdum quoque instit. de oblig. quæ ex delict. nascun. ibi qui ferramenta ad effragêdum,
2 aut scalas, vt supponerêtur accomodauerit, &c. ignorantia enim facti delinquentem excusare, constat per cap. ignorantia de reg. iur. in 6. & ibi Dyn. l. non ideirco, & l. error facti C. de iur. & facti ignorantia l. 1. §. Diuus ff. ad legem Cornelian

neliam de Sycar. l. eum, qui duos C. ad l. Iuliam de adult. l. qui contra legem C. de incest. nupt. l. item apud Labeonem §. si quis virgines ff. de iniur. Bald. in l. quicumque num. 12. C. de seruis fugit. Bart. in l. is qui opem ff. de furt. Dec. & Ias. in l. iuris ignorantia C. qui admitti, Ias. in l. 3. num. 128. C. de iur. emphyt. Dec. in l. qui cum alio ff. de reg. iur. Barbat. conf. 51. col. 2. lib. 3. Marsil. in pract. crim. in §. constante num. 55. & in l. si in rixa ff. ad legem Corneliam de sicar. num. 25. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 304. nu. 16. vbi hoc exemplificat in eo, qui opem tulit furi ad rem alterius subtrahendum, quam suam esse idem fur affirmauerat, & allegat glos. in l. culpa caret ff. de reg. iur. Bart. in l. si in rixa ff. ad legem Corneliam de sicar. Bald. in l. si raptores num. 15. C. de Episcop. & cleric. Plazza lib. 1. epitom. delict. cap. 16. num. 3. Grammat. decis. 25. num. 4. Blanch. in pract. crim. in verbo defensores pro imputato de auxilio Bald. cons. 382. vol. 1. in q. Molaui. &c. Straccha de decoctoribus par. 2. nu. 7. & 8.

3 Si autem opem tulit scienter, alit id fecit ante factum, aut in facto, aut post factum, ante factũ tenetur, ac sicut ipse delinquens, & dantur plura exempla in §. interdum institut. de oblig. quæ ex del. nas. l. qui seruo in princ. l. is qui opem & l. si pignore §. qui ferramenta ff. de furt. l. qui domum ff. ad legem Iuliam de adult. l. vtrum ff. de parricid. l. 1. §. incidit ff. ad S. C. Turpill. & in l. nihil ff. ad l. Corneliã de sicar. vbi dicitur nihil interesse vtrum quis occidat, aut causam mortis præbeat, Salic. in l. vnica 6. col. C. de rapt. virg. glos. in cap. qui aliorum 24. q. 3. & tractatur de hoc in l. qui cum fure iniuncta glos. ff. de furt. & in cap. si culpa, & ibi glos. in verbo tulisti ff. de iniur. & damn. dat. quod tamen limitatur, quãdo auxilium præstitum, fuit remotum à delicto, vt si arma, vel equos quis commodauerit, vt notat Bal. in l. 1. C. de Nil. ager. non rump. & se-
4 quitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 342. nu. 1. in facto quoque opem ferens tenetur eadem pena, qua principalis d. §. interdum quoq; l. vnica C. de raptu virg. vers. ne igitur, & versic. pœnas autem, & ibi Salyc. l. si quis non dicam rapere C. de Episc. & cler. & ibi Bart. & Bald. & Paulus Apostolus ad Rom. cap. 1. in fin. inquit, digni sunt morte non solum qui faciunt, sed etiã qui consentiunt facientibus, cap. omnes ecclesiæ 13. quæst. 4. cap. notum iuncta glos. 2. quæst. 1. cap. 1. de officio deleg. Boer. quæst. 167. num. 3.
5 Plazza d. c. 16. num. 2. Marsil. in pract. crim. §. constante num. 56. si autem etiam in facto auxilium præstitum fuit remotum, opem ferens nõ punitur ea pœna, qua principalis, sed mitiori arbitrio Iudicis, vt tradunt Scribentes relati à Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 349. num. 9. vbi et tradit plures limitationes ad prædictam conclu-
6 sionem, vt ex eo videri potest: Post factum autẽ potest quis pluribus modis furibus opem ferre, aut fur effugiat, vel dum recipitur, & occultatur, & est casus punibilis, l. 1. & 2. & per totum titulum C. de his qui latrones occult. l. congruit ff. de offic. præsid. l. 1. & 2. ff. de recept. Bart. in l. is qui opem ff. de furt. & facit d. l. vnica vers. pœnas autem C. de raptu virg. & ibi Hippol. de Marsil. num. 85. l. 1. §. quod autem ff. de seru. corrupt. & in prædictis casibus opem ferens tenetur furti non manifesti l. is qui opem & l. in furti ff. de furt. & extra ordinem pro modo culpæ punitur, Curt. Sen. cons. 41. in fi. Boer. quæst. 167. num. 4. in fine Plazza lib. 1. epitom. delict. cap. 16. num. 5. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 349. nu. 22.

S V M M A R I V M.

1 *Poenitentiæ locus est in contractibus alienationis rei ecclesiæ ante beneplacitum Papæ, secus vero post, etiam si sententia executionis per commissarios sit ferenda, & quare nu. 2.*

3 *Conditio, si alienatio cedet in euidentem ecclesiæ vtilitatem, quæ apponitur in mandato alienationis rei ecclesiæ non suspendit gratiam, nec facit beneplacitum conditionale quoad eius substantiam.*

4 *Poenitentiæ non est locus in alienatione rei ecclesiæ post obtentum beneplacitum, etiam respectu successoris, qui alienationi non consentit, dummodo fuerit impetratum in vita prædecessoris alienantis.*

5 *Alienatione rei ecclesiæ nulliter confirmata, est in Rectoris electione, vel standi contractui, vel recedendi.*

6 *Alienatio an possit reuocari post porrectam supplicationem ante expeditionem beneplaciti si postea fuerit expeditum per verbum, fiat, remissiuè traditur.*

Pœnitentiæ an sit locus in alienatione rei ecclesiæ, si per successorem fuerit contradictum.

D E C I S. XXXI.

NOn minus pulchra, quam vtilis dubitatio proposita fuit in Curia Archiepiscopali, num in contractu alienationis rei ecclesiæ facto per prædecessorem locus sit pœnitẽtiæ, si per Rectorem successorem fuerit contradictum, antequam per Iudices Apostolicos Commissarios latum fuerit decretum. In qua dubitatione Do-
1 mini de congregatione distinguebant, quod ante obtẽtũ beneplacitũ Apostolicũ sit locus pœnitentiæ, in quibus terminis loquitur Put. decis. 353. lib. 1. Accoramb. decis. 9. Achill. de Grass. decis. 2. de pact. Caputaq. decis. 12. par. 3. Rot. diuers. decis. 577. num. 2. par. 1. Marescott. lib. 1. variar. resolut. cap. 4. post tamen obtentum beneplacitum prædictum partes non possunt amplius pœnitere, neque à contractu recedere, licet nondum fuerit secuta sententia confirmatoria vigore breuis, si in euidẽtem per Commissarios Apostolicos, ità in proprijs terminis Farinacc. decis. Rot. Roman. 205. & 106. Paris. cons. 1. nu. 129. lib. 1. Cephal. cons. 91. num 9. lib. 1. & ità pluries fuit resolutum per Rotam, vt in causa Leodiens. domorum 10. Maij 1576. coram Rubeo, & iterum in vna Roma. locationis 4. Iunij 1584.

1584. coram Blanchetto, & tandem in vna nullius emphiteosis 15. Nouembris 1605. coram Lancellotto, & ratio differentiæ est, quia ante obtentum beneplacitum, conditio cum qua fuit contractum non est purificata, vnde licitum est pęnitere, cum alienationi ius resistat, cap. si quis præsbiterorum, vbi DD. de reb. eccles. non alienand. sed dicto beneplacito obtento cessat iuris
3 resistentia, & consequenter conditio suspensiua apposita in contractu amplius non durat, illa vero alienatio si cedat in euidentem vtilitatem, quæ apponitur in mandato de confirmando, cum respiciat tempus initi contractus non impedit gratiam, nec facit beneplacitum conditionale quoad eius substantiam, quia licet sit impedita executio beneplaciti Apostolici, quæ est dilata in tempus, postquam de euidenti constiterit vtilitate, nihilominus effectus Breuis statim ab initio operatur, nam quod cedat, vel non cedat in euidentem Ecclesiæ vtilitatem est omninò certum in rerum natura, licet in nobis sit incognitum, & propterea illius liquidatio non suspendit effectum beneplaciti, vt fuit dictum in allegata Leodien. & bene facit quod alias voluit Rota in vna Burgen. Canonic. 28. Aprilis 1597. coram Pamphilio, & ampliatur supradicta con-
4 clusio, vt locum habeat etiam contra successorē, prout in casu, de quo nunc controuertitur, nam licet alienationi non consenserit, si tamen assensus fuerit impetratus in vita prædecessoris, qui alienauit, & contractus erit vtilis Ecclesiæ, Rector succedens non potest pęnitere, nec tollere ius alteri acquisitum, Alex. consilio 27. num. 4. lib. 3. & fuit decisum in Rota in vna Bonon. trāsactionis 5. Decembris 1617. coram Coccino, licet limitetur eadem conclusio, vt non procedat, quando alienatio esset confirmata, sed nulliter,
5 quia non posset peti, vt de nouo contraheretur, nec ad id Rector cogi posset, sed eius esset electio, an vellet stare contractui, vel potius ab eo recedere, capitulo si qua 12. quæstio secunda glosa in cap. 1. versic. Sede Vacante, vbi omnes ne Sede Vacante, & alij in cap. 1. de his quæ fiunt à Prælatis, Cassan. in consuet. Burgund. rubrica 4. nu. 26. §. 1. Pinel. in l. 1. nu. 32. C. de bonis mat. Puteus decis. 310. lib. 2. & fuit decisum in Rota in vna Corton. bonorum 3. Iulij 1589. & 26. Ianuarij 1590. coram Platto; An autem liceat reuocare alienationem post porre-
6 ctam supplicationem, ante tamē expeditionem assensus, si & postquam fuit expeditum per verbum, fiat, est videndus Afflict. in decis. 253. vbi nonnulla ad propositum.

SVMMARIVM.

1 *Mendacium circa accidentales circumstantias nō vitiat testium depositionem, sed limita num. 2. 4. & 5.*

2 *Iuramentum testis non extenditur ad accidentia, & circumstantias, sed solum respicit substantiam ipsius negotii.*

3 *Idque procedit siue ante, siue post periurium, testimonium hoc tulisset.*

4 *Testis iurans dicere veritatem super omnibus de quibus interrogabitur, si dixerit falsum circa accidentia, & circumstantias, arguitur de falso in reliquis.*

5 *Mendacium circa accidentia, & circumstantias, quæ ad causam ipsam faciunt, vitiat testium depositionem circa reliqua.*

An mendacium circa accidentalia vitiet testium depositionem.

DECIS. XXXII.

IN facti contingentia, cum hic articulus discuteretur, pluries fuit habitum pro absolutio in Curia Archiep. quod quando testis depo-
1 nit falsum circa accidentia, & circumstantias, quæ nullo modo tangunt negotium de quo agitur, nec qualificat fidem testis, non vitiatur eorum testimonium in reliquis prolatum, vt docent Angelus in consil. 194. Innocent. in cap. fraternitatis de testib. & ibidem Ioa. Andr. col. 1. Ancharan. eadem col. Anan. col. 4. Felin. nu. 225. & Butr. in cap. cum causam in fine de testibus, Bal. & Salic. in l. si in falsis in fine C. de transact. & ibidem cæteri omnes Ruin. cons. 36. vol. 1. & cons. 41. col. 1. vol 4. Ias. in l. 2. num. 7. C. de bon. poss. secundum tab. Alciat. in l. 1. §. sed simili num. 18. de verb. obliga. Dec. cons. 100. col. 3. versic. similiter falsitas, & consil. 342. Gram. consil. 19. num. 7. & in voto 36. col. vltima, & in decis. 43. & decis. 60. num. 16. & huius sententiæ ea est ratio, quia depositio testis non exten-
2 ditur circa accidentia, & circumstantias, sed solum respicit substantiam ipsius negotij, & hic
3 casus locum habet, siuè ante, siuè post periuriū, testimonium tulisset, & hanc receptam opinionem testatur Socc. Iun. in cons. 41. nu. 13. lib. 2. Gabriel. in conclus. 4. de crimin. num. 13. vers. sed istam; licet ista opinio non habeat locum,
4 quando testis ipse iurasset dicere veritatem super omnibus de quibus interrogabitur, nam nec falsitas commissa circa accidentia, & circumstātias arguit falsitatem in reliquis, & ob id habendus erit iste vt falsarius, Bal. in d. l. si ex falsis in fine C. de transac. Aretin. in cap. in nostra col. 2. de testibus, & in cons. 71. num. 1. Alex. cons. 44. col. penult. libro 2. & in cons. 28. col. 3. vers. præterea dictum lib. 6. Riminal. Sen. in d. l. si ex falsis ad finem, Felin. in cap. fraternitatis num. 23. de test. Crauetta cōsil. 99. num. 8. Gabriel. in citata conclus. 4 num. 13. Alciat. in d. l. si ex falsis in fine versic. nam, & Baldus, Boerius in decis. 245. vt etiam dicimus locum non habere quoad illas
5 circumstantias, & accidentia, quæ ad causam ipsam faciunt, vt declarat Alciat. in citata l. si ex falsis ad finem versic. nam vero, qui tamen ait in hoc testem euitare pœnam falsi, vt dicit etiā idem in leg. 1. §. sed si mihi num. 58. de verbor. obligat.

SVMMARIVM.

1 *In omni re considerandus est finis, nam intentio, voluntas, & propositum distinguunt delicta.*

C 2 Fi-

2 *Finis est primus in intentione, licet sit vltimus in executione.*
3 *Omne agens agit propter finem, & ad illud principaliter intentio dirigitur.*
4 *Quilibet actus ex fine iudicatur.*
5 *Finis debet semper attendi.*
6 *Finis magis dignus, trahit ad se principium, quod est minus dignum.*
7 *Cum quid est propter aliud, cõsideratur id propter quod est.*
8 *Quoties sumus in actu, in quo principium ex se nihil operatur, sed fit propter finẽ, attenditur finis.*
9 *In iure semper attendendum est id, quod principaliter agitur.*
10 *Stante statuto quod quis non possit extrahere frumentũ de aliqua terra, nisi propter vsum suum, si quis extraxerit propter vsum, licet postea vendiderit non incidit in poenam.*
11 *Statutum, quod de venditione fructuum debeat solui gabella, non habet locum, quoties venditur fundus plenus fructuum.*
12 *Verba simpliciter prolata, debent intelligi primario, & non secundario.*
13 *Citari non debet ille de cuius praeiudicio principaliter minimè agitur, licet secundario.*
14 *Actus non dicitur verti in detrimẽtum alterius, quando non affert detrimentum principaliter.*
15 *Aggrediens principaliter licitum, si secundario facit illicitum, in illicito non debet puniri illa poena, qua alias puniretur.*
16 *Ius non considerat, quod fit executiuè, sed quod agitur principaliter.*

An in pęnas Bullae, si de protegendis incidat qui fregit carceres, in quibus erant inquisiti in sancto Officio, si eius intentio principalis fuit, vt ipse, eiusque amici fugere possent.

DECISIO XXXIII.

1 IN omni re considerandus est finis, & intentio, cum voluntas, & propositum distinguant maleficium l. verum ff. de furt. vnde cum intentio principalis dicti inquisiti, eiusque finis fuerit, vt propria fuga euaderet, propterea non debet iudicari incidisse in praefatas pęnas, finis
2 enim est primus in intentione, licet sit vltimus in executione l. 1. C. de executio. rei iudicatae, &
3 ideo omne agẽs, agit propter finem & ad illum principalis intentio dirigitur l. 1. ff. solut. matri. & l. eam, quam vbi Bald. in princ. C. de fideicõmiss. & spectatur finis, & non principium, quia
4 omnis actus ex fine iudicatur l. verum C. de furtis, & quod finis attendendus sit, est textus in l.
5 & si sint alias cum aurum §. perueniamus ff. de auro & argent. legat. imo finis magis dignus, &
6 nobilior trahit ad se principium, quod est minus dignum, teste Aristotele secundo physicorum, & media sequuntur naturam sui finis, & ab eo regulantur secundum finem, l. oratio ff. de sponsal. Crauetta consil. 137. nu. 14. & cum quid est pro-
7 pter aliud, consideratur id propter quod est l. si quando ff. de auro, & argento legato, Gribaldus in tra. de ratione studẽdi lib. 1. cap. 100. & ex fine apparet intẽtio pmissarũ Tiraq. de retrac. lignager §. trigesimo sexto ad finem tituli nu. 19. & plura de his cumulat Coler. in tract. de processu iudiciario par. 3. c. 9. num. 1. & seq. & quando sumus in aliquo actu, cuius principium ex se nihil
8 operatur, sed fit propter finem, attenditur finis, & nõ principium, est text. in l. receptum ff. commun. praed. l. cum furiosus ff. de iudic. l. non intelligitur §. quando autem ff. de iure fisc. ita declarat Alciat. de praesumpt. reg. 2. praesumptio. 32. nu. 2. & latissimè Menoc. de praesumpt. lib. 6. praesumptio. 17. nu. 10. ex supra dictis allegatis, & in iure semper est considerandum, id quod
9 principaliter agitur l. si quis nec causam ff. si certum petatur, cui addo etiam textum in l. 1. §. vnde quaerit ff. de exercit. per quem tex. determinat ibi Alberic. & Bal. quod stante statuto, quod nullus possit extrahere frumẽtum de comitatu,
10 nisi propter vsum suum alias incidat in poenam, si quis extraxerit propter vsum suum, licet postea vendiderit non incidit in pęnam, tenet Bar. in l. cęterae §. fin. de leg. 1. Adde secundo tex. notab. in l. abstinendi ff. de in integr. restit. per quẽ tex. decidunt ità notabiliter Bal. in l. praecedenti quae incipit nõ solum, quod stante statuto, quod venditione fructum debeat solui gabbella, si quis vendidit fundum plenum fructibus, tali casu fructus non sunt gabbellandi, quod cum fructus nõ vendantur principaliter, sed secundariò, & attendendum est quod principaliter agitur, allegat tex. in l. fin. §. pen. ff. quae in fraud. credi. vbi est quasi casus expressus de hoc. Tertio adde not. tex. in l. si is cui §. quod si seruus ff. de acquirẽdo rer. dom. per quem tex. dicit Bart. se cum alijs decidisse de facto, stante statuto, quod capiens bannitum, in persona debeat habere tantum à communi si fortè Potestas cęperit aliquem furẽ, qui reperiatur bannitus, non debebit habere praemiũ statuti, & idem tenet Bar. in l. si quis in graui §. vtrum ff. ad syllan. & in l. nulla macula C. de delat. lib. 12. Quarto facit quod no. Bal. & Ang.
12 in l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur. quod verba simpliciter prolata, debent intelligi primario, non secundario, ideo in causa haeredis producitur legatarius in testẽ, & interrogatur, an aliquod cõmodũ speret, & si respõderit, quod nõ, & postea accusetur de falso tanquam commodum speraret, certè secundum eos non potest rectè accusari, cum illa verba, quod non speret commodum, intelligi debeant, scilicet principaliter, non secũdario, & sequitur Alex. in consl. 101. lib. 3. qui ibidem dicit, si statutum imponat pęnam turbatoribus status Reipublicae, intelligitur de his, qui principaliter turbant, & sequitur Alex. in cons. 255. lib. 2. Quinto adde quod voluit glos. not. & approbata per omnes in l. de vnoquoq; in gl. 2.
13 ff. de re iudic. quod non debet citari ille, de cuius praeiudicio non agitur principaliter, licet secundario sic, & illam glos. sequitur Angelus & Moder. in l. filius familias §. diui ff. de leg. 1. & ibi dicit Imol. quod ad hoc est singularis. Hinc dicunt Innoc. & Butr. in cap. humilis de maio.

maio. & obedient. non esse citãdos illos, quos incidenter negotium tãgit, sed sufficit citare principalem, per tex. in l. 1. §. denunciari ff. de ventre
14 inspiciendo; facit ad hoc quod notabiliter voluit glo. in cap. quamuis in fine de pactis, vbi actus non dicitur verti in detrimentum alterius, qui non affert ei detrimentum principaliter, sed secundario, & ad hoc optime facit, quod docet Nellus in tract. de bannitis in 2. p. secundi temporis
15 q. 13. quod vbicũq; quis aggreditur principaliter licitum, & secundariò faciat illicitum, tunc ratione illius illiciti non debet puniri illa pœna, qua alias puniretur, sed debet mitius puniri arbitrio Iudicis; cõfirmatur etiã, quia id quod principale est attenditur, & non id, quod secundariò, & in consequentiam, l. tutor ff. de administratione tutorum, vnde Bald. in l. vt vim ff. de iustitia, & iure voluit, quod stante statuto, quod liceat offenso facere competentem vindictam, intelligitur de principaliter offenso, & non per mediam personam l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulga. & pupill. facit etiam quod vult Ang. post Iac. Butr. in l. Lutius ff. de infam. §. 1. quod si testis dicat falsum super facto principali, tunc bene debet puniri de falso, secus si dicat falsum super appendicibus, puta si negauit se esse coniũctum parti eum producẽtis, cum tñ ei attineret, tunc licet mentiatur, tñ non punitur nisi crimine stellionatus, quod reputat Ang. mirabile, & not. dignum, & idem Ang. in cons. 132. col. 2. Et
16 tandem facit, quod ius non considerat id, quod fit executiuè, sed id quod fit principaliter, allegat tex. in l. fi. ff. quod cuique vniuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus publicatis attestationibus potest alios testes producere.*
2 *Textus in ca fraternitatis de testibus, non habet locum in causis criminalibus.*
3 *Non est bonum in criminalibus, vt veritas fauore publico amittatur.*
4 *In causis, quæ nunquam transeunt in rem iudicatam, semper testes produci possunt, etiam post publicationem.*
5 *Sententiam criminalibus, siue sit pecunaria, siue corporalis, nunquam transit in rem iudicatam.*
6 *Pars potest ad eius defensionem adducere testes post publicationem.*
7 *Amplia siue officio Iudicis, siue ad partis instantiam agatur.*
8 *Valet argumẽtum de renunciatione defensionum ad publicationem.*

An valeat fiscus, publicatis attestationibus alios testes producere.

DECIS. XXXIV.

CVm pluries in Curia Archiepiscopali disceptatum fuisset, an fiscus publicatis attestationibus, alios testes posset producere, sem-
1 per fuit decisum affirmatiuè, & ratio potior est, quia tex. in cap. fraternitatis de testibus, disponens, quod dublicatis attestationibus non pos-
2 sint recipi testes super eisdem articulis, non habet locum in causis criminalibus, secundum doctrinam Bart. in l. 1. §. fin. nu. 4. ff. de quæstionibus cum concordantibus ibi positis per Marsi. in sua practica §. sequens nu. 4. & iuxta istorum sententiam, & doctrinam, seruare Senatum Pedemontanum, testatur Thesaur. in dec. 262. sequitur Capyc. in dec. 83. vbi dicit, quod in criminalibus non concluditur, & ad idem Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damno infecto, cuius sententiam, sequitur etiam Aretni. in cap. cum venissent colu. 4. vers. aduerte tamen de testibus, & sic decidisse alias Senatum Pedemontanum refert Thesaurus in d. decis. 262. in anno 1556. mense Septembris in quadam causa Burgell. reddens rationem, quia nõ est bonum,
3 vt veritas in criminalibus, quæ fauorem publicum concernit amittatur, quomodocunq; procedatur, ne delicta remaneãt impunita, & supra
4 dictis additur, quia in causis, quæ nunquam trãseunt in rem iudicatam semper testes produci
5 possunt, etiam post publicationem, vt per Socc. in regula 403. num. 37. sententia enim in causis criminalibus nunquam transit in rem iudicatam, siue sit corporalis, siuè pecuniaria. vt tradit Marsi. in sua prac. §. Ordini nu. 1. post alios, quos ibi citat, & hanc opinionem procedere, & locũ
6 sibi vendicare etiam si à parte ad eius defensionem testes post publicationem producerentur, hoc enim ei conceditur, secundum Bartol. in l. 2. §. si public. num. 15. de adulter. Felin. in cap. cum clamor col. 2. vers. & hoc quod dicitur, de testibus, procedit, & locum habet, tam si proce-
7 datur ex officio Iudicis, quam ad partis instantiam, valet enim argumentum de renunciatione
8 defensionum ad publicationem, vnde sicut non potest renunciari, ita pariter nec defensionibus à productione, vt habetur per Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. fi. n. 4. ff. quemadm. Fel. in cit. c. cũ clamor col. 2. in fine de testibus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati pro spoliatione Ecclesiæ cum effractione post denunciationem à Sede Apostolica absoluendi sunt.*
2 *Sacrilegiũ cõmittitur, frangendo ianuam Ecclesiæ.*
3 *Sed contrarium deciditur.*
4 *Ad incurendam hanc excommunicationem non solum requiritur fractio ianuæ Ecclesiæ, sed etiã spoliatio.*
5 *Qui vadit malo animo ad frangendum Ecclesiam, & furandum, & tamen non frangit, quia inuenit ianuam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona ipsius, non incidit in hunc canonem, & nu 6.*

An frangentes per vim ianuam Ecclesię, censeantur excommunicati.

DECIS. XXXV.

IN facti contingentia, cum quidam laici per vim fregissent portas cuiusdam Ecclesiæ fuerunt

runt citati ad dicendum, quare non deberent, declarari excommunicati per nostram Curiam ob dictam violentam fractionem, cumque com paruissent, allegabatur pro eis in nullam incidisse censuram, quare fuit dubitatum inter nos quid iuris, & dicebatur, quod textus in capit. conquesti sunt, de sententia excommunicat. di-
1 cit, quod excommunicati pro spoliatione Ecclesiæ cum effractione, post denunciationem, à Sede Apostolica absoluendi sunt, ex quo textu patet, supradictos incidisse in censuras canonis, & ad idem expenditur textus in cap. canonica 11. quæst. 3. & in cap. omnes 17. quæst. 4. & in cap. quisquis eadem causa, & quæstione dicitur,
2 quod sacrilegium committitur, si quis fregerit Ecclesiam.
3 Cęterum, supradictis non obstantibus contrarium fuit decisum, scilicet, quod frangens ianuam Ecclesiæ non incidat in censuras, & fuit responsum ad textum in d. cap. conquesti sunt, quod ad hoc, vt pęna illius canonis incur-
4 ratur, duo sunt necessaria, scilicet fractio Ecclesiæ, & spoliatio, vt habetur per Panor. ibidem, Pisan. in verbo excommunicatio, Angelus in eodem verbo §. casus sextus, Sylueſter ibidem 7. num. 16. §. 8. Caiet. in eodem verbo excommunicatio casu 20. Nauarr. in suo manuali cap. 27. num. 94. §. 8. & Medices parte 2. summæ tit. 9. quæst. 78. num. 95. vnde si quis aperiret Ecclesiam, vt spoliaret, vel frangeret, sed non spoliaret, non subijceretur huic Canoni, imò qui vadit malo animo ad frangendum Ecclesiam,
5 & furandum, tamen non frangit, quia inuenit ianuam fractam, vel apertam, & sic intrat, vel asportat bona ipsius, non incidit in hunc Canonem: Is autem effractor censetur, qui dolo, aut malo animo, aut per iniuriam violentam parietem fodit, aut suffodit, aut vitream fenestram frangit, aut ostia, aut cardines, aut cardines quibus ostia firmata sunt, aut ipsum tectum Ecclesiæ, imò vt addit Sylueſter loco proximè citato §. 1. num. 17. si quis impingens in portam siue debilem vectem faciat cedere loco, incidit, quia cum constitutio hæc sit in fauorem Ecclesiæ, la-
6 tissimè erit interpretanda in dubio, non autem, qui aperit claue, siuè eam surripuerit, vel extorserit, siuè non, vt notat Nauarr. in suo manuali d. cap. 27. num. 94. §. 8. Tamen potest excommunicari.

SVMMARIVM.

1 *Monitoria possunt concedi pro scripturis exhibendis.*
2 *Intellige concurrente interesse petentis.*
3 *Scripturæ editio pro veritate reperienda, non est deneganda.*
4 *Socij, libros societatis exhibere tenentur.*
5 *Socio dicenti non habere librum, non est credendum.*
6 *Socius, qua actione consocium astringere possit ad librum exhibendum.*
7 *Documenta contra se edere neminem teneri declaratur.*

Monitoria generalia, an sint concedenda pro exhibitione scirpturarum.

DECIS. XXXVI.

IN Curia Archiepiscopali quotidie decernūtur monitoria contra detinentes, possidentes
1 vel quocumque modo occupantes scripturas alicuius, ideo vt illius conclusionis vera habeatur cognitio, suppono, quę ad exhibendum scripturas, censuris compelli posse, vt testatur Anton. de Butr. Abb. Fel. Dec. & reliqui Classici in c. 1. de probat. Cord. de cas. conf. q. 63. Sayr. de cens. lib. 1. c. 9. n. 36. & in clau. reg. lib. 12. cap. 20. nu. 30. Tolet. in sum. lib. 1. casu 8. n. 7. Sayr. tom. 5. disp. 20. sect. 3. reg. 2. sicq; decisum inquit Laza. de monit. sec. 2. q. 17. n. 1. Guttier. lib. 1. can. qq. c. 11. nu. 38. Rim. Iun. conf. 357. n. 40. Graff. p. 1. dec. l. 4. ca. 8. nu. 24. & conf. 6. nu. 29. de sent. ex-
2 comm. Quod intellige, concurrente interesse petentis, Sot. in 4. d. 22. q. 1. ar. 2. vers. 3. An. Cord. in tract. de casibus consc. q. 63. Greg. Sayr. loc. cit. Tolet. loco etiam citato. Guttie. lib. 1. cano. qq. c. 11. nu. 38. Vgol. de potestate Episcopi p. 2. c. 45. §. 4. vers. non etiam, Giurb. dec. 94. num. 1.
3 cuius decisionis ratio fundatur ex pluribus, Primo, quia pro veritate reperienda, editio scripturarum denegari non debet illi, cuius interest l. si quis de argentarijs §. ex hoc edicto vbi omnes, ff. de eden. cap. quoniam de prob. & declarat Curt. Iun. in l. 1. C. de edendo nu. 40. Marius Ant. in lib. 1. variar. resol. resol. vlt. casu 12. vers. studium. Tum secundo, quia regulariter in his casibus, in quibus Iudex secularis re perspecta potest quem compellere ad edendas scripturas, quos late notat Menoc. de arbit. cas. 499. per totum, Mastin. in l. 1. C. de edendo à nu. 13. in his & post Iudex ecclesiasticus in subsidium sub excommunicationis pęna compellere, vt ex Corduba, & alijs tradit Henriquez in sum. tom. 1.
4 lib. 13. cap. 18. nu. 7. & dicetur infra, Idque exemplificari potest in socijs, qui societatis libros exibere tenetur l. quædam in princ. vbi Bart. Bald. Ang. & cęteri ff. de edendo, Alc. Bolognet. Dec. nu. 19. Gilken. n. 11. Aloys. de Leo nu. 18. & alij in l. 1. C. eodem, vbi communem dixit Rip. nu. 8. Marſ. sing. 81. Rom. conf. 156. Ang. conf. 186. Bald. conf. 152. vol. 3. Ber. conf. 191. n. 35. vol. 1. & conf. 128. n. 9. vol. 3. Paris. conf. 86. n. 17. & 25. vol. 1. Soc. conf. 190. col. 4. vol. 2. Tusc. lit. E. cōclus. 41. nu. 5. concl. 45. n. 7. lit. S. & concl. 103. n. 7. Dec. conf. 110. nu. 8. Ant. Sola ad decret. Sabaudi. 24. gl. 2. n. 43. & 44. Cartar. dec. 112. Pacia. de probat. lib. 1. cap. 66. nu. 37. Magon. dec. Luc. 5. Noni. conf. 63. nu. 1. Felic. de societ. c. 39. nu. 41. Menoch. conf. 27. nu. 17. Verall. decis. 157. nu. 3. par. 2. Decian. conf. 61. vol. 5. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 1. num. 5. Adeo vt si librum socius non
5 habere dixerit, nec ei credendum erit; Anchar. conf. 317. Soccin. conf. 190. & conf. 199. col. 4. vol. 3. Roland. conf. 99. num. 33. vol. 1. quo casu nec suo iuramento admissionem probat, Serap. de priuileg. iuramenti priuileg. 37. Hond. conf.
6 19. volum. 1. Mascard. de probat. conclu. 88. cum ne-

nedum officio Iudicis, sed actione pro socio librum exhibere tenetur consocius, Bimius cons. 182.nu.44. Pacian.d.c.66.nu.31.nec excusatur, si alio libros transtulisse dixerit Magon. decis.
7 Lucens.5.nu.12. & in hoc non obstat documenta contra se edere neminem teneri,l.1.&l.fi.C. de edend. Menoch.de arbrit.iud.cas.419. nu.1. & 2. quæ nec à domo rei harum monitorialium litterarum prætextu sumenda sunt, ideo reuocãdæ, vel suspendendæ saltem illæ erunt l. nimis graue C. de testamentis, Thesaur. fori eccles. c. 38.nu.23. Macerat.lib.1.resolut.vlt.cas.75. Nevizan.cons.15.nu.3. Raud.decis.17. nu.14. Nauarr.cons.3.de censuris,Costa de remed.subsidia. remed. 14. sub nu.5. Nam respondetur dupliciter,& primo, quia si fauore fisci edere quis tenetur in causa ciuili, ex communi quam firmant Doctores in ca.1.nu.13.de prob.& in l.1.&in l. fin. C. de edendo, Gramm.cons.crim.9. Gaill. lib.1.obseruat.obseruat.106.nu.11. Peregr.de iure fisci tit.7.lib.3.nu.11. Menoch. in addit.ad casum 499. n.68. eo magis fauore animarum fieri debet dicta reuelatio, seu exibitio, ad quam denunciatione euangelica compelli is poterit, Rom.consil.398. nu.3. Gutierez cons.96. nu.3. Mars.sing.271. & in l.de minore §.tormenta n. 51.ff.de quæst. Cassan.in cons.1.nu.104.Tusc.in concl. 45. nu.8. quo in casu posset tunc contra eum,secundum prædictos euangelica denunciatione procedi, & potest etiam respondi,quod in his casibus in quibus secularis iudex potest aliũ compellere ad edendum, quos latè recenset Menoch. in addit. ad d. cas.499. in his etiam potest ecclesiasticus in subsidium sub censuris illum ad edendum cogere,Henriquez in sum.tom.1.lib. 13.c.18.num.2.sed socius tenetur de iure consocio edere, ergo &c. Adeo vt si non exhibeat requisitus succumbet postea in causa ex socio, Turret.cons.3.nu.16.nec mirum,quia non edentem libros,ad quos tenetur, iniustam etiam causam fouere asserunt Affl. Paris. Crauett. Plot.& alij à Menoch.relati lib.1.præsump.91.immo contra eum iuratur in litẽ,Bald.Stracc. Vbald. Plot. Noni.& alij à Turret. relati d.conf.3.n.21.Bim. cons.50.nu.112. Tusc.d.concl.4. nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Vacare dicitur beneficium in Curia, siuè beneficiũ vacet per resignationem, siuè per obitum.*

2 *Per renunciationem beneficii iurispatronatus factam in Curia non fundatur illius affectio,& reseruatio,& sic fertur decisum.& quare nu.3.& 4. assignatur ratio, ne laici retrahantur à fundatione,constructione, vel dotatione ecclesiarum, seu beneficiorum.*

5 *Non est æquum iura tollere patronorum, & pias fidelium voluntates.*

6 *Per clausulam, ad præsentationem, non derogatur iuripatronatus laicali.*

7 *Sed contrarium est in iurepatronatus ecclesiastico, & assignatur ratio nu.8.*

9 *Per solam simplicem collationem factam à Papa, censetur derogatum iuripatronatus clericorũ, absque alia derogatione.*

An per reuocationem beneficii factam in Curia,inducatur illius affectio, vel reseruatio.

DECISIO XXXVII.

RENunciauerat quidam beneficium, quod ad præsentationem patronorum laicorũ retinebat in Curia ad fauorẽ cuiusdam clerici, quare fuit dubitatũ in Curia Archiepiscopali, si per huiusmodi renunciationem censeatur inducta affectio illius beneficij, & consequenter censeantur ligatæ manus Ordinarij,vt si dicta renunciatio non fuerit sortita effectum, & per patronos sit alter præsentatus non valeat Ordinarius illũ instituere,& dubium faciebat decis.Verallı 329.
1 p.3. vbi vacare dicitur beneficium in Curia,siue beneficiũ vacet per resignationem, siue per obitum allegat gl.in c.si propter in verbo vacabunt de rescri.in 6. & idẽ Verall.in dec.327. eod.lib.
2 Cæterum in dicta Curia fuit resolutum contrarium, vt.s. præfata renunciatio non inducat affectionẽ beneficij pertinentis ad præsentationem patroni laici,cum vt ait Gonzalez gl.18.in
3 principio talia beneficia non cadunt sub reseruatione illius regulæ octauæ, sicut nec sub alijs reseruationibus generalibus glo. verbo collatio in c.2.de prẹb.lib.6. vbi Gem.nu.11.& Franch.n. 8.Card.cons.117.n.2.vers.item ex alio,& in cle. 1.q.7.in fi.de iurepatr. Alex.cons.75.n.1.vol.4. Gaspar de Perusio in tract.de reseruationibus §. quæ autem beneficia reseruantur, n.5. vbi veriorem opinionem affirmant Fely. in trac. quando literæ Apostolicæ in princ.limit.2.Rocc.de Curte de iurepatr. verb. honorificum q.4. nu.22.& 23.& q.24.nu.54. Lambert.in eod.trac.lib.2.p. 1.q.princ.9.art.22. Æneas de Falconibus de reseruationib.q.3.principali num.36.Io.Selua de benef. par.3. quæst.21. Cassador.decis.6. num. 5.de iurepatr. Rebuff.in tract. nominationum q.8.nu.22.& in praxi beneficiali 3.par.signaturæ verbo nec non iurispatronatus nu.70.Couar. in prac.quæstionibus c.36.nu.3.& 4. Mandosius in regula 1.Cancellariæ quæst.8.à n.6.cum seqq. in reg.32.quæst.4. per totam, & in additione ad Lapum alleg.84.sub lit.N. Hoieda de incõpatibilitate beneficiorum par. 1. cap. 24. num. 109. facit Rot. decis.46. in princip. de concessione præbendæ,& decis.3.de iurepatr. in antiquis, & expresse tenet Rot.decis.304.num. 1. par.2. diuers. & in terminis regulæ octauæ Cancellariæ est decis.Putei 319. eadem die num.1. & per totam lib. 1.& decis.308.num.2.lib. 3. Achill. de Grassis decis.3.de iurepatr.& alias plures tenuit
4 Rota,& quotidie seruatur,& ratio huius conclusionis est,ne laici retrahantur à fundatione,constructione, vel dotatione ecclesiarum,seu beneficiorum, vt omnes memorati Doct. recensent,& quia vt dicit Concil.Triden.sess.25.cap.9.de re-
5 formatione in principio, iura tollere patronorum,& pias fidelium voluntates in eorum insti-
6 tutione violare æquum non est; Vnde per clausulam,ad præsentationem, in dicta regula adiectam non derogatur iuripatronatus laicali; 7

Lapus allegat. 84. num. 5. in fine, & nu. 6. vbi additio lit. N. Paris. de resignatione lib. 2. q. 4. à nu. 37. cum alijs quos citat: Quoties vero essemus in
7 iure patr. ecclesiastico, videlicet, quando ex bonis ecclesiæ beneficiũ fundatur, seu dotatur, aut à laico donatur ecclesię, aut ratione ecclesiæ competit alicui, iuxta glos. in cle. 2. verbo præsentare de iurepatr. glo. verbo in concessione in cap. dilectus de offic. leg. vbi tradunt omnes cap. 1. de iurepatr. in 6. Rocch. de Curte de iurepatr. verbo iis q. 7. Rebuff. de nominat. q. 8. nu. 22. Lambert. de iurepatr. lib. 1. q. 1. art. 5. per totum, Couar. in pract. qq. c. 36. n. 5. vers. 2. Paris. de resig. lib. 2. q 4. ex nu. 39. in tali casu procul dubio reseruatio nostræ regulæ locum habet, ac comprehẽdit beneficia iurispatr. ecclesiastici, & ratio est, nam facile huic iuripatr. præiudicatur cap. cum dilectus de iurepat. c. dilectus, & ibi Abb. & reliqui de officio legati, Felyn. tract. quando literæ Apostolicę limitatione 3. Æneas de Falconibus de reseruationib. q. 5. principali effectu 14. vers. idem, & multo fortius procedit, Hoieda de incõpatibilitate beneficiorum p. 1. c. 24. nu. 112. Mãdos. regul. 1. q. 8. nu. 5. Cassad. dec. 4. n. 2. de iurepatr. Couar. in practicis quæst. c. 36. nu. 5. per so-
9 lam enim simplicem collationem factam à Papa censetur derogatũ iuripatr. clericorum absq; alia derogatione, Cassad. dec. 4. n. 11. de proba. & dec. fi. nu. fi. de iurepatr.

SVMMARIVM.

1 *In poenalibus non habet locum extensio.*
2 *In poenibus benignior interpretatio est facienda.*
3 *Rescriptum impetratum contra Episcopum, & quoscunq; alios, comprehendit etiam laicos.*
4 *Vbicunque filii filiorum reperiuntur positi in conditione, dictio, alius, vel aliter, non potest aliter ad eos in dubio referri.*
5 *Dictio, alius, posita in edicto, importat prohibitionem armorum similium.*
6 *Dictio, alius, est implicatiua similium.*
7 *Mentio primarum pensionum, intelligitur per clausulam, præsens.*
8 *Dictio, alius, de sui natura est dictio relatiua, & præsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat illa, de qua facta est mentio.*

Dictio, alius, apposita in edicto prohibente armorum asportationem, an sit repetitiua similium.

DECISIO XXXVIII.

CAuetur edicto nostræ Curiæ Archiepiscop. de quo alias mentionem fecimus, ne clerici archibuseros, pugiones, stillettos, & alia similia exportent, quare fuit dubitatum, an dato, quod non adesset dictio illa, similia, per dictionem illam, alius, importaretur repetitio similium, ità vt eadem pęna edicti esset infligenda asportantibus arma non mentionata in præfato edicto: & prima consideratione videbatur negandum, ex
1 eo, quod in pęnalibus non habet locum extensio l. cum quidam ff. de lib. & posthum. c. alia, & ibi latissime Dynus de reg. iur. in 6. c. statutum, & ibidem Ancha. & reliqui Scribentes communi-
2 ter de elect. in 6. in pœnis. n. benignior est faciẽda interpretatio c. in pęnis de reg. iur. in 6. vnde
3 rescriptum impetratum contra Episcopum, & quoscumq; alios, comprehendit et laicos, vt habetur per Specul. in tit. de instrumentorum pręsentatione §. fin. vers. quod si quis, & ibi etiam Io. Andr. in addit. vnde etiam Rui. in consil. 181. volu. 2. quem refert, & sequitur Vegius in cons. 74. nu. 275. vol. 1. consuluit, quod vbicunque fi-
4 lij filiorum positi reperiantur in conditione, iuxta ea, quæ tradit glos. in l. huius ff. de vulgari, & pupillari substitutione, tunc dictio, alius, vel alii, non potest aliter ad eos in dubio referri, & ita pariter fuisse decisum in Regia Audientia Capitanatæ Apuliæ anno 1594. in causa tunc vertente inter quosdam de Ciuitate Manfredonię, testatur, & refert Viu. in dec. 193.
5 Cæterum, supradictis minimè obstantibus cõtrarium fuit resolutum, nam fuit dictum, per dictionem, alius, positam in edicto importari prohibitionem armorum similium, glo. communiter ponderata per Doct. in l. si fugitiui in verbo alia pęna C. de seru. fug. vbi in verb. alias subditur, similis, quia hæc dictio implicat, vt dicit Cyn.
6 in auth. sed neq; C. de Episc. & cleric. & authe. qui semel C. quomodo, & quando Iudex, sequitur Affl. in dec. 244. nu. 2. And. in c. 1. §. nemo tecta in fi. de pac. ten. Alex. cons. 34. vol. 1. latè Tiraquell. in l. si vnquam nu. 34. vers. partem aliquam de reuocandis donationibus, Vrsill. in decis. 244. & ad hoc facit id quod decidit Verall. in decis. 195. par. 2. vbi mentio primarum pensio-
7 num, intelligitur per clausulam, præsens, & alia allegat Aretin. in consil. 23. columna penult. & sequent. Felin. in cap. venerabilis de electione,
8 & quod dictio, alius, de sui natura sit relatiua, & pręsentatiua eiusdem qualitatis, cuius erat illa, de qua facta est mentio, notant Aretin. in cap. fi. in principio de pactis in 6. glo. & alii in leg. non solum §. quęritur in vers. cęteros ff. de procurat. & cap. sedes de rescrip. & in l. quidam relegatus in principio ff. de rebus dubijs, Aret. Ias. & Decius in l. penul. C. qui admicti ad bonor. possess. Alex. in conf. 204. nu. 4. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Sola vi. io nudi cum nuda in eodem lecto, etiam quod non fuerint visi carnaliter commisceri facit inditium ad torturam, & redditur ratio num. 3.*
4 *Idem est dicere, vir cum tali muliere iacuit, ac si diceretur, quod eam carnaliter cognouit, & ex hoc videtur manifestè probata copula nu. 5.*
6 *Dormire cum imberbibus non est de genere prohibitorum, vti est in foeminis.*
7 *Mala fama inquisiti agentis & pueri patientis facit inditium ad torturam.*
8 *Crimen sodomiæ probatur coniecturis.*

An

An sola dormitio cum pueris imberbibus faciat inditium ad torturam pro vitio nefando.

DECIS. XXIX.

IN Curia Archiepiscopali inquirebatur contra quendam clericum de vitio nefando, & quia de præfato delicto non constabat, nisi per coniecturas, & inter cetera, quod fuerat repertus dormire in eodem lecto cum quodam adolescente imberbi, fuit dubitatum, an ex hoc tantúmodo indicio posset torqueri, & dubitationem
1 pro opinione affirmatiua faciebat id, quod de muliere dicitur, scilicet quando visus fuit cum muliere iacens in lecto solus cum sola, & nudus cum nuda, tex. est in cap. literas extra de præsumpt. & ibi Hostien. vbi reddit rationem,
2 quia sic in lecto cum muliere iacens, non præsumitur venisse causa faciendi pœnitentiã, vel de lẽdi peccata. Abb. ibid. num. 1. vers. & nota, vbi expresse dixit, quod ad probãdam fornicationem, non est necesse testes deponere, quod viderint virum, & mulierem simul se commiscentes, sed satis est, quod deponant super nuditate, & solitudine loci, gl. in c. præterea in verb. conscios vers. vel quia viderunt extra de testibus, vbi dicitur,
3 quod sufficit sola visio nudi cum nuda in eodem lecto, etiam quod non fuerint visi carnaliter cõmisceri, Roman. cons. 61. nu. 6. vers. aliquando vero concludit probatio, vbi dixit, quod hæc est præsumptio iuris sufficiens ad probationẽ adulterii, & de iure ciuili est gl. in l. Caij Cassij, in verbo dictum ff. de fideicom. libert. quę vult, paria, & idem esse dicere, cum tali muliere iacuit, ac si
4 diceretur, quod eam carnaliter cognouit, quam gl. allegauit Bald. in c. fi. in princ. nu. 17. vers. nũquid sit idem, quibus modis feud. amitt. Aymõ cons. 321. in princ. nu. 1. lit. B. Lap. alleg. 53. vbi dicit, quod talis probatio operatur quoad omnẽ effectum, scilicet tam ad separandum, & ad impediendum matrimonium, quam etiam ad pęnam imponendam pro crimine, Decius consil. 57. nu. 9. in vers. 4. principaliter, & nu. 10. & 12. vbi dicit, quod ex hoc videtur manifeste proba-
5 ta copula carnalis, Crot. cons. 413. num. 24. Ioa. de Amicis cons. 69. num. 20. in fin. Natta cons. 205. num. 3. Hippol. Riminald. cons. 274. nu. 47. & 51. post med. vbi quid si vir, & mulier stabant in eodem lecto non nudi, sed vestiti, Boer. decis. 297. num. 9. Boss. in tit. de coit. damnat. & punibil. nu. 58. Franc. Marc. dec. 899. & Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 59. nu. 6. & seq. & conclus. 451. nu. 1. & 8. & lib. 2. concl. 810. nu. 5. 7. & 9. Rot. decis. 69. nu. 7. vers. quod tamen, il primo, & nu. 8. vers. & quamuis, vbi quid si mulier erat nuda in lecto, & vir vestitus, Antonius Gomez in l. tauri 80. nu. 50.
6 Pro cõtraria opinione dicebatur, ꝙ cũ dormire cum imberbibus non sit de genere prohibitorũ, vti est in fęminis, propterea non debet infligi eadẽ pęna, arg. tex. in l. iubemus C. de testam. Verũ quicquid sit, ex supradictis fuit dictũ,
7 quod concurrente mala fama inquisiti agentis, ac pueri patientis, item quod nulla reddi potest verisimilis causa huius dormitionis, puta quod iuuenis erat sibi consanguineus, vel quid simile, oriatur sufficiens indicium ad torturam, ex notabili doctrina Farin. de delic. carnis nu. 169. quia
8 sm eundẽ, sodomię crimen probatur coniecturis, allegat Calcan. cons. 110. vbi coniungit dormitionẽ sodomitati cũ fuga, & testẽ, qui audiuit quassationes, & tergiuersationes in lecto, vt voluit etiam Mascard. de probat. conc. 1313. nu. 5. Monticel. reg. criminal. 11. num. 16. & Decian. cons. 83. nu. 3. & 11. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Fodiens foueam, cælandi gratia corpus occisi, eadẽ poena punitur, ac si homicidium patrasset.*
3 *Quis ob consilium, opem, & ministerium præstitum ad delinquendum, eadem poena cum principali delinquente est puniendus.*
4 *Præstans opẽ, eadem poena punitur, ac principalis.*
5 *Refertur decisio Sacri Consilii.*
6 *Contrarium deciditur in Curia Archiepiscopali.*
7 *Præstans opem delinquenti, ad hoc, vt puniatur, requiritur, vt sit plenè probatum de dicto auxilio.*
8 *Poena inflicta cõtra præstantem auxiliũ, consiliũ, vel fauorem, debet intelligi, quando maleficium est in fieri, secus in maleficio facto, & cõsumato.*
9 *Auxilium præstari dicitur, etiam clamãdo contra eum qui offenditur.*
10 *Respondetur contrariis.*

An fodiens foueam, causa cęlandi cadauer, dicatur præstare auxilium homicidio.

DECIS. XXXX.

1 IMputabatur quidam clericus de homicidio commisso in personã cuiusdam, verum contra eundem nihil constabat, nisi de fouea facta, vt cœlaretur cadauer, quare fuit dubitatum, qua pœna esset puniendus, & videbatur primo dicẽdum, quod eadem pœna esset puniendus, ac si
2 homicidium patrasset, ex communi opinione, de qua per Riminal. Iun. in cons. 310. volum. 3. Grat. cons. 22. vol. 2. Bero. cons. 192. vol. 3. vbi tenet, quod quis ob consilium, opem, & ministeriũ præstitum ad delinquendum, eadem pęna cum
3 principali delinquente est puniendus, vnde Gomes. in tit. de delictis cap. 3. num. 48. versic. 2. casu principali post Papien. de inquisit. in glosa
4 opem num. 21. voluit, quod præstans opem, eadem pęna punitur, qua, & principalis, & Gram. in consil. 36. refert fuisse decisum in Sacro Con-
5 silio, assistentem armatum, licet nihil fecerit, nec aliqua prouocatione fuisset prouocatus, per triennium ad remigandum fuisse condemnatum.
6 Cæterum, supradictis non obstantibus, contrarium fuit decisum ex eo, quod contra eundem clericum non erat plene probatum, quod

7 ipse fecisset foueam, & de iure præstans opem delinquenti, ad hoc vt puniri possit propter aliquã qualitatem, quam habet principalis delinquens, requiritur, vt sit articulatũ plenèquè probatum de dicto auxilio, & quod sciẽter illud præstiterit, Ang. in l. 1. C. de Nil. Agger. quẽ refert, & sequitur Corneus in cons. 8. nu. 5. vol. 3. & pœna inflicta contra præstantem auxilium, consiliũ,
8 vel fauorem, debet intelligi, quãdo maleficium est in fieri, secus in facto perfecto, & consumato, prout est in casu, de quo agimus, secundum Bart. in l. furtum ff. de furtis, Mars. cons. 30. nu. 21. & seq. Rub. cons. 60. nu. 7. Riminald. cons. 50. n. 6. Bertaz. cons. 324. nu. 6. & 7. in tali casu venit auxiliator puniendus pœna extraordinaria, vnde Ruin. cons. 82. nu. 5. quem sequitur Riminald. Iun. cons. 206. dixit, quod statutum disponẽs, auxiliantem eadem pœna puniri debere, qua delinquens, intelligitur de præstãte opem, quæ fuit causa maleficij, & non de quolibet modo auxiliãdi, licet Anan. in c. sicut dignum §. fin. de homic. voluerit, quod auxilium etiam præstare dicatur ille, qui sarcinas, vel vestes sicariorum custodiuit, & secũdum Nat. cons. 240. nu. 14. auxilium præstari dicitur etiam acclamando contra eum, qui offenditur.

10 Non obstant contraria, & præsertim illud de identitate pœnæ, quia procedit, quando aliqua qualitas adesset ex parte præstantis opem, ex qua resultaret maius delictum ex parte sua, quam ex parte principalis, secundum Corneum in cõs. 8. nu. 2. vers. nõ obstat vol. 3. vnde statutum disponens, quem teneri pro ope præstita, eadem pœna, qua tenetur conscius delinquens; non procedit, nisi conscius talem opem præstiterit maleficio, quæ ipsi maleficio causam dederit, alias tenetur pro modo culpæ, vt tradit Salyc. in l. vnica col. antepenul. C. de raptu virginum, Bertazol. cons. 326. nu. 10. cum seq. Mars. in singul. 15. & cons. 24. nu. 16. Cæpolla in cons. 27. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Per solam collationem ius acquiritur beneficiato.*
2 *Limitatur, quando collatio non esset acceptata, & sic fertur decisum, eiusque decisionis assignatur ratio.*
3 *Verba sunt intelligenda cum effectu.*
4 *Collatio facta, & non acceptata, nõ tribuit ius in re.*
5 *In secunda collatione collator præsumitur circumuentus.*
6 *Princeps non potest rem à se concessam vni, alteri etiam motu proprio concedere, nisi specialiter deroget concessioni iam factæ.*
7 *In beneficialibus motus proprius Papæ non facit secundo impetrantem præferri primo, nisi in secũdis litteris de priori concessione specialis mentio fiat.*
8 *Habens expectatiuam in aliquo beneficio ad collationem alicuius authoritate Papæ, si dicto Papa mortuo successor facit alii similem gratiam, cum clausula, anteferri, primus solum acceptando absq; prouisione executoris excludit secundum cum dicta clausula.*
9 *Clausula, anteferri, est odiosa.*

Collatio beneficij non acceptata, an tribuat ius in re ipsi Beneficiato.

DECIS. XLI.

1 Licet per solam collationẽ ius acquiratur Beneficiato, secundum Anchar. in c. fin. de cõcess. præbend. tamen in quadam causa in Curia Archiepiscopali vertente fuit decisum, supradi-
2 cta minimè procedere, quando collatio nõ esset acceptata, iuxta ea, quæ notãtur in c. si tibi absenti de rescripti in 6. nam si esset facta collatio beneficij per exequutorem, non tamen adhuc esset acceptata per impetrantem, & superuenit reuocatoria, hinc Gemin. in cap. fin. in fi. vers. quid si esset facta collatio de concess. præbendæ tenet, quod talis reuocatoria comprehendat primam collationem non acceptatam, sola enim collatio non sufficeret, nisi succederet acceptatio ipsius impetrantis, siuè eius procuratoris, quia ante acceptationem nõ diceretur perfecta, ad quod facit c. cum inter Canonicos de elect. in 6. c. ne ca-
3 ptandæ, de concess. præbend. verba enim sunt intelligenda cum effectu, c. relatum §. hæc autem verba de pœnitẽt. dist. 1. c. præsenti de off. deleg. l. 1. §. hæc verba, & ibi DD. ff. de negot. gestis, l. prætor ait ff. de suis, & legitimis hæred. c. in nostra de iniur. & licet Io. Andr. in cap. fin. de offi. deleg. in 6. teneat cõtrarium, tamen prima sententia est verior; pro qua vltra prædicta facit clement. fin. cum ibi notat. vt lit. pendent. cum igi-
4 tur collatio facta, & non acceptata non tribuat ius in re, sed ad rem, & reuocatoria tollitur ius ad rem, vt inquit tex. in c. fin. §. sanè de cõcessione præbend. in 6. ideò collatio non acceptata tollitur per reuocationem, & ista est mirabilis limitatio, vt etiam cognoscatur effectus dictæ cõclusionis, quæ est, quod beneficio collato, & acceptato, etiam si secũdo tradatur possessio, & apprehendatur, primus tamen præfertur, pro quo facit, quod in secunda collatione, collator præsumitur circumuentus, vt habetur per Roman. in
5 cons. 298. col. 1. Alciat. de præsumpt. lib. 3. reg. 3. præsumpt. 11. nu. 11. quod habet locum, non tãtum, si secunda collatio fiat ad partis postulationem, sed etiam si motu proprio concessa esset, secundum Fel. in c. cum olim col. 3. vers. amplia secundo de re iudic. Bald. cons. 327. nu. 4. vol. 1. quem sequitur Dec. cons. 292. & in l. nemo potest nu. 4. ff. de regul. iuris, Gozad. cõs. 63. nu. 19. Ruin. cons. 98. nu. 22. vol. 4. Grat. respons. 103. nu. 15. vol. 1. Ferret. cons. 6. nu. 4. vol. 1. & hinc voluit Bar. in l. fin. C. de locat. præd. Ciuil. lib. 11.
6 quod Princeps non potest rem à se concessam vni, etiam motu proprio alteri concedere, nisi specialiter deroget concessioni iam factæ, vt inquit Alex. cons. 3. nu. 7. vol. 5. Ias. in l. fin. nu. 13. ff. de pactis, Corset. in suis singularibus in verbo princeps concessit, & clariùs Iason in l. si quis in principio nu. 6. ff. si quis caut. vbi dicit, quod in
7 beneficialibus motus proprius Papę non facit secundũ impetrantem præferri primo, nisi in secũdis litteris de priori concessione specialis mẽtio fiat, & hinc est, quod Rota in antiquis in de-
8 cis. 54. de concess. præb. dicit, quod habens expe-

gratiam in aliquo beneficio ad collationem alicuius auctoritate Papæ, si dicto Papa mortuo, successor faciat alij similem gratiam, cũ clausula, anteferri, quod primus solus acceptãdo absq; prouisione executionis, excludit secundum cum dicta clausula, anteferri, quæ est odiosa, vt habe-
9 tur per Oldr.conf.223.& litteræ Papæ non operantur in præiudicium illorũ, quibus ius est quæsitum in re, vt in casu nostro, Felin.in c.causam quæ col.6.vers.anteferri, extra de rescriptis, & in cap.capitulum col.8. vers.fallit tertio, & vltimo, eodem citato tit. latè post alios Menoch. de arbitrar.iud.lib.2.casu 48.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Duplex poena regulariter exigi non potest.*
3 *Iniquum est, hominem, & poenam possidere.*
4 *Fideiussor citatus ad præsentandum principalem, si post paucos dies præsentauerit, nõ poterit exigi poena, sed excarcerandus est fideiussor, & supersedendum in exequutione poenæ, vsque ad exitum causæ.*

An duplex pœna exigi possit.

DECIS. XLII.

1 CVm in Curia Archiepiscopali quidam fideiussisset de præsentando sub quadam pœna quẽdam inquisitum de homicidio, & per eãdem Curiam fuisset requisitus, vt ipsum principalem præsentaret, tamen non illicò, sed infra multum temporis spatium vnà cũ ipso principali se præsentauit, quare pro parte Reuerendi Fisci instabatur, detineri inquisitum, necnõ fideiussorem pro exigenda pœna, fuit dubitatum quid iuris, & fuit dictum, non posse exigi pœnam contra fideiussorem, existẽte inquisito in fortijs Curiæ,
2 ex regula iuris generali, quod vnica pœna cõtenti esse debemus, l.qui fidem ff. de pact. vbi vna tantum debetur pœna, aut legalis, aut conuẽtionalis, & ita DD.dicũt in l.vbi pactum in l.si quis maior, & in l.si diuersa C.de transact. vbi si quis venit contra transactionem, tenetur ad pœnam restitutionis datorũ, & ad obseruantiã trãsactionis, tamen vnũ alternatiuè peti potest, allegatur tex.in l.2.§.fi.ff.nautæ, caup. vbi datur actio furti, & actio honoratoria contra caupones, vna tamẽ exercetur, facit tex.in l.si ita stipulatio ff.de verb.sign.contẽti debemus esse pœnis legalibus, hunc tex.in d.§.fin. ad hoc allegat Andr.in c.1. vers.contrahentium in addit.col.4.quę sint reg. quod duæ pœnæ non irrogantur, & tex.in d.l.si ita stipulatio Andr. allegat in c.sancimus, il primo, quo temp.mil.in c.1.in addit.col.2. de nat. succ.feudi tex.in l.obligationẽ ferè §.pen.& fin. ff.de act.& oblig.l.si quis à socio, & l.duo societa-
3 tem ff.pro soc. periniquum enim videtur, vt quis hominẽ possideat, & pœnam exigat, vnde Bart. in l.prætor edixit §.1. ff.de iniur. scripsit, quod duæ pœnæ ad vindictam publicam exigi nõ possunt, sed vna ad vindictam, & altera ad prosequutionem rei familiaris benè potest, Ias.in l.ita stipulatus num.19.in fi.ff.de verb.oblig. quare fuit
4 decisum in Sac. Conf. quod fideiussor citatus ad præsentandũ principalem, si post paucos dies pręsentauerit, non poterit exigi pœna, sed excarcerandum esse fideiussorem, & supersedendum in exequutione pœnæ, Gramm.in dec.95. meminit Carau.in Ritu Mag.Cur.Vic.163.post n.2.& 4. Muscatell.in pract. fideiussor.par.2.q.1. Nouis. in praxi Archiep.c.35.nu.11. Tap.in const.Reg. 230. legẽ veterẽ annuit, quod tam in Mag.Cur. Vic. quam in Sac.Conf. semper vidit contrarium seruari, quotiescunque aliquis sub fideiussoribus relaxaretur de tenendo palatium loco carceris, tunc si post paucos dies se præsentauerit, non fit executio contra eũ, nec contra fideiussores, quando vocatus non fuerit repertus, sin autẽ post longum temporis interuallum fuerit præsentatus, tunc seruatur, quod dicit Gramm. scilicet, quod expectetur exitus causæ, in qua si fuerit absolutus pro delicto, non condẽnabitur pro pœna, si verò cõdemnatio sequatur, tunc etiam quoad pœnam ob non præsentationem tenebitur, Vrsill.in add. ad Afflict.in dec.130.nu.6. Borellus in addit.ad Specul.Principum rubrica 31. §.quamuis, lit.E, Viuius in decis.442.nu.15.

SVMMARIVM.

1 *Quid fuit decisum in Curia Archiepiscopali contra deprehensos cum instrumentis aptis ad falsificandam monetam, & quid si deprehensus fuerit bonæ famæ.num.2.*
3 *Adducitur decisio de Franchis, volentis ex solis instrumentis repertis penes aliquem inquisitum de falsa moneta posse procedi ad torturam.*
4 *Amplia, vt sufficiat vnicus testis ad illum conuincendum, dum tamen fuerit fide dignus.*
Amplia, si dicti inquisiti essent reperti expendere falsam monetam, nu.5.
Limita num.6. & 7.
8 *Expendens falsam monetam, qua poena puniatur.*

An repertus cum instrumentis aptis ad falsificandam monetam, sit indiciatus ad torturam.

DECIS. XLIII.

1 PLuries fuit decisum in Curia Archiep. sufficiens esse indicium ad torturã contra inquisitos de falsa moneta, seu tonsione eiusdẽ, quoties cunei, & alia instrumenta apta ad illã cudẽdam, fabricandam, seu falsificãdam penes aliquem reperiuntur, ex doctrina Marsilij in l.qui falsam nu.49.ff.de falsis, vbi in specie hanc quæstionem posuit, & post multa concludit, procedere in illo penes quem reperta fuerunt dicta instrumenta,
2 si nõ sit bonæ conditionis, & famæ, sequitur Boss. in tit.de falsa moneta, nu.7.& faciũt allegata per Affl.in const. adulterinam nu.7. q.vlt. Foller.in praxi vers.capiatur informatio num.10. & seq. Muscatell. de falsa mon.fol.67.n.3.quibus addo
3 de Franch.dec.440.qui vult, quod ex solis instrumentis repertis contra aliquem cudẽtem falsam mo-

monetã, potest torqueri, & conuincitur ex vnico
4 teste fide digno, & fama publica, per cap. Regni, quod incipit, Tam sæpe 240. secundum ordinem Campanil. qui loquitur etiam de incisoribus monetarum, quod capitulum de mense Iunij 1609. per Reg. pragm. fuit confirmatum. Quod multò magis procedit in casu nostro, nã vltra dicta indicia fuerunt inuentæ aliquæ monetæ rasæ, & diminutæ, item forficulæ, & quædam alia instrumẽta, quibus pecunia radi, tonderi, minuiq; solet, & potest, vt decidit Gramm. in dec. 72. vbi in specie
5 poni. de inuentione dictæ monetæ, & forticularum. His adde, quod vltra prædicta adminicula, inuenti sunt aliqui ex ipsis expendere falsam monetam, seu diminuere, in quo casu quando expendens, vel penes quem fuit reperta dicta pecunia, nõ docuerit à quo habuit, facit indicium ad torturã, vt per Cyn. & Bart. in l. maiorẽ C. de falsis, Raue. in sing. 319. licet in aliquibus casibus expẽdens falsam monetam non censeatur indiciatus,
6 puta si illæ pecuniæ erãt parui momenti, nec eas expendit, sed misit ad siclam, Bertaz. conf. 551.
7 per totũ, Marsil. conf. 71. item si expenderit ignoranter, Ang. in tract. malefic. in verb. falsarij, quę ignorantia præsumitur, aut saltè iuramento probatur, Crauet. conf. 244. nu. 4. Bursat. conf. 146. vol. 2. Vnde in hoc Regno monetã falsam scienter expendens, punitur vt falsificans, qui incurrit pœnam mortis, & confiscationis omnium bonorum per d. constit. adulterinam, & ibi Affl. nu. 7. & Franch. decis. 401. post Cœpoll. in consil. 77.
8 Tandem, quod expendens falsam monetam nõ puniatur l. Cornel. de falsis, sed solum pœna extraordinaria, tenet Alex. conf. 121. nu. 3. vol. 7. & ibi per totum consil. tenet, defendendo quẽdam Parmẽsem militem, quod cum expendisset quatrenos falsos in parua quantitate, non potest puniri ad pœnam statuti, nec condemnari ad mortem, & idem ante eum tenuit Bald. in conf. 855. vol. 3. vbi nedum considerat rei quantitatem, in qua falsitas sit commissa, sed qualitatem hominis, & animum illius, & an falsitas potuisset nocere, nec ne.

SVMMARIVM.

1 *Post publicationem in causa testes amplius produci non possunt, etiam in causa matrimoniali.*
2 *Contrarium adducitur decisum.*
3 *Iudex in causa matrimonii tamdiu debet cognoscere, donec fuit plenè instructus.*
4 *Sententia lata contra matrimonium, non transit in rem iudicatam.*
5 *Respondetur contrariis.*

An in causa matrimoniali testes post publicationem produci possint.

DECIS. XLIV.

CVm casus propositus disputaretur in Curia Archiepiscopali, videbatur, nõ posse testes produci, propter præsumptionem subornationis testium §. illud in authent. de test. collat. 7. authent. at qui semel C. de probat. & c. fraternitatis de test. vbi prohibetur iterum produci te-
1 stes post publicationem super eisdem articulis, vel directò contrarijs, Clem. 2. de testib. secus super alijs articulis à prioribus dependentibus, d. c. fraternitatis, & notatur etiam in l. per hãc, C. de temp. appell. & maximè, quando aliquid additur de nouo licet reperiatur materia antiqui articuli, c. cum causa de testib. & pro ista parte facit c. iuramenti de probat. vbi etiam in causa matrimoniali post publicationem testium prohibetur iterum produci super eisdem articulis, seù directò contrarijs, quia non debet permitti occasio peccati propter timorem subornationis testium, vt supra dictum fuit.
2 Cæterum, supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit decisum in Curia Archiepiscopali, & moti fuimus per tex. c. causam matrimonij de probat. c. series, & c. cum tua de testib. c. si-
3 cut in fi. de spon. & ibi per gl. quia Iudex in causa matrimoniali tãdiu debet cognoscere, donec fuerit plenè instructus, vt ibi habetur, quia in causa matrimoniali etiam proceditur ex officio Iudicis, c. cum in tua de sponsalibus, & pro hac parte etiam facit c. 1. de cõsang. & affinit. & maximè, quando agitur de matrimonio contracto per verba de præsenti, propter periculũ animæ, & secũdum gl. in d. c. series, & hoc siuè in eadem
4 instantia, siuè in alia, secundum Panor. in d. c. series, quia sententia lata contra matrimonium nõ transit in rem iudicatã, c. lator c. tenor c. consanguinei de re iudic. secus si sententia esset lata pro matrimonio, quia tunc transiret in rem iudicatam, propter rationem c. licet ex quadam in fi. de testib. & idem esset in publicatione testium, quando esset facta probatio pro matrimonio, quia tunc post publicationem testium nõ admitterentur alij testes, propter matrimonium super eisdem articulis, vel directò contrarijs, nam isto casu à pari procedunt sententia, & publicatio te-
5 stiũ; iuxta notata per Anton. de Butr. & Panor. in c. iurauit de probat. & non obstant contraria, præsertim tex. in c. iurauit, vbi videtur probari, quod etiam in causa matrimoniali publicatis attestationibus non admittuntur alij testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs: nam ad istud potest responderi, quod dictus textus habet plures intellectus, & secundum verum, ac cõmunem intellectum est intelligẽdus, & quod loquitur de matrimonio contrahendo per verba de futuro, & nõ de matrimonio contracto per verba de presenti, in quo vertitur periculum animę, seu peccati, quia partes possunt se inuicem quietare, c. 2. de spons.

SVMMARIVM.

1 *Carcer, squallor appellatur, & dicitur mala mansio, maiorquè pœna reputatur, quam in agro laborare nu. 2.*
3 *Carceratus dicitur quotidiè grauari.*
4 *Carcere de iure canonico maior pœna non potest infligi.*
5 *Liberatio carceratorum, dicitur causa piissima.*
6 *Filius non excarcerans patrem, potest exhæredari.*
7 *Inuitis filiis, possunt uẽdi bona pro redimẽdo patre.*

8 Tem-

8 *Tempus carceris post sententiam computatur in tempore exilij, sed quomodo intelligatur nu.10. & 11.*
9 *Infertur decisio Sacri Consilii.*
10 *Afflictio non est addenda afflictio.*
11 *Datur intellectus ad textum in l. aut damnum §. quisquis ff. de poenis.*

Tempus carceris post sententiam, an computetur in tempore exilij.

DECIS. XLV.

1 QVoniã carcer squallor appellatur l.2. C.de cust.reo. Mant. in conf.266.nu.6. diciturque mala mansio,atque poenalis,speciesque etiam seruitutis, secundum gl. in l. si hominem apud se, in vers. extensum ff.depos. Neuiz. conf.52.nu.9.Aret.in conf.192.nu.3.vol.1.Rol. conf.57.nu.40.vol.3. & est tex. in l. apud labeonem §. quaestionis ff. de iniur. adeò quod maior poena reputatur stare in carcere, quam laborare
2 in agro,vel in quolibet alio publico opere, secũdum Franc. in c. quamuis vers. in gl.2. extra de poenis in 6. ita quod carceratus dicitur quotidie
3 grauari, vt est tex. in c.super eo il 2.in 2. notabili extra de appellation. & hoc propter malã mansionem c.super eo vbi Praepositus col.3.de appel. imò de iure canonico carcer est maior poena,
4 quę possit infligi,quia succedit loco mortis, c. penul.& fin.de haeret.Crescent.in decis.9.nu.4. de probat. hinc enim videmus, quod liberatio car-
5 ceratorum dicitur causa pijssima l. si quis pro redemptione vers. pijssimam administrationem, C.de donat. Bal.in l.illud nu.1. C.de sacros. Eccles. Tiraq.de pia causa in pręfat.col.4.vers.item relictum pro redemptione,& l.16.connub.gl.8. in fi.nu.286.cum seq. Castr.in d.l.illud nu.3. C. de Sacros. Eccles. Rota diuers.in decis.63. nu.5.
6 par.2. vbi ex hoc concludit posse filium exhaeredari,nisi liberauerit patrem à carceribus, item si ex captiuitate illum nõ redemisset, gl.in c.quintauallis in verbo exhaeredaret propè finem,vers. patrem de iureiur.cum qua transeunt ibi Doctores,Bened.in c.Rainut.vers.praeterea,in verb.&
7 vxorem nomine Adelasiam nu.268.ita vt etiam inuitis filijs possint vendi bona, pro redimendo patre captiuo §. si quis de praedictis authent. vt cum de appellatione cognoscitur, Muta super consuetudine Panorm. in c.56. nu.24. ideo iure
8 optimo fuit resolutum in facti contingentia,tẽpus carceris post sententiam esse computandum in tẽpus exilij,vt sequuti sunt Mangrell. ad Bar. in l.aut damnum §.quisquis ff.de poenis,Baiard. ad Clar.in §.fin.q.71.nu.6. Viu. in decis.504. in fi. Capoblanc.de Baronibus fol.172. nu.27. Anna in Collect.450.Caball. in res. crim. casu 142. col.1.& iuxta hanc sententiam iudicasse Sacrum
9 Consilium,testatur, & refert de Franch. in dec. 317.licet hoc tunc procedat, si per Iudicem stat, quod carceratus non accedat ad seruandum exilium, quia hoc casu,cum non deberet stare in carcere, tempus carceris computatur in tempus exilij, nè condemnatus duas patiatur poenas, vnam scilicet carceris,& alteram exilij, & ne eo modo afflictio addatur afflicto; secus autem si
10 absque facto Iudicis non accessit condemnatus ad seruandum dictum exilium,sed alia de causa, puta propter debita,vel interesse partis, quia tũc tempus carceris non minuit tempus exilij, nec procedit decis. in d.l.omnes & praefatorum Doctorum, vt punctualiter determinat de Franch. d.decis.317. sub nu.1.& 2. hoc modo potest in-
11 telligi tex. in d.l. aut damnum §. quisquis ff. de poenis,per quem notat ibi Bart.in fi.sub nu.2.& post eum Gomez tomo 3.variar. resol.de delict. c.8. de exilio,& relegat. sub nu.2. ante fin. vers. etiam adde quod tempus, quo quis stat in carcere non computatur in tempore exilij, sed illud tempus computatur à tempore, quo accessit ad exilium,licet de Franch.loco citato nu.3. videatur intelligere illum text. d.Bart. & Gomez in tempore carceris ante sententiam,vt scilicet tale tempus non computetur in tempore exilij, nec de illo deducatur tamquam decursum ante condemnationem,quod voluit ibi gl.in verb.fuerit, & verum est in se, sed non conuenit literae d.§. quisquis,nec verbis Bart.ibidem,quae si rectè cõsiderentur, videntur loqui de tempore carceris post sententiam condemnatoriam, & quicquid sit,satis est, quod vbi ex alia causa, quam ex culpa, & defectu Iudicis reus post sententiam retinetur in carcere, non potest praetendere, quod tempus quo stetit carceratus,post dictam condẽnationẽ exilij temporalis,debeat deduci de condemnatione,quemadmodum non posset pretẽdere, quod de eadem cõdemnatione deduceretur tempus quo ante condemnationem stetisset carceratus,vt dicit de Franch.in d.decis.317.nu. 2.& 3. & verissimũ est, licet de carcere ante sententiam passo soleat in condemnatione haberi ratio,vt dictum fuit sup.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debentur filiis spuriis de iure canonico.*
2 *Naturalis est coniunctio inter patrem, & filium,& natura nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos.*
3 *Alimenta debentur filiis de iure naturali.*
4 *Pater non potest disponere, quod filii spurii non alantur.*
5 *Relictum filiis spuriis, in dubio intelligitur pro alimentis datum.*
6 *Refertur decisio Curiae Archiepiscopalis.*
7 *Potest relinqui res,quae succedat loco alimentorum.*
8 *Legatum fundi factum spurio pro alimentis est validum,quatenus capit verũ debitum alimentorũ.*
9 *Relictum spuriis vltra quantitatem pro alimentis debitam, reuocatur.*

Spurio, an debeantur alimenta in vtroq; foro, ad ornatum tex.in c. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat per adulterium.

DECIS. XLVI.

CAsus iste, cum in facti contingentia euenisset,dicebam,certum esse de iure canonico, ali-

1 alimenta deberi filijs spurijs c. cum haberet in fi. de eo qui duxit in matr. quam pollu. per adulterium, vbi Abb. notat post gl. ibi quam sequuntur Card. Idē Abb. in cons. 10. & in cons. 115. vol. 2. Corset. in repert. in vers. alimenta il 2. Aret. inst. de iure nat. gent. & ciui. in fi. Dec. in cōs. 312. n. 4. Vital. in tract. Clausul. tit. an renunc. poss. alimen. col. 4. Ruin. in cons. 124. nu. 8. vol. 1. Soc. Iun. in cons. 130. nu. 3. vol. 2. Bero. in cons. 105. nu. 23. vol. 2. Marsil. in sing. 358. Roland. in cōs. 74. nu. 39. & 47. vol. 1. & in cons. 22. nu. 32. Benint. decis. 22. nu. 1. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 1. dubitat. 3. solut. 2. nu. 7. & ratio est, quia naturalis est coniunctio inter patrem, &
2 filium; natura autem nullam constituit differentiam inter legitimos, & illegitimos, imò nec eā quidem cognouit, vt in authent. quib. mod. nat. efficiātur sui, & declarat Nat. licet ad aliud propositum in cons. 231. nu. 4. Alia est etiam ratio,
3 quia alimenta filijs debentur naturali iure, ideo ius ciuile non potuit sine causa spurios illis priuare, & ne filius sine aliqua culpa fame pereat, ius canonicū decreuit cōtrariū; alias rationes ponit Paleot. de nothis, & spur. c. 47. n. 1. & seq. & prędictam sententiam, quod iure canonico debeantur alimenta spurio, probant præter supradictos Bart. in auth. ex complexu, & in l. fin. nu. 7. C. de his quibus, vt indigni, Alex. in cōs. 74. nu. 4. vol. 2. & cons. 113. nu. 3. vol. 7. Ias. in cōs. 26. nu. 4. vol. 1. Bauer. in §. hæres nu. 8. inst. de hæred. instituen. Bero. in c. Rayn. nu. 91. de test. Boer. in dec. 127. nu. 2. Bertran. in cons. 205. nu. 4. vol. 2. & Duen. in reg. 356. limita 4. & reg. 367. in princ. Calcan. in cons. 62. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 35.
4 nu. 13. quod adeo verum est, vt procedat etiam si pater contrarium disponeret; quia non potest ordinare, quod spurius non alatur, secundū Bal. in l. id quod pauperibus nu. 58. C. de Epis. & cl.
5 hinc est, quod relictum filio spurio, in dubio intelligatur pro alimentis datum, vt concludit Ruin. in cons. 224. nu. 6. vol. 1.
6 Quibus præmissis, fuit dictū in Curia Archiepiscopali, hanc iuris canonici dispositionem seruādam esse etiam in vtroque foro, prout in terminis voluit gl. in fi. d. c. cum haberet, vbi eā sequitur Card. & Abb. nu. 5. Et idipsum volūt ferè omnes proximè citati, præcipuè Aret. Soc. Bero. Lup. Didac. Roland. Menoch. & communem opinionem dicit Dec. in c. clerici nu. 4. de iudic. Ripa in l. si vnquam nu. 68. C. de reuoc. donat. & dicit Aret. in l. 1. col. 1. ff. sol. matr. & quod hæc opinio seruatur ex practica propter magnā eius æquitatem Neuiz. qui multos citat in Syl. nupt. lib. 3. nu. 25. & communem dicit Ang. inst. de iure nat. gent. & ciu. in princ. col. fin. Duenas reg. 267. nu. 2. Ias. d. cons. 26. nu. 13. vol. 1. Capyc. dec. 164. nu. 2. Euerard. loc. de alim. ad dotem nu. 41. Æmil. cōs. 139. nu. 1. Abb. cōs. 44. Paleot. d. c. 47. Natta cons. 108. nu. 4. Rota Bonon. dec. 22. Menoch. cons. 60. nu. 6. Roland. in tract. de lucro dot. q. 94. in princ. Vasq. de success. creat. lib. 2. §. 20. nu. 313. licet conetur leuibus quibusdam rationibus impugnare Molin. de Primog. Hisp. lib. 2. c. 15. nu. 42. vbi loquitur in eo, qui maioratum instituit; & ratio est, quia vbique locorū militat naturalis ratio, & æquitas, secundum quam pater tenetur filiam alere & dotare, Didac. §. 6. nu. 11. Ias. cōs. 26. nu. 12. vol. 1. Capyc. decis. 180. Boer. decis. 127. nu. 2. & 7. Rol. q. 94. Menoch. d. cons. 60. nu. 9. & magis communem dicit Vasq. d. §. 20. nu. 314. licet ipse contrariū teneat, Duen. reg. 366. & reg. 367. Bart. in tract. de non meliorand. fili. c. 13. nu. 15.

Infertur ex hoc, quod si pater aliquid relinquat spurio ratione alimentorū, id sustinebitur, Bart. in l. fin. nu. 7. ff. de his quibus, vt indigni; vbi ait, quod potest pater relinquere fundum ad alimenta, idem Bar. in d. Auth. ex complexu vbi dicit, quod pater potest certam quantitatem relinquere pro alimentis, Abb. in cons. 50. nu. 1. vol. 2. & dicit Aret. inst. de iure nat. in prin. nu. 6.
7 quod relinqui potest res, quæ succedat loco alimētorum, idem dicit in tract. de test. gl. 69. in fi. Vbal. in tract. de success. ab intest. car. 7. vers. sequitur quarta, Dec. in cons. 376. nu. 2. Caccialup.
8 in Auth. si qua illustris nu. 42. vbi ait, quod legatum feudi factum spurio pro alimentis est validum, quatenus capit verum debitum alimentorum, Ruin. in cons. 124. nu. 6. vol. 1. vbi loquitur in donatione Paris. in cōs. 9. n. 3. vol. 2. Soc. Iun. in cons. 130. nu. 3. vol. 2. Ripa in l. 1. nu. 68. ff. sol. matr. Abb. in cons. 44. vbi dicit, quod tunc non petit legatum, tamquam legatum, sed tamquam alimenta, Bal. Nouell. in tract. dot. in 6. par. 16. special. col. 3. decis. Pedemon. 65. nu. 1. vbi loquitur in donatione, Menoch. in cons. 60. nu. 70. & hanc sententiam sequuntur illi omnes, qui di-
9 cunt, quod relictum, vel datum spurijs vltra quātitatem pro alimentis debitam reuocatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis qui extra articulum deponit, minimè probat, sed limita nu. 3. & nu. 4.*
2 *Amplia tàm respectu eius contra quem producitur, quam respectu ipsius producentis, vt nihil probet contra producentem.*
3 *Testis, qui iurauit dicere veritatem super articulis, & tota causa, deponendo extra articulū probat.*
4 *Testis probat, deponendo extra articulum, quoties id super quo deponitur esset de connexis, dependentibus, & accessoriis ad articulum.*
5 *Testis deponere extra articulum non dicitur dum deponit super dependentibus, & connexis, vel super concomitantiis.*
6 *Testis, qui non iurauit dicere veritatem super tota causa, si deponit facientia ad causam, valet depositio, etiam si sit extra articulum.*
7 *Testis qui non iurauit super tota causa, sed super articulis tantum, potest interrogari de appenditiis, & connexis.*

An testis deponens extra articulum probet.

DECIS. XLVII.

1 ABsque vlla difficultate pluries fuit decisum, testem deponentem extra articulum minimè probare, vt in proprijs terminis scripserūt Spec.

Specul. in tit. de testibus par. 1. §. sequitur nu. 3. Pract. Papiens. in forma iuramenti testium vers. super tota, Alber. in l. si duo §. idem Iulianus nu. 9. ff. de iure iurando, & ibi Bar. nu. 8. Aret. nu. 7. Castr. nu. 14. Ias. nu. 26. Alex. nu. 14. idem Alex. in l. moment. in fin. C. qui legit. person. habent standi in iudicio, Innoc. in cap. per tuas nu. 3. extra de testibus vbi Zabarell. in fin. Io. And. nu. 9. Butr. nu. 7. late Fel. in cap. de testibus extra de testibus, qui optimè probat hanc conclusionem,
2 Maranta in cons. 140. nu. 20. & hoc adeo verum est, vt procedat, ne dum respectu eius contra quē producitur, sed etiam respectu eiusdem producentis, vt nihil probet contra ipsum producentem, quare talis depositio extra articulum nihil valet, nec pro, nec cōtra, & in proprijs terminis voluit Alberic. in authen. sed iudex nu. 3. versic. hæc iuuatur C. de Episcopis, & clericis, Cioffus in cons. 96. num. 52. vers. iuuantur lib. 1. vbi ad hoc citat plura Consilia Bertrandi, & sequitur Maranta in cons. superius citato 140. nu. 21. versic. nec obstat, licet si testis iurasset dicere veritatem super articulis, & tota causa, tunc etiam de-
3 ponendo extra articulum probat, Bar. in l. si duo patroni §. idem Iulianus num. 8. versic. aut iurauit dicere veritatem super tota causa ff. de iure iurando, vbi etiam Fulgosius num. 6. in fin. vers. si autem iurauerint, Castrens. num. 14. versic. aut supra articulis, & tota causa Alex. nu. 14. Aret. in d. l. momentaneæ versic. si vero iurauerit, & ibi etiam Cinus nu. 8. in fine, Cagnol. in l. 1. nu. 76. ff. si certum petatur, Butr. in d. cap. de testibus num. 5. versic. secus si super toto negotio, & ibi etiam Imol. nu. 6. eodem vers. si iurasset, Specul. in tit. de testibus §. 1. num. 65. in fi. vers. consulo autem Masc. de probat. concl. 1365. nu. 7. vt etiā
4 dicimus, quando id super quo deponitur esset de connexis, dependentibus, & accessorijs ad articulum, tunc enim, quia iurans dicere veritatem super articulis censetur etiam iurasse illam dicere super accessorijs, ideo talem testem probare, scripserunt Bal. in d. l. si duo patroni §. idem Iulianus col. 1. vers. non tamen non dicitur, vbi exemplificat in teste deponente de loco, & tempore, Ias. post nu. 30. ff. de iure iurando, & in l. 1. num. 44. in fine, & in l. 2. nu. 2. & ibi etiam Alex. ff. de iurisdict. omn. iudic. vbi ipse Alex. declarat, quæ in proposito dicantur connexa, dependentia, & accessoria, Mascard. de probation. conclus. 1365.
5 num. 4. testis non dicitur deponere extra articulum, si deponit super dependentibus, & connexis, vel super concomitantijs, vt voluit Bal. in cit. §. idem Iulianus n. 3. vnde Marsil. in l. 1. §. diuus Adrianus nu. 3. in fine, ff. de quæstionibus reprobando distinctionem Bar. in cit. §. idem Iulianus
6 scriptum reliquit, quod etiam si testis non iurauit dicere veritatem super tota causa, sed deponit facientia ad causam, valeat, etiam si sint extra articulum, nam negari minimè potest, quin sint
7 connexa, & quod testis, qui non iurauit super tota causa, sed super articulis tantum, possit interrogari de appenditijs, & connexis voluit Albe. in cit. §. idem Iulian. in fin. & faciunt tradita per Cagnol. post alios in l. 1. nu. 75. ff. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Clerici prohibentur dormire cum mulieribus, etiam si sint affines, & consanguineæ; ad quod adducuntur duo dicta D. Hieronymi nu. 3. & 4. & D. Augustini nu. 6. qui recusauit cohabitare cum sorore sua.*
5 *Non potest dignè cum Deo habitare, qui fœmineis accessibus delectatur.*
7 *Mulier quid est, secundum D. Crisostomum.*
8 *Amplia prædicta, etiam in fratribus Hierosolymitanis.*
9 *Fratre dormiente in eodem lecto cum sorore, si postea reperitur prægnans, contra eum non est præsumendum.*

Fratre dormiente in eodem lecto cum eius sorore, an si postea reperiatur prægnans, sit indicium contra ipsum.

DECIS. XLVIII.

1 DEtinebatur in carceribus Curiæ Archiep. quidam clericus, sub prætextu, quod eius sororem carnaliter cognouisset, ex quo effecta fuit grauida, & ad id probandum adducebatur inter cætera, supradictum clericum fuisse repertū à Cursoribus Curiæ dormire in eodem lecto cum dicta eius sorore, quare constitutus in iudicio, & interrogatus confessus fuit sæpius cum ea dormisse, putans sibi illud licere vti fratri, & maximè, quia erat pauper, & lectū nō habebat, negabat tamen cum ea carnaliter rem habuisse, quare fuit dubitatum, an ex supradictis oriretur aliquod indicium contra ipsum, & dicebatur, quod Hosti. in summa in tit. de cohabitat. clericor. & mulierum §. 2. in fin. voluit, quod quamuis bona
2 mulier, consanguinea, vel affinis, aut extranea, religiosa, vel alia diligenda sit, nimia tamē familiaritas, & cohabitatio, & consequenter dormi-
3 tio reprobatur, vnde D. Hieronymus dicit, si cū viris cohabitent fœminæ, non deerit suggestio Diaboli, & propterea in cap. perniciosam 18. q. 2. prohibetur, nè Sanctimoniales simul cum Canonicis, vel Monachis in Ecclesia in vno choro conueniāt ad psallēdū, & ex hoc deducitur valde esse periculosam sexuū cōmistionē, vt probat in c. conueniens de eo, qui cogn. cons. vxor. suæ, & in c. mulieres de iudic. vnde idem D. Hier. in
4 summa 32. dist. Hospitiolum tum rarò, aut nun-
5 quam mulierum pedes terant, quia non potest dignè cum Deo habitare, qui fœminarijs acces-
6 sibus delectatur, & in proprijs terminis loquendo facit id quod legitur de B. Aug. qui nunquā consensit cohabitare cū sorore sua, vt probatur c. legitur 81. di. Hinc dicit tex. in c. quorundā 34. di. quod licet cum cōsanguineis, cum quibus est fœdus naturale non permittatur aliquid suspicari contra cohabitantem cum eis, debet tamē quis ab immoderata familiaritate cum illis cauere, vt caput in gremium ponendo, osculando, &c. huiusmodi, ne ex hoc contemptibilis habeatur, tū cohabitatio earū sępè intercipit adulterium

7 cap. diffinimus 18. quæst. 2. D. Chrisostomus in sermone de Chananæa nobis scriptum reliquit, quod mulier est caput peccati, arma Diaboli, expulsio paradisi, corruptelæ illecebra, à qua si cauere cupis fuge illam, quia vt serpens inficit, & venenat; hinc tactus earum maximè sunt euitandi, vnde Host. in tit. de eo qui cogn. consang. & cap. 11. fugias tactus viræ, vitabitur actus, & cap. cum in iuuentute de præsumpt. habetur mulierum etiam visu, & aspectu, castitas plerumq; deperditur, & facit tex. in cap. nec sole 32. quæst. 5. vbi ponitur exemplum Dauidis in videndo Bersabeam, & Dominæ respicientis Ioseph, & propterea dicitur in cap. ex merito 1. quæst. 6. officium singulorũ sit oculos castos ser-
8 uare, quare etiam Fratribus Sancti Ioannis Hierosolymitani prohibetur aliquam secum mulierem habere, quod etiam videtur voluisse glos. in auth. Episcopo C. de Episcopis, & Clericis, & quamuis diceretur pro parte Clerici, eius sororẽ fuisse prægnãtem ex suo viro, nihilominus fuit responsum, hoc minimè contingere potuisse ob diuturnam viri prædicti absentiam, argum. tex. & quod ibi notatur in l. filium definimus ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. in l. miles §. defun. 10. ff. de adulterijs.

9 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium censuit Curia Archiep. Neap. non esse præsumendum, sororem fuisse cognitam ab eius fratre, ex communi Canonistarum sententia, de qua in c. à nobis, & in c. fin. de cohab. clericorum, in quibus iuribus probatur, permissum esse clericis secum tenere matrem, sororẽ, & alias fœminas, cum quibus naturale fœdus non permittat aliquid criminis cum illis suspicari; admoneo tamen esse à supradictis cohabitationibus, & dormitionibus abstinendum, ex varijs illicitis rebus, quæ occurrere solent, nã legitur de quadam muliere, quæ peperit non rupto aliter claustro, commorando enim cum eius sorore sola in sua domo, accessit ad illam vna die quidam iuuenis affinis, qui tanquam contumax, & criminosus ad euitandum satellites Curiæ, remansit illa nocte cum ipsis mulieribus, quæ cum non haberent nisi vnum grabatum, ob earum paupertatẽ, omnes simul dormierũt, & dùm dictus iuuenis passus fuisset pollutionem nocturnam, emisit semen, quod fuit attractum à vulua dictæ puellæ, quæ aduenïente tempore concepit in vtero, nono mense, & superueniente tempore pariendi parere non poterat, & conuocatis Medicis, & cognito spectaculo horribili ignorabatur causa, tandem peperit dicta mulier coram pluribus personis, & admiratione plena lugens dicebat me miseram, quomodo pario, cum adhuc virum non cognouerim huc, & hunc casum habeo penes Viuium in decis. 196. ex quibus collige, quàm perniciosa sit conuersatio cum mulieribus.

SVMMARIVM.

1 *Magister actorum recipiendo fideiussorem minus idoneum, tenetur in subsidium.*

2 *Magister actorum recipiẽs fideiussorem minus idoneum tenetur ad interesse fisco.*

3 *Magister actorum recipiendo fideiussorem minus idoneum, si illum non receperit suo risico, & periculo, non tenetur, & assignatur ratio.*

4 *Limitatur, si Magister actorum de mandato Iudicis acciperet fideiussorem minus idoneum, quia mandatum Iudicis excusat.*

5 *Idem, quando principalis esset satis idoneus.*

6 *Idem, quando Magister actorum reciperet fideiussorem minus idoneum in præsentia partis non reclamantis.*

Magister actorum recipiendo fideiussorem minus idoneum, an teneatur, si illum non recepit suo risico, & periculo.

DECIS. XLIX.

NOtarius quidam Curiæ Episcopalis suffraganeæ nostræ Curiæ Archiepiscopali Neapolitanæ, cum de mandato D. Vicarij illius Curiæ reuocasset quoddam sequestrum cum cautione de stando iuri, & iudicatum soluendo, & post nonnullos dies principalis debitor aufugisset, ex quo erat decoctus, & fideiussor etiam non reperiretur, & asserebatur, quod nec etiam esset soluendo, creditor agebat contra Notarium, qui fideiussorem minus idoneum receperat, & cum dictus Notarius absolutus fuisset in dicta Curia à petitis per actorem, & cum fuisset appellatum ad Curiam prædictam Metropolitanam; appellationis causa introducta, fuit dubitatum, an prædictus Notarius veniret pro supra
1 dicta causa condemnandus, & dicebatur de iure iam esse expeditum, Magistrum actorum recipiendo fideiussorem minus idoneum teneri in subsidium l. 2. §. vlt. ff. de magistrat. conueni. & l. 5. C. eod. & §. sciendum instit. de satisdat. tuto. glos. in Auth. generaliter vers. officij C. de Episcop. & cler. Alex. in l. si vero §. pro rei num. 4. ff. qui satisd. cogant. cum pluribus congestis per Montan. tract. de iure tutel. & curat. c. 32. reg. 7. num. 33. Menoch. consil. 179. vol. 2. Cephal. consil. 437. & Caball. resol. crimin. casu 73. Hodie tamen solus Cancellarius, vel Magister actorũ, vel Notarius etiã rerũ criminalũ, qui recepit fideiussorẽ minus idoneũ tenetur in subsidiũ, ex quo habet maiorẽ notitiã, quã Iudex, q̃ plerũq; est forensis, nisi certũ fideiussorẽ is nominasset, Iul. Clar. §. fin. q. 46. nu. 2. Tusc. concl. 331. in fin. litera F. & Magister actorũ recipiens fideiussorẽ
2 minus idoneũ tenet ad interesse fisco l. 1. §. sciẽdũ ff. de magistrat. cõueni. & instit. de sat. sd. tut. §. sciendũ, quas leges ad propositũ istud allegat Amod. Iustin. in tract. de Syndic. nu. 210. vers. postremò in fin. dicens, quod licet illæ loquãtur in fideiussore pupilli, habent etiã locũ in fideiussore Reipublicæ, idẽ voluit Put. in tract. de Syndic. c. incip. si Iudex in principio, plus ego dico, qd nõ solũ illæ leges habent locũ in supradictis duobus casibus, sed etiã in omnibus tã ciuilibus, quã criminalibus, in quibus etiã priuatæ personæ læderentur ex facto Notarij, quia in hoc nõ potest cõsiderari diuersitas rationis in vno casu,

plusq uã in alio,ne ex facto, siuè errore Notarij pars lædatur,ad notat.in l.si librarius ff. de reg. iur. & hæc est cõis practica totius Mundi, quod semper Notarij teneantur etiam particularibus personis, quando ex facto eorũ pars læderetur.

3 Nihilominus fuit dictum,supradicta minimè procedere, quando ex consensu partium recipitur fideiussor,& ex ipsorũ conuentione sumitur cautio per ipsum Magistrum actorum,tunc etenim excusatur recipiendo non idoneum, quia ipsi parti imputatur,arg.tex.in cap.dãnum de reg.iur.sicut etiã excusatur quando recipitur fideiussor cũ debitis cautelis,& præcedentibus informationibus,Farinac.p.1.q.33. nu.85. Rom. cons.72.adsunt etiã, & tres aureæ limitationes, ex quibus excusatur etiã Notarius. Prima limi-
4 tatio est,quando Notarius de mandato Iudicis acciperet fideiussorem minus idoneum; quia mandatum Iudicis excusat Notariũ quod nõ teneatur,Paris de Put.in d.tract.de Syndic.cap.3.
5 incip.si Iudex num.4.& 5. Secunda limitatio est quando principalis esset satis idoneus, Paris de Put. in supra citato loco dicens num.6.quod tũc principalis diceretur satis idoneus, quando res sua tãtum valeret quãta est quantitas promissa.
6 Tertia limitatio est, quando Magister actorum reciperet fideiussorem minus idoneum in præsentia partis non reclamãtis, quia tunc etiã isto casu Magister actorũ excusaretur, Paris de Put. in d.tract.de Syndic.cap.3.incip.si Iudex nu.3. dicens,imputandum esse parti non reclamanti.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Appellatio alternatiua regulariter admittitur.*
3 *Intellige, dummodò infra decem dies fiat declaratio Iudicis.*
4 *Limita,quando ad vnum ex ipsis potuisset tantum appellari, quia tunc etiam non facta declaratione valebit appellatio.*

An appellatio alternatiua sit admittenda.

DECIS. L.

1 IN libello appellationis Curiæ Archiepiscopali porrecto, quidam vsus fuit talibus verbis, videlicet, appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam, quare insurrexit dubitatio,si huiusmodi appellatio esset admittenda, & licet Iaffredus in decis.449. Bellameta in decis.474.Ca-
2 cher. in decis.130.Gratian.in decis.139. teneãt, huiusmodi appellationẽ esse admittendã,etiam si copulatiuis verbis concepta fuerit,puta ad Archiepiscopũ,& Papã,vt docet etiã Felyn. qui de cõi testatur in c.2.nu.2.de appell.post Ang. in l. cũ proponas col.2.C.de bonis author.iudic.possidendis,vbi etiã Bal.in fine,Aret.in l.1.§.si quis
3 in fine ff.de appell. declarauimus tñ,dummodò infra terminũ datũ ad appellãdũ,idest infra decẽ dies,declaretur corã quo is velit prosequi prædictã appellationẽ sm̃ glos. magnã in c. si is cui circa finẽ de offic.delegati in 6.Specul. in tit. de appell.§.nunc tractemus vers.quid si dicat,Ang. in l.1.§.si quis ff.eodem, & in l.cum proponas, vbi etiã Bal.C.de bonis author. iudic. possidendis, Præpositus in c. dilecti circa finem extra de appell. Alex.cons.12.lib.6. Io. Andr.in addit.ad Specul.in tit.de appell.§.nunc tractandum vers. sed pone aliquis,Alex.cons.101. nu.2. & consil.
4 167.num.4. vol.2. hoc tamen intelleximus non procedere, quando ad vnum tantũ ex ipsis potuisset appellare,tunc enim etiam non facta declaratione valebit appellatio, ex doctrina Alex. in consil.164.sub num.3.lib.2.Aufrer.in addit. ad decis. Cappellæ Tholosanæ 415. vbi de eo, qui appellat à subdito Suffraganei ad Episcopũ, vel Archiepiscopum, vnde si appelletur ab eo, qui non recognoscit nisi Papam superiorẽ,valebit appellatio generalis ad Papam, & alium Iudicem competentem,& etiam quod infra decẽ dies non fiet declaratio,Bero.cons.80. nu.12. lib.3.Lancellot. de attentatis limit.50. nu.121. Iaffred.dec.449. Aufrer. ad decis.Cappell.Tholos.475.vbi de appellatione à Delegato Papæ, quæ valet etiam de iure canonico,cum intelligatur illa alternatiua solum in Papa, qui tantum in ea est Iudex competens, & idem est, quando adesset clausula, optime sibi retenta coram quo appellationẽ prosequi voluerit,vt habetur per Lancellottum de attentatis d.limit.50. nu.121. & sequitur Bero.in cons.7.num.17.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum extinguitur morte.*
2 *Condemnatio in exilium facta per Iudicem ad ipsius beneplacitum, morte sua extinguitur, & amplia num.3.*
4 *Beneplacitum non solum morte Iudicis,sed & eius finito officio, siuè in odiosis, siuè in fauorabilibus extinguitur.*
5 *Appellatione mortis, venit mors ciuilis, quando habet eundem effectum quem naturalis.*
6 *Beneplacitum sub commemoratione dignitatis,non expirat morte.*
7 *Dignitas non moritur.*

Relegatio facta per Iudicem ad ipsius beneplacitum,an extinguatur eius morte, ad effectum ex loco migrandi absque licentia Curię.

DECIS. LI.

1 QVoniã clara est iuris regula, q̃ beneplacitũ morte extinguitur l.4.ff.locati,c.si gratiosè de rescriptis in 6.latè Capyc.in dec.136.Graff. cõs.1.de pœnit.vol.2.post Dec.in cõs.130. vol.1. Anna in cons.14.eod.vol.propterea cũ quædam mulier ob nonnulla facinora per eam patrata in Insulã relegata reperiretur ad beneplacitũ Illustrissimi Ordinarij,ipso mortuo prætendebatur posse ab Insula recedere absq; licẽtia eiusdẽ Cu-
2 riæ,condẽnatio enim in exiliũ facta per Iudicẽ ad ipsius beneplacitũ,ipso mortuo extingui,cõcludunt Bar.nu.9. Ang.Imola,Castr.& Ias. in l. centesimis §.fin.nu.11.ff.de verb.oblig. vbi Ias. dicit,q̃ in hoc cum Bar. concordant alij ponen-

tes exemplũ in Iudice, qui aliquem ad confinia posuit, cum verbo, donec voluero, etenim confinia eatenus durant quatenus durat voluntas, quæ per mortem cessat d. l. 4. in fin. ff. locati, & non requiritur, quod contraria voluntas superueniat, sed tantũ sufficit, quod prima cesset: eãd. opin. Bar. sequitur Alex. cõs. 161. nu. 10. dicẽs, q in hoc Doctores non contradicunt, Cyn. Bald. & Saiyc. in l. fin. C. de contrah. empt. Felyn. in c. ex literis col. 8. vers. 2. casus est, extra de constit. & Couar. var. resol. lib. 3. c. 15. nu. 3. vers. 2. casus;
3 Et in tantum hoc est verum, vt Bar. ibi num. 10. vers. quandoq; iudic. tenuerit, procedere etiam quando Iudex dixerit hoc modo, pono te ad cõfinia quoad reuocauero, quia licet ex propria significatione illius verbi non sufficiat, quod prima voluntas cesset, sed sequitur etiam noua voluntas contraria, & moriendo quis non videtur velle, Nihilominus, quia benigna sumenda est interpretatio, concludit Bar. per mortem cessare confinationem, siuè exilium, & eandem opinionem tenuit Bal. in l. post dotem nu. 7. ff. sol. matri. Benè verum est, quod Imola Angel. Alex. nu. 11. & Ias. nu. 14. in d. §. fin. teneat in hoc casu contra Bar. & idem sequuntur Io. Andr. num. 2. Gemin. nu. 9. Franch. nu. 10. in d. c. si gratiosè, Felyn. in d. cap. ex literis col. 9. vers. est maius dubium, Dec. cons. 108. num. 3. Gozad. cons. 22. Couar. d. c. 15. num. 3. vers. hinc etiam constat
4 exilij pœnam, & alij, imò nedum beneplacitum morte Iudicis extinguitur, & confinia reuocata censentur, sed etiam finito officio eiusdem, ita in specie tradunt Bar. in d. §. fin. num. 11. qui multa adducit ad hanc opinionẽ comprobandã, Imol. ibid. in fin. vers. in Iudice autem, Alex. num. 12. Ias. nu. 15. dicens, quod cum ipso alij transeunt, Bal. in l. 1. C. de postul. col. 1. vers. item dico contra, idem Bal. & idem Franc. in d. cap. si gratiosè col. penult. vers. sed quæritur, dicens, quod siue simus in odiosis, siue in fauorabilibus beneplacitum extinguitur, sequitur Capyc. decis. 136 nu. 5. & 9. Felyn. in d. cap. ex literis col. 8. vers. 2. casus, Mandos. in tract. de inhibit. q. 76. nu. 3. & Petrinus Bellus. in tract. de re milit. par. 9. tit. de saluis conductis nu. 25. vers. quæro etiam si duo.
5 Quæ sententia suadetur, quia appellatione mortis venit etiam mors ciuilis, quando habet eundem effectum, quem naturalis, Doct. in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posthum. in cap. susceptum de rescrip. in 6. tex. in l. ex ea parte §. Insulam ff. de verb. oblig.

Cæterum quicquid sit, ex supradictis, fuit decisum, beneplacitum non esse extinctum tanquam factum sub contemplatione, & cõmemo-
6 ratione dignitatis, quo casu non expirat morte,
7 neque officio finito, quia dignitas non moritur, d. cap. si gratiosè de rescript. in 6. Ias. in d. l. centesimis §. fin. & ibid. Bar. & alij Scribentes ff. de verb. oblig. & ideò fuit conclusum, non expirasse relegationem ob mortem Illustrissimi Cardinalis, & consequenter, ipsam mulierem nõ posse recedere, absque noua licentia eiusdem Curiæ, & sic fuit seruatum, & decisum.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Clericus pro delicto carceratus non est arrestandus in carceribus pro debito ciuili.*
3 *Carceratus pro causis criminalibus recommendari non potest pro debitis ciuilibus.*
4 *Contrarium deciditur in Curia Archiepiscopali.*
5 *Iniustè captus pro debito, vel delicto, potest arrestari pro alio debito, vel delicto.*

Carceratus pro delicto, an possit recommendari vulgo *far l'impara*.

DECIS. LII.

1 REperiebatur quidam clericus carceratus pro quibusdam causis criminalibus, cumq; propediem deberet relaxari, quidam prętendens se creditorem dicti clerici instetit in Curia, vt pro dicto debito ciuili arrestaretur: Quare fuit dubitatum, an clericus carceratus pro causis criminalibus, possit recommendari pro debito ciuili, & diximus, quod licet opinio communis sit, prę-
2 fatum clericum non esse arrestandum in carceribus, sed esse liberãdum ex doctrina Bar. communiter recepta in l. 2. §. fin. num. 4. vers. quandoq; ff. de custod. reorũ, quem sequitur Rom. cons. 90. Brun. de cessio. bonor. quæst. principali 114. vbi recenset fundamenta Roman. & ipse quoq; illam sequitur, pluribus adductis fundamẽtis, qui etiam mouentur, quia carceratio pro causis criminalibus, & recommendatio pro debitis ciuilibus fieri non potest, tanquam pro diuersis causis; sicut dicitur in conuentione, & prorogatione, ad not. in l. si quis ex consensu C. de Episc. audient. in c. 1. & in c. at si clerici extra de iud. & ita est intelligendus Bar. in d. l. 2. §. fin.
3 num. 4. ff. de cust. reor. quod carceratus pro causa criminali non possit recommendari pro causa ciuili, & iuxta hanc opinionẽ refert pluribus vicibus fuisse decisum Ioseph Ludou. in decis. 70. cui addo de Franch. decis. 415.
4 Cæterùm quidquid sit ex supradictis pluries fuit decisum contrariũ in Curia Archiepisc. nã in ea non seruatur opinio cõis de qua supra, sed practicatur, quod pro quocunq; delicto clericus detineatur, si tẽpore eius liberationis à carcerib. cõparent creditores, nõ excarceratur, ita Brun.
5 loco cit. quemadmodũ etiã in eadẽ Curia obseruatur, iniustè captũ pro debito, vel pro delicto, posse arrestari pro alio debito, vel delicto, vt tenuit Butrig. in §. pęnales insti. de pęn. quõ refert, & sequitur Bar. in l. 4. §. itẽ si quis num. 3. & Castrens. nu. 2. ff. ne quis eũ qui in ius voc. est, idem Bar. in sua disp. 6. incip. Lap. fuit captus nu. 17. Soc. in tract. de cit. art. 34. q. 6. nu. 27. vers. pone quod Titius, Idẽ Socc. cõs. 113. qm̃ in causa circa fin. vol. 3. & cõmun. testantur Crau. cõs. 46. n. 7. & Phanut. in tract. de inuentario par. 3. c. 4. n. 7.

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui fuga euadere posset, si non fugiat, & occidat aggressorem, efficitur irregularis.*
2 *Amplia etiam in clerico nobili.*

3 Irre-

3 *Irregularis est is, qui potest vitare mortem fugiendo, si omissa fuga occidit aggressorem.*
4 *Irregularis non est, qui occidit aggressorem, cum aliter vitare mortem non posset.*
5 *Clericus eligendo potius aduersarium occidere, quam fugam arripere, videtur excedere ecclesiasticam mansuetudinem.*
6 *Fugere dicitur iniuria.*
7 *Fuga laicis est ignominiosa.*
8 *Potest aggressor occidi ad euitandam iniuriam.*
9 *Canones plurimum deferunt clericis nobilibus.*

An clericus nobilis aggressus teneatur aufugere, ad euitandam irregularitatem.

DECIS. LIII.

1 FVit dictum in Curia Archiep. quod doctrina gl. in clem. 1. in fi. de homic. quæ dicit, quod clericus si fugiendo posset periculum occisionis
2 aggressoris euadere, si id nõ faciat, efficiatur occidens irregularis, procedat etiam in clerico nobili, de qua quidem decisione mirandum nõ est,
3 primo quia in iure generaliter, & indistinctè fuit cautum, irregularitatem contrahi per eum, qui poterat mortẽ vitare fugiendo, tãmen omissa fuga inuasorem occiderit, ita gl. in cit. clem. 1. in verb. fuga, & ibid. Card. q. 26. Panor. in c. significasti el secondo eod. tit. & in c. 1. in princ. de vita, & honest. cler. Syluest. verb. excõmunic. 6.
4 q. 9. & late Couar. in d. clem. par. 3. §. vnico nu. 4. Tum secũdo, quia d. clem. tunc tantummodo ab irregularitate excusat, quãdo aliter mortẽ euitare nequit, secundum Couar. loco cit. nu. 4. ibi si
5 aliter mors vitari nõ poterat. Tertio, quia clericus eligendo potius aduersarium occidere, quam fugam arripere, videtur excedere ecclesiasticam mansuetudinem, quæ consistit in tolerantia, & patientia, Panor. in cit. c. significasti Sot. de iustitia, & iure lib. 5. q. 1. art. 8. ad fi. Petrus Nauar. lib. 2. de restit. c. 2. nu. 389. Valent. tom. 3. disp. 5. q. 8. pun. 4. & alij quos congerit Sayr. in Thes. casuum conscientiæ lib. 7. c. 17. nu. 17.
6 Non obstat, quod fuga est iniuria, l. apud Labeonem ff. de iniurijs, & præsertim in personis nobilibus Bar. in l. 1. C. vnde vi Bal. in conf. 11. vol. 3. Cœpol. conf. 73. & consequenter ad repellendam iniuriã possit quis percutere illam inferentem Sot. cit. loco nu. 7. Viual. de irregular. nu. 222. quia respondetur, istud nõ procedere in clericis, quia illis fuga minime est ignominiosa, secundũ gl. in c. suscepimus in verbo ligauerunt, & in verbo in termino, & ibi Panorm. nu. 4. de homicidio, Couar. loco cit. nu. 5. & Sayr. nu. 16. & iniquum, & ab omni iure alienum esset permittere clerico ob tutelam honoris proprij vitã alteri adimere, gl. in cit. clem. in verbo non volens, & alia gl. in sum. 23. q. 8. in verbo hactenus, Panorm. in c. olim nu. 17. de restit. spol. Alex. cõs. 3. vol. 1. & in conf. 119. vol. 7. Syluester verb. homicidium 1. q. 2. §. 7. vers. 4. Tabien. verb. ir-
7 regularitas 2. §. vlt. Nauar. in Manual. c. 27. nu. 211. & quamuis laicis fuga sit ignominiosa, secundum Alex. in conf. 109. nu. 4. vol. 1. Iaf. & Dec. in c. vt vim ad finem ff. de iustitia, & iure, & propterea potest laicus suum aggressorẽ occidere ad
8 vitandam iniuriam, quam vel alapa, vel fustibus sibi inferendam vitare non potetat, Alex. in cõs. 119. vol. 7. Hip. in l. 1. limit. 9. ff. de sicarijs Carrer. in §. 6. nu. 94. hoc tamen obtinet quoad pœnam temporalem, & quoad eius diminutionem, ac moderationem, non autem quoad irregularitatem, cum ipsi quoque in hoc casu illam contrahant: Nec obstat, quod Canones plurimum de-
9 ferant clericis nobilibus c. 2. de off. deleg. in 6. c. venerabilis, & quod ibi notatur communiter de præbend. & dignit. late Hoieda de benef. par. 2. c. 3. quia respondetur, istud procedere in conferendis beneficijs, non autem quoad effugiẽdam irregularitatem, arg. gl. in l. 5. ff. pro Socio.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ absque debitis solemnitatibus probibita est.*
2 *Alienantes ecclesiastica bona sine Papæ licentia, ipso facto sunt excommunicati.*
3 *Locus ecclesiæ prophanatæ, & dirutæ absque solemnitatibus alienari non potest, & nu. 4.*
5 *Coquina, & stabulum in ecclesia prophanata non sunt facienda.*
6 *Cementa ecclesiæ prophanatæ ante Concilium Tridentinum ad vsus priuatos conuerti nõ poterũt.*
7 *Locus Ecclesiæ dirutæ authoritate Episcopi immunitate non gaudet.*

An in alienatione ecclesiæ prophanatæ assensus Apostolicus requiratur.

DECIS. LIV.

1 APerta sunt iura, alienationem rei Ecclesiæ absque debitis solemnitatibus prohibitam esse, iuxta extrauagantis ambitiosæ de rebus ecclesiæ non alienandis, Caualc. in decis. 35. & dec. 451. nu. 33. par. 1. Cornazan. in dec. 74. & dec. 67. & pluries fuisse in Rota decisum refert Farinac. in decis. 206. 210. & 596. Seraph. dec. 508. Guid. Papa in dec. 149. Capyc. in dec. 16. & decis. 105. Franc. Marc. in decis. 1078. vol. 1. & in dec. 188. vol. 2. Gram. decis. 79. Cacheran. dec. 99. & 172. Ludouic. in decis. Perus. 93. Rota diuers. in decis. 18. vol. 1. & 160. vol. 2. Magon. in decis. Florent.
2 69. Cæsar de Gras. in decis. 360. de Franch. in decis. 35. adeò, quod alienantes ecclesiastica bona, sunt excommunicati per extrauag. ambitiosæ, de rebus eccles. non alienandis, sequitur Franc. Marc. in decis. 1078. vol. 1. Rota diuers. in decis. 896. par. 3. Costa de facti scientia, & ignorantia cent. 2. dist. 22. Nauar. in conf. 3. nu. 3. & 5. de rebus eccles. non alienand. & conf. 11. eod. tit. vol. 2. Sayr. in decis. 11. eodem tit.
Fuit tamen dubitatum, si assensus Apostolicus requiratur in alienatione ecclesiæ prophanatæ;
3 & fuit decisum, quod locus ecclesiæ prophanatæ tanquam res ecclesiæ non potest vendi inconsulto Romano Pontifice, & absque alijs solemnitatibus requisitis in alienatione rerum ecclesiæ, vt in c. sine exceptione 12. q. 2. & d. extrauag. ambitio-

bitiosæ de reb. eccl. nō alien. quæ decisio meo iudicio fundatur in eo, quia, & si ecclesia prophanatur, habetur nihilominus in veneratione, 4
5 præsertim, quia in ea prohibetur fieri coquina, & stabulum, vt dicit gl. in c. ligna de consecr. dist. 1. & in c. quæ semel, vbi Archid. & reliqui 19. q. 3.
6 & ante Conc. Trid. neque cæmenta ecclesiæ prophanatæ poterant conuerti ad vsus prophanos, sed ad vsus alterius ecclesiæ non sordidos d. c. ligna, & c. qui semel vbi gl. & DD. & idem dicendum est in ecclesia diruta, quia non desinit esse sacra, saltim respectu loci, in quo erat ædificata, & propterea ipsa quoque gaudet immunitate ecclesiæ l. æde sacra ff. de contrah. empt. l. in tantū §. sacræ ff. de rer. diuis. & docet gl. in cit. c. qui
7 semel, tamen si diruta fuisset authoritate Episcopi, & non adesset spes reædificandi non gauderet immunitate, Ambr. de immun. eccl. q. 10. nu. 3. Remig. de immunit. ampliat. 20. Clar. in sua practica, §. fin. q. 30. nu. 6. Villagut de extens. legum nu. 38. Dec. in tract. crim. lib. 6. c. 25. nu. 22. Farinac. de carcer. q. 28. nu. 70.

SVMMARIVM.

1 *Administrator rerum Ecclesiæ, si malè se gerat, prouocat iram Dei in populum.*
2 *Parochiani possunt denunciare malè gesta à Parocho, & ab Ordinario.*
3 *Parochus in conferendis Sacramentis, non debet munera accipere.*
4 *Parochi debent esse mundi mente, & corpore.*
5 *Qui studet diuitiis, dicitur ignominiosus.*
6 *Parochus debet esse contentus, si habet omnia necessaria ad victum, & vestitum, alias imputabitur ei vitium auaritiæ.*
7 *Sacerdoti sufficit habere commoditatem victus, & vestitus.*
8 *Sacerdos de altari viuere, & non luxuriari debet.*
9 *Ecclesia subuenit in necessitatibus tantum.*

Parochus non potest Parochianis grauamen innouare, & super spiritualibus conuenire.

DECIS. LV.

IN Curia Archiepiscopali, cū fuisset inquisitus quidā Parochus de nonnullis excessibus, & præcipuè, quod pro iure sepulturę corporum defunctorū exigebat vnū aureum, item pro solēnitate matrimoniorum solitus erat petere vnū aureū, & tandem pro conferendo sanctissimo Baptismi Sacramēto similiter vnū aureum, propterea fuit dubitatū, qua pœna veniret plectendus, & dice-
1 batur, φ quicunque administrat Ecclesiā, si malè se gerat, prouocat iram Dei in populū, c. fanè de
2 celeb. Missar. c. licet Heli de simon. & propterea permittitur Parochianis posse denunciare malè gesta à Parocho, & ab Ordinario, vt probat Abb. in c. ex parte num. 5. vers. fallit in patrono, vel in parochiano, vt probat Decian. respons. 63. vol. 3.
3 & in specie in conferendis Sacramentis nō debet munera accipere, c. is igitur 23. dist. ibi gl. in ver.
4 beneficijs, vbi dicit, quod debēt esse mundi men-
5 te, & corpore, vnde qui studet diuitijs, dicitur ignominiosus, c. gloria 12. q. 2. & auaritia est idolorū seruitus, c. cum oīs 1. q. 1. c. idolatriæ 28. q. 1. c. auaritiæ de præb. & in supradicto Parocho imputari vitiū auaritiæ non dubitabatur, siquidem
6 habebat omnia necessaria ad victum, & vestitū, de quibus debebat esse contentus, c. 1. 42. dist. vbi aliena rapere cōuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur, vt in c. sicut hi §. sed ait auarus
7 47. dist. & in § sequenti, vbi habetur, Sacerdoti sufficit habere commoditatē victus, & vestitus, c. Episcopus ecclesiasticarum 12. q. 1. & commoditas victus, & vestitus, secundū Nauar. cōmuniter approbatū, de quo meminit Paris. de resign. benef. q. 6. n. 53. 54. & 55. lib. 5. cōsistit in qualitate personæ, vnde D. Hiero. de quo in c. 1. 44. dist.
8 dicit, quod Sacerdos de altari viuere, & nō luxuriari debet, quare clerico habenti vnde viuat, nō conuenit importunè quærere id, quo nō eget. & quandocūque superflua ad victū habeat, pauperibus subueniendum est, quia Ecclesia non habet
9 aurū vt seruet, sed vt in necessitatibus subueniat, c. aurum 12. q. 2. & peccat clericus, qui studet facere affines diuites de bonis ecclesię, c. monemus cum c. seq. 12. q. 2. & tradit Abb. in c. inquirendū nu. 4. de pecc. cler. propterea fuit conclusū, quod Parochus prædictus seuerè erat puniēdus, nā pro sepultura nihil accipi potest, sed tantū pro obseruantia laudabilis cōsuetudinis, iuxta taxā definitā in Cōcilio prouinciali, & pro Baptismo, & matrimonio nihil posse exigi, iuxta decreta synodalia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ primum est, quod in iudiciis præstatur, altera parte petente.*
2 *Iuramentum calumniæ pro publica vtilitate, ne veritas occultetur introductum fuit.*
3 *Nullus est processus, si ab aliqua parte petitum sit iuramentum calumniæ, & non sit præstitum.*
4 *Iudex non potest remittere iuramentum calumniæ.*
5 *Statutum, vel consuetudo iuramentum calumniæ remittere non possunt.*
6 *Pœnæ recusantis præstare iuramentum calumniæ.*
7 *In causis beneficialibus præstatur iuramentum calumniæ.*
8 *Iuramentum calumniæ est necessarium in causis spiritualibus.*
9 *In causis summariis exigitur iuramentū calūniæ.*
10 *Iuramentum calumniæ in criminalibus est de substantia.*
11 *In causis appellationū requiritur iuramentum calumniæ, licet in prima instantia fuisset datum.*
12 *Aduocatus, & Procurator fisci in causis fiscalibus iurant de calumnia.*
13 *Iuramentum de calumnia debet præstari, etiam si agatur inter clericos.*
14 *Iuramentum calumniæ requiritur, quando agitur coram Arbitro.*
15 *Iuramētum calūniæ exigitur etiā in causa modica.*
16 *Procurator, & Aduocatus coguntur ex eorum persona iurare de calumnia.*
17 *Procuratores in Romana Curia non solum in animam Domini, sed eorum etiam iurant de calumnia, etsi Dominus iurasset.*

Iura-

Iuramentum de calumnia præstatur in Curia Archiepiscopali.

DECIS. LVI.

1 PRimum iuramentum, quod in iudicijs, & causis præstari solet, est illud, quod nuncupatur calumniæ, idque petente vna parte, ab altera præstatur, vt in l. 1. auth. hoc Sacramentum l. cũ, & iudices auth. in isto, & auth. principales C. de iureiurand. propter calumniam, cap. fin. de iuram. calum. c. dudum il secondo extra de elect. Colerus in decis. 117. Gail. pract. obseruat. lib. 1.
2 obseruat. 84. & introductum fuit ob publicam vtilitatem, nè veritas occultetur, l. 2. §. sed quia veremur C. de iure iurand. Colerus in dicta decis. 117. num. 4. Maranta in sua pract. par. 2.
3 actu 1. num. 6. adeò autem necessarium est tale iuramentum, vt si petitum ab aliqua parte fuerit, & omittatur, processus nullus erit, nisi tacitè remittatur, Rota in antiquis in decis. 664. Cappella Tholosana in dec. 114. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 84. nu. 1. & 2. Guid. Papa in cons. 8. num. 1. Surdus cons. 124. num. 1. & 2. Vrsillus ad Afflictum in decis. 265. nu. 32. post Bart. Bald. Salyc. & alios in l. 2. C. de iure iuran-
4 do, & à Iudice cum petitum fuerit remitti non poterit, vt habetur per Puteum in decis. 398. nu.
5 1. & 2. lib. 2. nec à statuto, vel consuetudine remitti posse, voluit per illum tex. Ancharan. in cap. cæterum nu. 5. de iuramento calumniæ, Coler. in d. decis. 117. nu. 6. & 7. Menoch. de arbitr. iud. casu 20. num. 4. Viuius in decis. 109. num. 4. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 85. num. 3.
6 hinc recusanti iurare de calumnia, imminent pęnę, scilicet actori, quia cadit à causa, & ab actione, & reus absoluitur, quia cum habeatur pro confesso, condemnatur per sententiam ad illud, quod petitum fuerit l. 2. §. quod si actor §. quod si reus C. de iure iurand. propt. calumn. cap. fin. de iurament. calumn. §. 1. auth. vt litigant. Iodoch. in praxi rerum ciuilium in tit. de iuramento in litem num. 5. Maranta in sua pract. par. 2. d. actu 1. sub nu. 2. Gail. prac. obseruat. lib. 1. ob-
7 seruat. 86. & hinc iuramentum calumniæ etiam in causis beneficialibus præstari debet, cap. 1. §. fin. de iuramento calumniæ in 6. Aretin. in cap. dilecti nu. 18. extra de iudic. Vantius de nullit. ex defectu processuum num. 29. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. casu 20. nu. 3. Mohedan. in dec.
8 312. vbi in causis spiritualibus hoc iuramentum exigi etiam scribit, idemque voluit Conradus de offic. prætor. in causis ciuilibus in tit. de iuramento calum. num. 2. & sequitur Grego. sintag.
9 iur. vniuers. lib. 48. cap. 7. nu. 3. & in causis summarijs hoc iuramentum etiam exigi, scribunt Bursatus in cons. 2. nu. 3. vol. 1. Roland. in cons. 71. nu. 9. volu. 1. Rota diuers. in decis. 1531. par. 3. Puteus in decis. 399. num. 1. lib. 2. argumento
10 clement. sæpe, de verborum significat. & in criminalibus causis esse de substantia, voluerunt Clarus in pract. crim. quæst. 18. num. 4. Iodoc. in pract. ciuil. cap. 151. num. 12. post Albericum in l. libellorum num. 1. ff. de accusat. Bart. in l. is qui reus ff. de public. iudic. Præpositus in c. accusatione 6. q. 8. & in causis appellationum hoc iu-
11 ramentũ calumniæ exigi, licet in prima instãtia fuisset præstitum, docet textus in cap. 2. in prin-
12 cipio de iuram. calumniæ in 6. & in fiscalibus causis Aduocatum, & Procuratorum fisci iurare debere, veriorem opinionem, & secundũ æquitatem, concludunt Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 90. Surdus in decis. 8. Peregr. de iure fisci lib. 7. tit. 2. nu. 7. in fine, Isern. in cap. 1. §. in qui-
13 bus de consuetu. rect. feud. & hoc iuramentum debere præstari, etiam si agatur inter clericos, scribit Bar. in §. quia igitur num. 2. auth. de his qui ingred. ad appellat. qui in l. cum iudices §. sed quia veremur nu. 1. C. de iure iurand. pro-
14 pter calum. dicit, hoc iuramentum calumniæ debere præstari, etiam si agatur coram Arbitris, sequitur Caluolus in sua praxi conclus. 1. de iu-
15 ramento calum. nu. 5. & nu. 6. vbi dicit, iuramentum calumniæ esse necessarium, etiam si agatur in causa modica, vt est doctrina Abbatis in cap. 1. num. 14. extra de iuram. calum. & quod iura-
16 mentum hoc non solum debet pręstari per principales, sed etiam per Aduocatos, & Procuratores l. rem non nouam §. patroni C. de iudic. scribunt Roman. in sing. 428. Piaggius de consuet. q. 6. nu. 100. & censuit Rota in nouis decis. 37. & in decis. 40. Coler. in decis. 115. num. 9. & 10. &
17 sic seruari in Rota Romana, vbi non solum coguntur Procuratores iurare in animam Domini constituentis, sed etiam in animam propriã, dicit Rota in nouis d. decis. 37. & decis. 40. & Rota in antiquis in decis. 492. Seraphin. in dec. 268. dec. 316. & decis. 468.

SVMMARIVM.

1 *Vnica poena contenti esse debemus.*
2 *Duæ poenæ non irrogantur.*
3 *Vulnerans cum armis, non punitur poena delationis armorum, & vulneris.*
4 *Poena delationis armorum confunditur cum ipso delicto.*
5 *Quando poena vulneris est maior, quam poena delationis armorum, tunc poena minor confunditur cum maiori, secus si poena delationis armorum esset maior.*

An pęna delationis armorum confundatur cum delicto vulneris, vel homicidii.

DECISIO LVII.

1 QVoniam clara, & aperta est iurium dispositio, quod vnica poena contenti esse debemus, l. qui fidem ff. de pactis, Doctor. in l. vbi pactum, & l. si quis maior, & in l. si diuersa C. de transact. l. 2. §. fin. ff. Naut. Caupon. vbi datur actio furti, & actio honoraria contra caupones, vna tamen exercetur, facit tex. in l. si stipulatio, ff. de verb. oblig. vbi habetur, quod contenti esse debemus poenis legalibus, quem tex. allegat Iser. in cap. 1. vers. contrahentium, in addit. col.

col. 4. quæ sint regalia, vbi dicit, quod duæ pœ-
2 næ non irrogantur, propterea pluries fuit deci-
sum in Curia Archiepiscopali, quod si quis vul-
3 neret cum armis, non punitur duplici pœna, vi-
delicet delationis armorum, & vulneris, sed pę-
na tantum vulneris plectetur, per glossam com-
muniter receptam in l. qui de crimine, in verbo
plurima capita de accusation. quam glosam cō-
muniter sequuntur Doctores, vt testatur Iodoc.
in practica crim. cap. 77. nu. 4. Marſ. in l. si in ri-
xa num. 5. ff. ad l. cornel. de sicar. & in l. vnica
C. de raptu virginum, Viuius in sylua commun.
opin. in verbo statutum puniens, Bertazol. conſ.
520. lib. 2. Iaffred. in deciſ. 95. Clarus in sua pra-
ctica quæst. 84. verſ. alius est casus, vbi refert sic
etiam seruasse Senatum Mediolan. cum quodā
Io. Baptista de Fornarijs, qui proiecerat pilam
ferream in suum aduersarium, & deinde ensem
euaginauerat, hunc enim vnica tantum pęna pu-
niri iussit idem Senatus: pœna enim delationis
4 armorum confunditur cum ipso delicto, ex do-
ctrina Bartol. in §. denunciamus in fine in auth.
de armis, Platea in §. item lex Iulia il secondo
col. 2. verſi. sed pro institut. de public. iudic. Pla-
za in Epitome delictorum lib. 1. cap. 8 post nu.
18. Iodoc. in practica crimin. d. cap. 77. num.
4. Cęphal. conſ. 204. Decian. in tract. crimin. lib.
8. cap. 4. nu. 19. Farinac. variarum quæst. quæst.
108. nu. 169. & potest poni exemplum si extent
in Ciuitate tria statuta, vnum puniens delationē
armorum in centum: aliud puniens insultum in
centum. & aliud puniens vulnus in centum, &
aliquis insultet alium cum armis, & vulneret,
certè non est in omnibus istis pœnis puniendus,
sed tantummodo puniri debet in centum, secū-
dum Arnon. in dialogo 47. & Clarum in citato
loco, & propterea Curia Archiepiscopalis nun-
quam consueuit contra clericos arma deferen-
tes, & cum eis delinquentes duplicem inferre
pęnam, sed vnicam tantum, scilicet pro ipso deli-
cto patrato, licet quando pœna vulneris est ma-
5 ior, quam pœna delationis armorum, tunc pęna
minor confunditur cum maiori, secus si pęna
delationis armorum esset maior, quàm pęna
vulneris, secundum Morendam in conſil. 23. Ar
taman. conſil. 112. Decian. in tractatu crimin.
lib. 8. cap. 4. sub num. 19. quidquid dixerit Cæ-
phal. in conſ. 140. num. 42. & sequent. volum. 2.
volēs, quod si maior esset pęna delationis armo-
rum, quàm insulti, vel percussionis, nihilominus
attenditur pęna insultus, vel percussionis, vt in
casu delationis archibusetti parui ad rotam, cū
quo fuerat factus insultus, & licet pęna delatio-
nis archibusetti esset pęna triremium per trien-
nium, tenuit tantummodo, esse imponendam pę
nam insultus, quæ opinio non placet Baiardo ad
Clarum cit. quæst. 84. quia secundum eum seque
retur absurdum, quod deterioris conditionis eſ-
set ille, qui simpliciter archibusettum detulisset,
quam ille, qui cū eo deliquisset, verum secūdum
Addentes ad Bertaz. in conſ. 105. ad vtramque
pęnam teneretur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio Domino directo tantummodo competit.*
2 *Et procedit etiam, si consensisset alienationi.*
3 *Ius prælationis cedi non potest.*
4 *Domino directo vendente, non præfertur vtilis.*
5 *Laudemium debetur Domino directo.*
5 *Dominus directus præfertur creditori in meliorationibus.*
7 *Ius prælationis, quibus in casibus cesset.*

In alienatione rei emphyteuticę, cui competat pręlatio.

DECIS. LVIII.

MOnasterium Sancti Gaudiosi huius Ciui-
tatis Neapolis concessit quodam territo-
rium Petro Santacroce in emphyteusim perpe-
tuam, qui subconcessit Francisco de Monte, &
Natali de Sanctis, saluo, & reseruato assensu
prædicti Monasterij directi Domini, quod terri
torium fuit iterum concessum in emphyteusim
à prædictis de Monte, & de Sāctis Clerico Petro
Paulo Ferrariolo: ad præsens comparet in Cu-
ria Archiepiscopali de Sancta Cruce, habens
causam à Monasterio, & petit ius prælationis cō
tra præfatum clericum de Ferraiolo, dubitaba-
tur quid iuris: & Domini absque vlla difficultate
deciderunt, ius prælationis competere Monaste
rio, vt directo Domino, & non emphyteutæ ad
1 tex. in l. fin. C. de iure emphyteu. prælatio enim
tantummodo Domino directo, & non alijs cō-
petit d. l. fin. Ozasc. in deciſ. 116. Thesaur. in de-
ciſ. 70. Guid. Papa in dec. 364. Paris de reintegr.
verſ. & circa prædicta num. 5. fol. 134. & ante
omnes istud idem voluit Isern. in cap. ne domi-
nus num. 46. de prohibita feudi alien. per Fed.
2 quod procedit etiam si consenserit alienationi,
Ripa in l. 1. nu. 19. ff. de priuileg. cred. Guid. Pa-
pa in deciſ. 47. Salicet. cit. l. fi. in fin. Franc. de
Amic. in repet. cap. 1. folio 89. de ijs qui feud.
dare possunt, & Viuius in deciſ. 191. quæ conclu
3 sio adeo procedit, & vera est, vt tale ius minimè
cedi possit per Dominum directū, Franc. Mar.
in deciſ. 2. par. 2. Rot. in deciſ. 2. de locato in an-
tiquis Guid. Pap. in deciſ. 411. est enim tale ius
secundum Baldum in conſ. 191. inseparabile à
Domino directo, & propterea semper cogitur
emphyteuticarius meliorationes vēdere Domi
no potius quam alijs, l. fin. vbi Iaſ. C. de iure em
phyt. Rum. in conſ. 161. num. 128. & conſil. 31.
volum. 1. Laderch. conſil. 16. nu. 6. & Magon.
deciſ. Florent. 100. & corroboratur pariter
4 pręfata deciſ. ex plurib. Primo, quia si Dominus
directus vendiderit eius dominiū, vtilis Domi-
nus non præfertur Isern. in cap. imperialem
verſ. nec dominus col. 2. in fine de prohibita
feu. alienat. per Feder. Barbat. in cap. potuit nu.
9. de locato Spec. in tit. de emphyteusi §. nunc
aliqua num. 94. vsque ad num. 111. Boer. in dec.
107. & fuisse decisum in Sacro Consilio, testatur
de Franch. in deciſ. 17. num. 8. & 9. & ità suo
etiam tempore scribit decisum Anna sing. 150.

ratio

ratio est, quia infirmior non potest trahere validiorem, de Franch. cit. loco num. 10. Pisanellus in consuet. si quis emit vers. sumpta occasione de iure congr. Tum secundo, quoniam adeo verum est, iura dominicalia remanere penès primum concedentem, quod concurrentibus in recognitione rei emphyteuticæ domino directo,
5 & domino subalterno, laudemium debetur ipsi directo, vt pluries fuisse decisum per Sac. Cons. Neap. testatur de Franchis in decis. 447. Tum
6 tertio, quia in melioramentis per emphyteutā factis, præfertur dominus directus eius creditoribus, & fuit decisum per idem Sac. Cons. vt te-
7 statur idem de Franch. in decis. 226. est tamen notandum, ius prælationis cessare, primo in donatione, Guid. Pap. in decis. 472. ex causa permutationis, idem in decis. 923. quando Ecclesia domina directa vellet alij concedere, idem in decis. 402. & 508.

SVMMARIVM.

1 *Birruarii dicuntur viles personæ.*
2 *Deponentibus in causa propria, non est credendum.*
3 *Nuncio de facto proprio non creditur.*
4 *Birruariis creditur in his, quæ ad eorum officium pertinent.*

An sit credendum Cursoribus Curiæ de violentia, & verberibus ipsis illatis in capiendis delinquentibus.

DECIS. LIX.

CVm in facti contingentia euenisset hic casus; pro opinione negatiua dubitationem
1 faciebat, quod Birruarij communiter apud omnes reputati sunt infames, & huiusmodi exercitio, vt plurimum, non nisi vilissimi, & abiecti applicentur, vt notum est, & in specie scripserūt Bald. in l. fin. in 8. quæst. C. de edict. D. Adrian. tollen. post num. 47. idem Bald. Salyc. & Imol. in locis relatis per Bero. q. 84. num. 1. Aufrer. de reprob. test. num. 11. vers. birruarius in princip. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 7. vers. habes igitur in fin. & maximè ad condemnandum, secūdum Mart. in voto 80. num. 6. & Gramm. in voto 21. num. 1. Bero. in q. 84. nu. 1. Ioseph. Ludou. in decis. Rot. Lucens. 1 num. 3. Mascard. de probat. conclus. 189. in princ. vol. 1. Viu. in decis. 19. num. 6. latissimè omnium Farinac. in tit. de opposit. contra testes q. 57. art. 11. nu. 370. cum seq.
2 Item dicebatur, præfatis Cursoribus minimè credendum vti deponentibus in causa propria l. nullum ff. de testibus l. nullus C. eodem, Bart. in l. deferre §. item decreuerunt ff. de iure fisci Panorm. in cap. insuper de testibus cum alijs per Butr. Imol. & Felin. in c. cum nobis col. penul. eod. tit. Alex. cons. 105. vol. 1. Afflict. in constit. mores dissolutè viuentium num. 12. Bero. consil. 164. vol. 3. Benintend. decis. 51. vnde Bart. in l. 1. §. cura carnis ad finem ff. de offic. perfect. vrbis, voluit, non credi Nuncio de facto alieno,
3 puta quod talis commiserit homicidium, nisi alias afferat probationes, idem in effectu tenet Afflict. in constit. Reg. lib. 2. rubr. 10. de his qui fideiussores date poss. in 6. notab. nu. 30. versic. amplius quæro pro declaratione, vbi inquit quod non sufficit probare crimen per istos capientes, quia sunt loco accusatorum, qui non possunt esse testes, & quia videntur deponere in causa sua, & quod non habeantur pro integris testibus, sequitur Bertazol. in addit. ad consil. crimin. sui patris consil. 219. incip. repetitus in addit. sub litera A. in versic. sed quæstio est, vbi cæteros refert, & est dictum Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verb. per nuncium in fin. sub num. 10. nec dissentire videtur Clar. pract. crimin. quęst. 8. sub num. 2. Caball. resol crimin. casu 126.

Cæterum supradictis minime suffragantibus contrarium fuit resolutum, ea quidem ratione,
4 quia præfatis Birruarijs creditur in his, quæ ad eorum officium pertinent, ad tex. in cap. cum parati, & in cap. ad audientiā de rescript. Monoch. de arbitr. iudic. casu 112. num. 12. Nat. cōsil. 170. num. 6. Vulpell. consil. 38. Bertazol. filius consil. 219. & in proprijs terminis, quod eis credendum sit de violentia, & verberibus ipsis illatis, videndi sunt Guid. Pap. in decis. 626. referens iuxta hanc opinionem fuisse iudicatū in Curia Tholosana, & pariter decisum refert Rota Lucens. diuers. decis. 21. & supradictis addebatur quod voluit Clar. §. fin. q. 8. num. 2. & quod ante eum voluit Corn. in cons. 217. in princ. vol. 1. vbi loquens de rixa inter quosdam cum percussionibus, & vulneribus noctis tempore sequutis super qua Birruarij deposuerunt, dicit, quod licet isti testes vti viles non recipiantur, tamen, ex quo delictum est perpetratum de nocte, ex eo quod verisimiliter non interuenerunt aliæ personæ, probant: vel saltem faciunt indicium ad torturam, sequitur Foller. in prax. par. 2. versic. in fragranti crimine, imò Grat. in consil. 43. num. 22. voluit, præfatas personas admitti in testes in actibus, in quibus ipsi interuenierint, si alio non laborant vitio, quàm, quod sint Birruarij, quæ omnia multò magis procedunt in Cursoribus Curię Archiepiscopalis, in quibus cessat vilitas supra considerata, & cum sint Clerici, nec faciant vilia officia Birruariorum, & inter Ecclesiasticas personas connumerentur, propterea pluries censuit Curia Archiepiscopalis, eis esse credendum, saltem quoad faciendum indicium.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus familiare dupliciter accipitur.*
2 *Finita linea per fundatorem considerata, iuspatronatus transit ad extraneos.*
3 *Iuspatronatus hæreditarium spectat ad eos, qui sūt hæredes fundatoris.*
4 *Ille propriè dicitur hæres, qui adicit hæreditatem.*

Iuspatronatus familiare, quomodo distet ab hæreditario.

DECIS. LX.

IN quadam facti contingentia fuit incidenter discussum in Curia Archiepiscopali, discrimen esse inter iuspatronatus familiare, & hære-
1 ditarium: nam dicebatur, iuspatronatus laicale bifariàm accipi, quoddam enim est gentilitium seù familiare, quod est debitum generi auctoritate superioris, ad quod non admittuntur, nisi qui probauerint esse de sanguine fundatoris, ijque admittuntur gradatim, idest secundum gradus prærogatiuam, iuxta naturam fideicommissi agnatini l. fin. ff. de verb. signific. Zabarella cons. 48. Rebuff. cons. 78. Paris. consil. 48. volum. 4 Sacca cons. 28. num. 48. ita tamen, vt primi hæredes succedant in capita, alij verò in stirpes, Clem. si plures de iurepatronatus, Ripa resp. 2. num. 3. de iurepatronatus par. 2. Marant. consil. 33. vbi hanc subtilem quæstionem vocat, dicens, quod plures ex vno patrono vnam tantùm vocem habent, sicuti vnus ex vno, ad declarationem illius clausulæ (dummodò adsit medietas vocum) Costa in tract. de portione ratę quæst. 97. vbi etiam de aggregatis vni familiæ titulo lucratiuo cum consensu Ordinarij per viam vnionis dicit, atque ibi defendit, quod finita linea per fundatorem contemplata, tran-
2 sit iuspatronatus ad extraneos, Gemin. cons. 40. num. 9. Calderin. consil. 4. de iurepatronat. Cassadorus in decis. 1. de iurepatronat. Io. Baptista Ferrettus consil. 131. num. 9. vsque ad fin. Rota Romana decis. 385. par. 1. in nouiss. nisi adesset dictio taxatiua, Paris. d. cons. 48. num. 6. cum seq. Rota Romana prædicto loco num. 14. atque Lambertin. tractatu de iurepatronat. lib. 1. parte 2. quæst. 2. principal. artic. 6. num. 10. Alte-
3 rum vero est iuspatronatus hęreditarium, quod ad eos tantum spectat, qui sunt hæredes fundatoris etiam extranei, vel immediati, vel mediati, quia hæredis hæres vsque ad millesimum, & vltra dicitur hæres primi testatoris, l. hæredis appellatione, & l. sciendum, ff. de verbor. signif. l. qui per success. ff. de regul. iur. Tiraq. tract. de morte laysit par. 2. declarat. 5. cum adductis per Menoch. cons. 89. num. 126. versic. deinceps
4 volum. 1. dummodò constet hæreditatem fuisse aditam, hæres enim appellatur, quia adicit Alexand. consil. 1. num. 6. volum. 1. Dec. in l. hęredem num. 8. ff. de reg. iur. Rota Romana decis. 47. num. 11. cum seq. par. 2. in nouissimis, vbi libellus quoque sustinetur, in quo hæres hęredis simpliciter se hæredem dicit, nec ad illud aspirare potest, præclarè Caballus cons. 73. num. 2. & consil. 76.

SVMMARIVM.

1 Clericus non potest ferre testimonium coram Iudice sæculari absque licentia sui Episcopi, & multò magis in Monachis, cæterisque Regularibus num. 2.

3 Clericus non potest testificari coram alio Iudice Ecclesiastico absque licentia.

4 Clericus testificans de facto absque licentia sui Prælati coram Iudice seculari, probat.

5 Testis non citatus offerens se ad testificandum dicitur suspectus.

6 Clerici valent testificare in testamentis absque licentia, & quid in aliis contractibus num. 7. quæ omnia intellige in causa ciuili, & non criminali, num. 8.

9 Testes esse non possunt Clerici contra laicos in causa criminali coram Iudice seculari.

10 Depositio clerici de facto deponentis in causa criminali non facit indicium ad torturam, nec de licentia superioris num. 11.

12 Clericus non potest testificari in causa criminali, etiam cum protestatione canonica.

An, & quando Clericus prohibeatur testificari coram Iudice sęculari absque licentia sui Episcopi, ad ornatum textus in cap. quamquam 14. quęst. 2.

DECIS. LXI.

APerta sunt iura, & sic pluries fuit decisum, vt clericus non possit testimonium ferre
1 coram Iudice seculari absque licentia sui Episcopi, cap. quamquam 14. quæst. 2. cap. testimonium 11. quæst. 1. Innocent. Abb. & reliqui communiter in cap. si testium, & in cap. nuncius de testibus, Guid. Papa in decision. 65. Marta de iurisdictione casu 128. num. 1. centur. 2. par. 4. Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseru. 100. num. 16. qui asserit, quod debet ferre testimonium coram suo Iudice Ecclesiastico, latè Mascard. de probat. conclus. 1358. num. 16. Franc. Marc. in decis. 777. & hoc multò magis procedit in Monachis, cęterisque Regularibus, vt per
2 Abba. in cap. inhærentes nu. 17. de iuramento calumniæ, Speculat. in titul. de testibus §. 1. versic. sed si Monachus, & versic. quod de Monacho, Albericus in Authent. si dicatur C. de test. Lanfranc. de tęstibus num. 87. Rota in decis. 77. num. 12. vbi testatur de communi par. 2. imò nec etiam clericus potest deponere
3 coram alio Iudice Ecclesiastico non suo absque licentia, Bald. in c. 1. col. 2. de iuram. cal. vbi hoc notat ex illo textu, ibi Prælato suo, Arnon. comment. 94. licet si de facto deponeret sine tali licē-
4 tia corā Iudice seculari, vel alio non suo, valebit depositio, ex quo nullibi reperitur dispositū, vt annulletur attestatio, Crotus in tract. de testibus nu. 178. & seq. Aufrer. in eiusdē nominis tract. nu. 18. Guid. Pap. in d. dec. 65. nu. 1. vbi dicit, qd tanta fides eorū depositioni adhibetur, tanquā si deposuisset habita licētia à suo superiore, Tuscus in conclus. litera C. num. 95. Anna in sing. 128. vbi alios allegat Cāpeg. in reg. 297. in 2. & 3. fallent. vbi dicit, quod idem est in Monachis, atq; alijs Regularibus, Farinac. in pract. crimin. quæst. 61. nu. 78. & 84. Ruin. cons. 35. nu. 5. lib. 4. qui dicit, quod ista licentia requiritur de cōsilio, non autem de præcepto, Foller. super constitut.

Regni

Regni in tit. de Episcop. & cleric. capit. item quod clerici num. 1. qui etiam asserit, quod de iure canonico hoc non reperitur expressè prohibitum, Caualc. in tract. de testibus par. 4. nu. 33. vbi alios allegat, & licet Guid. Pap. vt supra relatum est dixerit, quod ita creditur testimonio clerici deponentis cum licẽtia, quam sine ipsa, nihilominus hoc non est verum, namque clericis ita deponentibus sine licentia non est ita credendum, prout deponentibus cum licentia, quia tunc videntur quodammodo se obtulisse ad testificandum, cùm alias adhoc cogi non potuissent sinè dicta licentia, Crauetta consil. 2. nu. 5. libr. 1. Rimin. Iun. consil. 360. nu. 25. lib. 4. Rota Romana in decis. 77. nu. 12. par. 2. &
5 quod testis non citatus, sed ingerens se, & vltrò se offerens ad testificandum sit suspectus, & ideo non credatur, dixerunt multi relati per Mascardum de probat. conclus. 318. nu. 63. & 64. vbi dicit, quod tales testes sunt torquendi, & quod in
6 testamentis possint esse testes clerici absque licẽtia sui Prælati, est textus in cap. relatum, & cap. cum esses de testamentis, licet secus sit in confectione instrumentorum, præter vltimas voluntates, quia in eis non debent testes clerici apponi,
7 c. super prudentia §. potest, ibi in cõficiendis alijs instrumentis secularium negotiorũ præsbyteri non vocentur ad testimonium, & ibi gloss. in verbo potest 14. quæst. 2. Farinac. tract. criminal. quæst. 61. nu. 63. & 64. qui dicit, quod proxima conclusio procedit potius de honestate, & quod de consuetudine nunc non seruatur, & om
8 nia prædicta procedunt, vbi testimonium ferendum est in causa ciuili, & non in criminali, in qua Clericis prohibetur ne testimonium ferant, quia scilicet si testimonium dicerent in tali causa criminali, & postea fortè mors, vel membri mutilatio sequeretur incurrerent irregularitatem capit. sententiam, ne clerici, vel monaci, &
9 quod Clerici non admittantur ad testimonium ferendum in causa crimali coram Iudice seculari contra laicum, est tex. in cap. nullus 11. quæst. 1. Natta conf. 394. latè Mascard. de probat. concl. 15. nu. 62. Crauetta conf. 2. lib. 1. qui dicit, quod isto casu clericus non est testis, idemq; dicunt alij congesti per Farin. in pract. crim. quest. 61. nu. 57. & hoc procedit, tam si Clericus est in minoribus, quam si est in maioribus constitutus, quia vterque repellitur ab huiusmodi depositione, vt per Farin. in d. quæst. 61. nu. 59. qui nu. 61. di
10 cit, quod si de facto reperirentur examinati, adhuc non solum non probant, verum etiam nec faciunt inditium ad torturam, pro qua opinio
11 ne multos allegat, imò nec etiam de licentia Superioris possunt testimonium ferre in causa criminali, vt latè per Crauettam in cõs. 2. nu. 5. lib. 1. & Addentes ad Guid. Pap. in decis. 65. in litera A. quod adeò verum est, vt nec possint ferre testimonium in causa sanguinis, etiam quod pro
12 testentur, quod non intendit testimonium dicere, adhoc vt Reus pœna sanguinis afficiatur, iuxta tex. in c. 2. de homicid. in 6. si deponerent cũ tali protestatione, ea non obstante non euitabit irregularitatem, si Reus contra quem deposuit fuit affectus pœna mortis, vel mutilationis mébri, Felyn. in cap. de cætero num. 1. de testibus, Marta de iurisdict. casu 136. nu. 9. centur. 2. par. 4. Clarus in §. fin. quæst. 24. num. 9. vbi testatur de communi Caualc. in tract. de testibus par. 4. num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Relegatus potest finito tempore redire absque licentia ad locum à quo fuit relegatus, & sic fuit decisum.*
2 *Prohibitum ad tẽpus, post illud censetur permissũ.*
3 *Fideiussor obligatus vsq; ad certum tempus, eo trãsacto, intelligitur liberatus ope exceptionis.*
4 *Tempus non est modus inducendæ, nec tollendæ obligationis.*

An relegatus finito exilio possit redire absq; licentia Curiæ ad locum, à quo fuit relegatus.

DECIS. LXII.

1 ARticulus iste fuit affirmatiuè decisus, vt scilicet relegatus ad certum tempus, finito tempore absque licentia Curiæ possit ad locũ à quo fuit relegatus redire, vt voluerũt in proprijs terminis Bal in conf. 34. vol. 3. Dec. conf. 61. vol. 1. Alban. conf. 60. nu. 6. & seq. Mandellus conf. 31. nu. 4. Burs. conf. 123. & dicunt non obstare doctrinam Castrens. in cõtrarium in l. Imperator ff. de postulando, quia intelligitur, quando quis mortuus est infra tempus relegationis, quia vt dici possit exigitur licentia Principis, secus si tẽpus esset finitum, quia tunc posset liberè redire,
2 & hæc opinio fulcitur ex eo, quia prohibitum ad tempus, post illud elapsum censetur permissum, ad textum in l. Imperator. ff. de postulãdo, & hinc fideiussor, qui ad tempus intercessit, eo
3 transacto adstrictus nõ intelligitur, l. labeo 2. §. sed si per fideiussores, & ibi Bar. de recept. arb vnde si quis ad annũ tantum fideiusserit, eo trãsacto procul dubio finita intelligitur eius obligatio l. si fideiussor §. fin. cũ glosa ff. mãdati, Abb. in cap. constitutus num. 11. de fideiussor. Alciat. conf. 5. nu. 15. lib. 8. sequitur Menoch. in consil. 222. nu. 23. & 43. Decian. conf. 72. nu. 13. & seq. libr. 2. hinc etiam fuit resolutum in Rota apud Robuster. in vna Romana societatis die 23. Iunij 1572. vt testatur Mantica de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 17. ti. 21. sub nu. 1. vbi dicit, quod quamuis tempus non sit modus inducen-
4 dæ, nec tollendæ obligationis l. obligationum ferè §. placet ff. de action. & oblig. tamen transacto tempore, exceptio competit l. eum qui ita §. qui ita stipulatus de verb. oblig. & §. at si ita stipuleris institu. eodem, & glosa in d. §. placet, & in l. nemo potest de legatis.

SVMMARIVM.

1 *Testis deponens se aliquid vidisse nocturno tempore non lucente Luna nihil probat.*
2 *De nocte quis non potest videri, nec cognosci.*
3 *Te-*

3 Testis deponẽs de actu nocturno, de falso suspectus est, nisi etiam non interrogatus addat rationẽ, quod Luna lucebat.

4 Testis deponens de delicto nocturno, debet dicere vidi, quia hora commissi delicti Luna lucebat.

5 Nec sufficeret dicere credo, quod Luna lucebat, sed debet affirmare.

Rubricatio, siue magriata, an probetur per testes deponentes de nocte, non lucente Luna.

DECIS. LXIII.

1 CVm aperta sit iurium dispositio, testem deponentem de actu gesto nocte, seu nocturno tempore, & tunc se vidisse, & cognouisse aliquem committentem maleficium, vel aliqua proferentem non lucente Luna, & absque lumine accenso nihil probare, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, vt habetur per glosam, & reliquos Scribentes in l. si cum exceptione §. in hac, in verbo ignorat ff. de eo quod metus causa, Menoch. de Arbitrar. Iudic. casu 279. lib. 2. Rota Genuẽs. in decis. 3. Mascard. de probation. cõclus. 1114.
2 Gramat. cons. crimin. 45. & cons. 58. de nocte. n. quis non potest videri, nec cognosci, & hinc est,
3 quod testis deponẽs de actu nocturno suspectus est de falso, nisi etiam non interrogatus addat rationem quod Luna lucebat, vt voluit Bald. in l. si non speciali nu. 1. vbi etiam Iason num. 10. Cod. de testam. eum sequuntur Gramat. voto 21. Roland. cons. 7. nu. 29. Farin. de opposition. contra personas testium, qu. 62. nu. 38. Clarus in libro 5. §. fin. q. 21. nu. 3. Bossius in sua praxi in tit. de iudicijs nu. 172. Decius cons. 173. nu. 4. Burs. cons. 316. nu. 14. libr. 3. quia immò voluit Hugo
4 in cons. 62. nu. 5. vt non sufficiat dicere, quia lucebat Luna ea nocte, sed dicendum est, vidi quia hora commissi delicti lucebat Luna, nec etiam
5 sufficeret dicere, vidi, quia credo, quod tunc luceret, sed debet affirmare, quod Luna lucebat, vt post Crotum, Roläd. & Nattam voluit eos referens Bertazol. in cons. crimin. 316. & rationem afferunt omnes, quia cum deponant de re, quæ est contra naturam, à se ipsis naturaliter reprobantur, quod notatur etiam in syntag. commun. opin. par. 3. loco 3. in tit. de probationibus c. 26. & sequitur Rota Genuens. in decis. 3. propterea fuit decisum, rubricationem, seu Magriatã, quã deponebant testes fuisse de nocte factam à quadam persona non fuisse probatam per testes deponentes de nocte, non lucente Luna.

SVMMARIVM.

1 Auxilium quis delinquenti præstare præsumitur, eo ipso, quod assistit cum delinquente armatus prope.

2 Auxilium præstare dicitur armatus assistens delinquenti, etiam si arma non tractaret.

3 Cinctus armis, etiam si ad ea manum non apponat dicitur vim cum armis inferre, etiam si arma sua deponat.

4 Qui se armis induit de rixa præsumitur cogitare.

5 Assistentia in delictis non est punienda vbi casu illa fit.

6 Armatus assistens non vt maleficio faueat, non dicitur auxilium præstare.

7 Cessante dolo, delictum non committitur, neque punitur.

8 Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.

Assistentia in delictis, quando sit punibilis.

DECIS. LXIV.

ET si iura sint clara, quod auxiliũ delinquenti quis præsumitur præstare, eo ipso quod
1 quis assistat armatus homicidio, quod committitur, vt innuit textus in cap. sicut dignum extra de homicidio, glos. in l. licet vers. iam cuncti, C. de pactis, Alexand. in cons. 138. nu. 4. lib. 6. Bart. in l. si in rixa col. penul. ff. de sicarijs, Romanus cons. 97. Guid. Pap. in decis. 437. adeo, quod secundum Felin. in cap. sicut dignum nu. 5. de homicid. necesse nõ est aliud quid vlterius ꝓbare, quam quod armatus adstiterit delicto cum delinquente, sequûtur Ancharanus cons. 216. col. 1. Bald. in l. data opera 2. col. Cod. qui accusari non possunt, & ratio est, quia præsens astaret, vt ille securus, & commodius committat scelus, secundum eundem in l. ob hæc verba nu. 5. ff. de
2 his qui notantur infamia, quod ampliatur etiam, si talis armatus assisteus, arma nullo modo tractauit, nam ipso iure præstaret auxilium, notat glos. in l. 2. §. etsi quis ff. vi bonorum raptorum, & l. 3. §. armis deiectum ff. de vi, & vi armata, Innocent. in cap. continentia de Clericis percussoribus, Capra in reg. 80. nu. 60. & Bar. in l.
3 3. §. armis deici ff. de vi, & vi armata, qui dicit illum, qui armis latus habeat cintum, etiam si illa non strinxerit, tamen dicit vim cum armis intulisse, idem voluit Roman sing. 568. Soccin. qui dicit ita te obtinuisse in facto in cap. qualiter, & quando il 2. ar. 60. de accusationib. Gramat. cõs. 43. nu. 3. pulchre Alexander cons. 98. vol. 3. Baldus in d. l. ob hæc verba ff. de his qui notantur infamia, nam secundum eũdem in l. 1. col. 2. Cod. de seruis fugitiuis: qui cum delinquente stat, licet arma nõ tractet, tamen armatus præsumetur
4 ex proposito ad hoc eum associasse, nam ille, qui arma induit præsumitur de rixa, & bello cogitare, teste eodem Bald. in l. non ideo minus col. fi. vers. pone, quod stetit armatus de accusationib.

Tamen fuit pluries dictum in Curia Archiepiscopali, assistentiam in delictis non esse puniendam,
5 vbi casu illa contingeret, ex doctrina Blãc. in sua prax. crimin. sub rub. defensiones per imputatos de auxilio post alios ibi per eum citatos tenentes, neminem puniri posse ob tale auxiliũ, & iuxta hanc opinionem fuisse decisum refert Rot. diuers. Lucens. decis. 39. enim assistens nõ
6 vt maleficio faueat, non dicitur auxilium præstare l. cum alteri §. sed in eo vbi Rom. nu. 1. ad Syllan. Mant. cons. 281. lib. 1. & non est aliquo modo puniendus, vt per Clarum in §. fin. vers. quem nun-

7 nunquid in fine q. 90. quia cessante dolo delictũ non committitur, neq; punitur l. qui reipublicæ. ff. de iniurijs, l. 1. §. Diuus Adrianus ff. ad l. Cornel. de sicarijs, cũ in delictis attendatur animus, & voluntas, non autem exitus, vt dicit tex. in d. l. 1. §. D. Adrianus, & l. si quis seruo, ff. de furtis, Gomes. de delictis tom. 3. cap. 3. tit. de homicid. num. 15. Tiraquell. de pęnis caus. 52. num. 2.

SVMMARIVM.

1 *Mulier, quod possit ob morbum gallicum petere separationem matrimonii, probatur ex duobus num. 4. & 5. contrarium seruatur in praxi nu. 6. & hoc ex duobus num. 7. & 8.*

2 *Coniux febre laborans, non tenetur reddere debitum.*

3 *Coniuges possunt se excusare à reddendo debitũ post prandium nuper desumptum.*

An morbus gallicus inducat iustam causam separandi matrimonium quoad Thorum.

DECIS. LXV.

1 FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an ob morbum gallicum possit vxor petere separationem matrimonij quoad Thorum, & dubitationem faciebant pro affirmatiua parte nõnulla. Primò, quia ob periculum, seũ detrimentum salutis non tenentur coniuges ad inuicem cohabitare, quia vitæ dominiũ minimè habent, atque ita curam moderatam illius tuendæ habere obligantur, vt nec illam graui discrimine exponere possunt, vbi vrgentior causa non cogit, ita Sot. 4. dist. 321. quęst. vnic. artic. 1. conclus. 2. vbi dicit esse graue peccatum, & Ledesm. dicit fortè esse culpã læthalem lib. 2. par. 4. q. 66. art. 1. fol. 124. col. 4. §. sed in oppositum, P. Sot. sect. 26. de matrimonio §. sunt etiam pręter hęc, docet ex suo genere esse hoc mortale, atq; clarè sentiunt Caiet. in summa verbo matrimonium c. vlt. de peccatis in vsu matrimonij vers. 4. Armill. num. 68. vbi dicunt, esse mortalem vsum coniugis cum notabili damno proprio, & licet non explicent de redditione, tamen indistinctè

2 loquuntur de actu coniugali, vnde coniux febre laborãs non tenetur reddere debitum, Palud. 4. dist. 32. q. 1. art. 2. num. 7. vbi dicit, coniugem infirmum non teneri reddere, & docent d. Sot. 4. dist. 32. q. vnic. art. 1. ad 2. Ledesma lib. 2. par. 4.

3 quæst. 66. artic. 1. hinc est, quod post prandium nuper desumptum sæpe excusantur coniuges à reddendo debito, quia teste Vega de arte medendi lib. 2. cap. 4. periculum est incurrendi cruditatem, aut ciborum corruptionem, nisi validus admodũ is fuerit, & multoties experientia manifestè cognouerit, nullam pati læsionem, ex Palud. 4. dist. 32. q. 1. art. 2. nu. 8. refert, se à Medico quoddam didicisse, virum quendam in phtisim incidisse, quia solitus erat post prandium cogno-

4 scere vxorem. Secundo, quia in proprijs terminis quando alter coniugum laborat morbo gallico, quod non teneatur cohabitare, tenuerunt Vict. de matrimonio, nu. 275 Sotus 4. dist. 32. q. vnica art. 1. Henriquez de matrim. lib. 11. c. 18. nu. 7. Ledesma de matrim. q. 64. art. 1. dub. 2. imò

5 idem de quocunq; morbo contagioso dicendum est, ob eandem rationem ait Med. C. de restitut. q. 19. §. vlt. Ledesma lib. 2. par. 4. q. 66. artic. 1. & idem Ledesma dub. 72. de mat. conclus. 1. Armilla verbo debitum nu. 3. & verb. matrimonium num. 96. Costa de remed. subsid. cap. 13.

6 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium obseruatur in praxi, & hoc ex pluribus. Primò, quia lepra æquiparatur morbo gallico, & tamen non est iusta causa inducendi sepa-

7 rationem, cap. 1. & 2. de coniug. leprof. ibi, mandamus quatenus vxores, viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt sequantur, & vt eis coniugali affectione ministrent, solitis exortationibus inducentur, si verò ad hoc induci non potuerint eis arctius iniungas, vt vterq; altero viuente continentiam seruet, & in d. cap. 2. dicitur, quoniam nemini licet excepta causa fornicationis vxorem dimittere, constat, quod siuè mulier lepra percussa fuerit, seù alia graui infirmitate detenta, non est à viro propterea separãda, aut etiam dimittenda, idemque videtur probare tex. cap. si vxorem 32. q. 5. quod sumptum est ex D. Aug. de serm. Domini in monte lib. 1. cap. 33. ibi, si vxorem quis habeat sterilem, vel si quid aliud siuè morbi laboribus, & doloribus confectam, & quidquid, excepta fornicationis causa vehementer horribile excogitari potest pro societate, fideq; sustineat: Tum secundo,

8 quia hodie facillima est medela, quæ occurri potest præfato morbo, & consequenter iudicauimus, non esse concedendam pręfatam Thori separationem, & sic fuit exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio probatoria est peremptoria, & semel datur.*

2 *Et illa decursa, atque elapsa non conceditur alia dilatio, nisi adsit magna causa.*

3 *Dilatio probatoria datur secunda, si iustum impedimentum adfuerit, quin probationes fieri non potuerint in prima dilatione.*

4 *Quod impedimentum est probandum.*

5 *Dilatio probatoria datur secunda, si litiganti post lapsam primam dilationem superuenissent nouæ probationes.*

6 *Secunda dilatio probatoria conceditur, si data prima dilatione, qui petit nouam dilationem facto aduersarii, qui opposuerit multas exceptiones, impeditus fuerit probationes facere.*

7 *Conceditur secunda dilatio probatoria, quoties in iudicio exurgeret noua exceptio, nouumq; aliud incidens.*

8 *Noua dilatio est danda, quando fit noua additio ad libellum.*

9 *Absq; causa poterit Iudex supplere aliam dilationem, quando prima dilatio non fuisset integra.*

10 *Conceditur noua dilatio, quando factum aduersarii non est factum deterius.*

11 *Quando noua actio accumulatur, noua dilatio dari debet.*

12 *In criminalibus, etiam publicatione in causa facta, dilatio datur, vt ad defensã testes recipi possint.*

13 *Regulariter nemini, siue confesso, siue conuicto debent dilationes denegari.*

E Dilatio

Dilatio probatoria nūm sit peremptoria, & propterea semel sit concedenda.

DECIS. LXVI.

1 ABsque vlla difficultate fuit pluries decisum,
& quotidie sic seruatur, omnem dilationem
probatoriam esse peremptoriam, ita quod alia
non datur, sed semel illa conceditur, & perem-
ptoria intelligitur, etiam si non exprimatur, vt
post Bart. in l. mancipio num. 6. ff. de option. le-
gat. & Alex. in l. fin. notab. 1. ff. de ferijs sequuti
sunt Capyc. in decis. 81. Triuis. in decis. 37. & de-
cis. 59. num. 3. & 4. lib. 1. Gail. pract. obseru. lib. 1.
obseru. 91. Duen. in regula 200. & regula 201. cū
alijs, quos adducunt Surd. in cons. 97. nu. 16. &
17. vol. 1. & Maranta in sua pract. par. 2. actu 3.
2 nu. 2. & illa decursa, atq; elapsa nō conceditur alia
dilatio, nisi adsit magna causa, vt per Bellamer.
in decis. 523. & ita etiā de iure Regni prorogatio
fieri nō potest, vt sancitur per pragm. post prædi-
3 ctas de ordin. iudic. licet possit dari alia dilatio
secunda, si iustum impedimentum adfuerit, cum
probationes fieri nō potuerint in prima dilatio-
ne l. oratione, ff. de ferijs, Ias. in l. fin. nu. 23. & 35
& 36. ff. eod. Capyc. in d. decis. 81. nu. 2. Lanfrāc.
in c. qm̄ contra in verbo dilationes sub nu. 6. de
probat. Isernia in constit. Regni lite legitimè cō-
testata, Gail. pract. obseru. lib. 1. d. obseru. 91. Be-
4 nintend. in decis. 45. quod impedimentum esse
probandum, aliter quam per iuramentū, voluit
Abb. in cōs. 64. col. 2. vol. 2. Benintēd. in dec. 45.
nu. 4. & 5. & debere interuenire causæ cognitio-
nem, voluit Lanfranc. in d. c. qm̄ contra in verbo
dilationes nu. 9. & 10. vbi ait probari oportere
per plures probationes, & si de facili haberi non
possint, tunc solum iuramentum sufficeret, si es-
set persona honesta, & fide digna, vt habetur per
Iserniā in d. constit. lite legitimè contestata, & si
5 litiganti post lapsam primā dilationem superue-
nissent nouæ probationes, posse ei nouā dilationē
tribui scribunt Bal. in l. admonendi col. 2. ff. de
iure iurando, Salyc. in l. 1. C. de dilat. sequitur Ias.
6 in l. fin. nu. 36. ff. de ferijs, vt etiā si data dilatione
impeditus fuerit, qui petit nouā dilationē facto
aduersarij, qui opposuerit multas exceptiones,
quibus impeditus fuerit ꝓbationes facere, nā fa-
ctū partis impedientis ipsi nocere nō debet, quin
detur noua dilatio, vt post Alex. in cons. 72. col. j.
7 vol. 3. sequitur Marāta in sua pract. d. actu 2. n. 8.
& pariter dicitur, qn̄ in iudicio emergeret noua
exceptio, nouūq; aliud incidens, quia si id consi-
stit in facto super eodē emergenti, poterit noua
dilatio peti, arg. tex. in c. pastoralis de except. de
nouo enim emergentia, nouo indigent auxilio l.
de ætate §. ex causa ff. de interdic. Gail. pract. ob-
8 seru. lib. 1. d. obseru. 91. nu. 12. & qn̄ fieret noua
additio in libello, qd̄ noua dilatio sit concedēda,
voluerunt Ias. in d. l. fin. nu. 4. ff. de ferijs, Zasius,
& Ang. in l. 1. §. si quis stipulanti ff. de oblig. Spe-
cul. in tit. de libelli oblat. vers. sed, & si, & idē est
9 dicendū, quoties dilatio non esset data integra,
puta si essent dādi viginti dies, vt in hoc Regno,
& tn̄ essent dati decē, quia Iudex posset supplere
aliā dilationē absq; aliqua causa, vt habetur per
Ias. in d. l. fin. nu. 37. ff. de ferijs, sequitur Bar. in
l. 1. C. de dilat. voluit Innoc. in c. vltra tertiā de
10 testib. & qd̄ sit concedenda etiā noua dilatio, qn̄
factum aduersarij nō est factum deterius, scribit
Capyc. in d. decis. 81. sub n. 3. post Bar. in d. l. fin.
ff. de ferijs, vbi etiā Alex. Butr. & Imol. in citat. c.
11 vltrà tertiā de testibus, & noua actione accumu-
lata, nouā esse concedendā dilationem, videndæ
sunt glos. quæ hoc dicunt in c. literæ extra de di-
lat. & in l. edita in verbo edita C. de edendo, vbi
Bar. nu. 27. & Ias. in cit. l. fin. nu. 45. ff. de ferijs; vt
12 sic etiā in criminalibus causis, etiā publicatione
in causa facta nouā dilationem dari, vt ad defen-
sam testes recipi possint post alios concludit Ca-
pyc. in d. decis. 81. nu. 4. & de iure cōi in crimina-
libus dari duas dilationes, accusatori verò tres,
scribit post glos. & Ang. Ias. in d. l. fin. nu. 32. ff. de
ferijs, quod optimè declarat Lanfranc. in cit. c.
quoniā contra in verbo dilationes sub nu. 8. ex-
tra de probat. Scappus de iure non scripto lib. 3.
c. 48. nu. 3. & 4. valet autem defensio, & si facta
sit absq; termino, & dilatione Bar. in l. vniuers.
§. cognitur nu. 2. ff. de quæstionib. & in l. in crimi
nali, ff de adult. Bal. in l. 1. C. qui accus. non poss.
13 nemini enim regulariter, siuè confesso, siuè cō-
uicto sunt denegādæ defensiones, vt habetur per
Grāmat. in decis. 36. nu. 53. Cabal. resol. crim. ca-
su 41. nu. 2. Farinac. quæst. crimin. lib. 2. tit. de in-
dicijs, & tortura q. 39. ampliat. 10. n. 32. & in hoc
nostro Regno per constitutionē Federici II. Im-
peratoris quę incipit, lite legitimè cōtestata pro-
uisum est, quod tam in causis ciuilibus, quam in
criminalibus, in primo termino, & dilatione da-
ta producantur omnia, & hinc Sacr. Consil. ob-
seruat, quod post terminū nec nouos articulos,
nec nouos testes admittit, nec nouam dilationē,
sed ęquitate attenta obseruat, vt reus in crimina-
libus absq; aliquo termino, vel dilatione exami-
net ad defensam, & pinguius probet, vt dicunt
Carauita in ritu 69. nu. 12. Follet. in pract. crim.
in verbo, & facta litis contestatione nu. 9. & Ca-
pyc. in pluries citata decis. 81. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Parentibus debemus obedire, & nu. 4.*
3 *Obedientia debita excusat à delicto.*
5 *Iustus dolor excusat à delicto.*
6 *Decisio articuli.*
7 *Relegatus frangens relegationem est puniendus.*
8 *Excipienti incumbit onus probandi.*
9 *Regula, qui pro se habet ab onere probandi rele-
uatur.*
10 *Respondetur contrariis.*

An Relegatus recedens ab Insula, ad effectum visitandi matrem in vltimis constitutam, censeatur fregisse relegationē, ita vt possit incusari pœna contra fideiussorem.

DECIS. LXVII.

1 PRo nonnullis excessibus patratis à quodam
clerico, fuit ipse ad septennium relegatus, &
cum post multum temporis spatium accidisset,
quod eius mater graui torqueretur morbo, ita

vt

vt existeret in articulo mortis, coactus materno amore, & vt patri, à quo literas receperat obediret, recessit ab Insula, ad finem prædictum, quare cũ captus fuisset à Cursoribus Curię Archiepiscopalis, fuit dubitatum, an esset puniendus vt fractor relegationis, & consequenter, si incideret in pœnam in ipsius obligatione, & fideiussione contentam, & pro ipso clerico dicebatur, in nullam pœnam incidisse, ex pluribus, & primo,
2 quia ei necesse erat incumbere paternis præceptis l. is damnum dat §. 1. ff. de regulis iuris, l. seruus ff. de act. & oblig. vnde in l. liber homo ff. ad
3 l. Aquil. habetur, quod obediẽtia debita, vel promissa, excusat à delicto, & clarum est in iure pa-
4 rentibus esse obediendum, l. vnica C. de emend. propinq; l. reluci ff. de iustitia, & iure, ibi parentibus, & patriæ pareamus, & facit tex. in auth. si verò ff. de nuptijs, vnde Cicero in primo officiorum ait, ortus nostri partem patria vẽdicat, partem amici, & comprobat tex. in l. 1. §. & generaliter, ff. de ventr. in possess. mittend. de quo etiã per Bal. in l. penult. vbi bonus tex. & ibi per Angel. & Fulgos. ff. de postulãd. & sm̃ Specul. filius Aduocatus potius debet aduocare pro patre, quã pro patria; Insuper dicebatur, supradictum clericum recessisse ab Insula ob vehementem dolorem, quem habebat de timore mortis matris, &
5 in iure iustus dolor excusat à delicto l. si quis in graui §. maritus ff. ad Syllan. & in l. si adult. cum incestu §. Imperator ff. de adult. Afflict. super 1. par. constit. Regni rubr. 46. nu. 1. & tandem dicebatur, hoc fecisse motum amore materno, & affectionis causa, quæ excusant à delictis l. aut ff. ad Trebell. & delinquens causa amoris, non est puniendus, sm̃ Clarũ in sua pract. q. 60. nu. 13. & Cassan. in consuet. Burgund. fol. 39. nu. 13.

6 Supradictis tñ non obstantibus, contrarium fuit resolutum, s. non esse excusandum ex iuris conclusione, enim est regula, relegatũ frangen-
7 tem relegationem esse puniendum l. relegati ff. de pęnis, sufficit enim fisco habere regulam pro se, & qui vult dicere esse exceptionem in contra-
8 rium, debet probare, c. ad decimas de restit. spoliat. in 6. cap. venerabilibus §. potest quoque, de sententia excommun. in 6. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 28. num. 6. Felin. in cap. quoniam frequenter col. 3. vt lite non contestata, Menoch. cons. 72. num. 3. Roland. cons. 5. nu. 6. vol. 4. Corn. cons. 132. Deci. responso 80. nu. 16. vol. 2. Neuiz. cons. 30. nu. 1. Bellamera cons. 35.
9 nu. 45. & hinc emersit regula quod qui ex parte sua habet intentionem fundatã, onere probandi subleuetur, vt tradit Bart. in l. quoties ff. si quis caut. Dec. in l. 1. nu. 6. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. Iudi. casu 80. nu. 108. Decian. respons. 53. nu. 8. & 9. Bertazol. cons. 72. nu. 7. Roland. cons. 93. num. 10. vol. 2. Alex. cons. 79. num. 5. vol. 7. & Mascard. alios referens de probat. conclus. 1267.

10 Non obstant in contrarium adducta, & præsertim illud de obedientia, quia respondetur, illa habere locum in rebus licitis, & in his quæ non sunt de genere prohibitorum, prout est frangere relegationem, eò magis, quia probabatur, præfatum clericum, etiam matre mortua in Ciuitate permansisse.

SVMMARIVM.

1 *In casibus, in quibus iura desiderant plenam satisdationem, sufficit iuratoria cautio, quando ob paupertatem fideiussores non inueniuntur.*
2 *Cautio nuda comprehenditur nomine cautionis.*
3 *Cautio iuratoria non est sufficiens, vt vxor possit cogi ad cohabitandum cum viro, & quare.*
4 *Cautio sufficiens, quæ dicatur.*

Qualis cautio desideretur, vt vxor ad cohabitandum cum eius viro cogi possit.

DECIS. LXVIII.

IN quadam causa vertente in Curia Archiepiscopali super separatione matrimonij ob caput sæuitiæ, fuit dictum pro parte viri, esse faciendam restitutionem eius vxoris, stante quod ipse sit paratus præstare cautionem de eam bene tractando, sed quia pro parte mulieris dicebatur, hanc cautionem non esse recipiendam ex eo, quod maritus offerebat præstare iuratoriam cautionem, excusando se, quod propter eius notoriam paupertatem non inueniebat fideiussorem, vnde fuit dubitatum quid iuris, & ego dicebam prima facie, restitutionem vxoris fieri debere cum iuratoria cautione, nam in casibus, in
1 quibus iura desiderant plenam satisdationem, sufficit iuratoria cautio, quãdo ob paupertatem fideiussores non inueniuntur, l. cum non facile ff. si plusquã per legem Falcid. glos. in c. Odoardus in ver. iuratoria cautio de solutionibus, Surdus decis. 141. Cacheran. decis. 113. Guid. Papa decis. 150. Misinger. obseru. 11. cent. 2. Thesaur. Filius decis. 21. Gail. decis. 47. lib. 2. de Franchis decis. 497. idem Guid. Pap. decis. 189. item, quia
2 cautionis nomine, nisi aliquid addatur, nuda cautio comprehẽditur, l. sancimus, C. de verborum significat. latè Barbos. in l. diuortio §. interdum num. 22. ff. soluto matrimon. Quesad. lib. 1. qq. iud. quæst. 11.

3 Cæterum præfatis minimè obstantibus, Curia Archiepiscopalis iudicauit, non esse recipiendam iuratoriam cautionem prædictam, & mota fuit ex pluribus. Primò, quia sufficiens cau-
4 tio dicitur quando est cum fideiussoribus, vel pignoribus l. si mandato Titij §. fin. ff. mandati l. 1. ff. qui satisdar. cogantur, licet regula iuris sit, viro non habente pignora, nec inueniente fideiussores, quia pauper, aut aduena est, sufficiat cautio iuratoria de non offendendo, Rodriquez in summa cap. 240. num. 1. Vega 1. tom. cap. 86. cas. 4. Sanchez lib. 11. disput. 18. Tum secundo, quia fideiussione idonea minimè præstita, vxor assidua formidine, ac suspitione opprimeretur, pullularentque multa, & non exigui momenti, quæ fœderi, & amori coniugali valdè aduersantur, secundũ Guttierez in l. nemo potest nu. 291. ff. de legat. 1. Tum tandem, quia vbi persona est suspecta, vel extat timor offensionis, vt in casu nostro, non sufficit iuratoria cautio, Guido Papa decis. 250. Viuius decis. 341.

SVMMARIVM.

1 *Monitoriales literæ contra testes sunt concedendæ.*
2 *Testes non dicentes veritatem peccant mortaliter.*
3 *Testis tenetur dicere veritatem pro vtraq; parte.*
4 *Præceptum testibus fit, quando illi sunt certi.*
5 *Monitoria, quando sunt concedenda contra testes.*
6 *Praxis in monitorio testium.*
7 *Contra impedientes testes, possunt monitoria concedi.*
8 *Monitorium contra testes simplicem conuentionem scientes, ac conscios simulati contractus est concedendum.*

Monitoria, an possint concedi contra testes.

DECIS. LXIX.

1 PLuries fuit decisum, monitoriales literas cōtra testes, qui negotij veritatem sciunt non esse denegandas, cum peccatum mortale sit in
2 testibus tacere veritatem, cap. quisquis 11. q. 3.
3 cap. 1. de crimine falsi; & testis tenetur dicere veritatem pro vtraq; parte, vt habetur per Castillum in decis. 91. Francisc. Marc. in decis. 835. post Bar. in l. generaliter C. de Episc. & cleric. quod procedere intelligunt, cum eorum nomina ignorantur, vel aliter nollent deponere ad tex. in cap. ad nostram el 2. de iureiurando, quē indistinctè procedere inquit, ibi Abb. nu. 2. nedum si de peccati materia agitur, sed etiā vbicunq; testes possent compelli, licet corām sæculari Iudice tractanda res sit, Abb. in cap. constitutus de testib. cog. Sylua nuptial. glos. monitoriæ ampl. 5. num. 46. Vgolin. de potest. Episcopi par. 15. nu. 1. Rosell. in sum. verb. excommunic. 25. Siluester eod. verb. 25. nu. 48. Alex. cons. 55. num. 4. vol. 4. Lazar. canonic. quæst. sect. 3. q. 11. num. 26. & licet iurassent non reuelare, cap. intimauit de testibus, Ripa de peste in titul. de remed. ad curandam pestem num. 121. Cappella Tholos. in decis. 241. Nauar. in cap. inter verba 11. quæst. 3. quia tale iuramentum eos non obligat, vt ex Innoc. Abb. Felin. Angel. & Cappella Tholos. concludit Caroccius in decis. 4. num. 2.
4 imò si certi illi sint, potest fieri præceptum, quod veritatem coram sæculari Iudice deponāt sub pena excommunicationis, Abb. in cap. ad nostram il 2. de iureiurando, & in consil. 133. num. 3. lib. 2. & notat Zabarella in clement. 1. §. cæterum de vsuris, licet tale præceptum fieri nō debeat personis qualificatis, nempe Titulatis, & similibus, & ratio est, quia præsumptio est pro eis, quod ob eorum qualitatem nollent tacere veritatem, vt testatur Lazar. canonic. quæst. sect. 1. quæst. 16. num. 12. in fine: hinc usu recep-
5 tum est in Curia Neapolitana, quod quādo pendet lis, & est datus terminus in causa, si non sunt citati testes, quia adhuc possunt ignorari, conceduntur monitoria, secus vbi sunt citati, quo casu solet fieri præceptum citatis, quod veritatem deponant coram eorum Iudice, vt supradictum est, & tale præceptum fieri potest, non solum quando pars scit testes esse verè informatos de facto, sed etiam si præsumat verisimiliter esse informatos, nempe si sint vicini, vel similes, & sufficit, quod petens præceptum nominet testes, qui volunt deponere, absq; eo, quod probet fuisse ab alijs vocatos in contestes, maximè, quia tale præceptum fit in causis ciuilibus, & practi-
6 catur quoque, quod quando testes sunt citati, solet D. Vicarius concedere monitoria, cum clausula, dummodò non recipiantur reuelationes testium citatorum, vel testes citati non comprehendantur in monitorio; sed quando testes fuerunt citati in numero copioso, puta triginta, vel quadraginta, solet Vicarius in totum denegare monitoria, quia non est verisimile, partes non posse scire negotij veritatem; quā suprapositam
7 principalem conclusionem Amplia primò, vt concedi possint monitoria, siue generalis excōmunicatio, etiam contra omnes impedientes testes prædictos in causa, vt notabiliter voluit Abb. in cap. constitutus il primo de testibus, Guttierez lib. 1. Canonicarum quæst. in cap. 11. nu. 36. Rodriquez in summa par. 1. cap. 79. nu. 5. Lazar. citata quæst. 16. Amplia secundo etiam
8 contra testes scientes quandam simplicem conuentionem, vel pactum nudum fuisse factum inter aliquos, Lazar. citata quæst. 16. Monald. consil. decis. 60. vol. 1. Lanfranch. decis. 25. Merenda consil. 17. Amplia tertio, vt etiam decerni possint contra conscios simulati contractus in graue tertij præiudicium, vt puta si quis fictè, & apparēter fecisset donationem, & venditionem, vel cessionem prædij alicui exempto, & priuilegiato, vt publico Lectori, siue possessori, vt à Collectarum, & ruralium onerum solutione liber esset, quia cùm hoc tendat in præiudiciū, & damnum illorum, ad quos postmodum pro rata huiusmodi collectæ soluendæ, onus spectabit, iuxta tradita per Cost. in tractatu de port. ratā quæst. 149. num. 2. & quæst. 157. in hoc casu, & similibus ad monitoriales iure recurri potest, vt testes de hac re edocti teneantur manifestare simulationem, & detegere, ne talis fraudulēter cum aliena iactura locupletetur, argum. d. cap. ad nostram cum ibi notat. per Abb. conferunt etiam tradita per Nauar. in cons. 14. de donat. inter vir. & vxor.

SVMMARIVM.

1 *Post didicita testificata alii testes super eisdem produci non possunt, siuè in primo, siuè in secundo appellationis iudicio.*
2 *Veritas non est occultanda.*
3 *Ecclesia, quando audiatur in producendis testibus.*

Didicitis testificatis, an Ecclesia possit alios testes super eisdem articulis producere.

DECIS. LXX.

1 ET si clara sit iuris conclusio desumpta, ex textu in cap. fraternitatis de testibus, quod

quod non possunt recipi testes super eisdem capitulis post publicatas attestationes, siue in primo, siue in secundo appellationis iudicio versentur, clem. fin. de testib. vnde in §. qa verò in auth. de testib. disponitur, quod qui producunt testes, si eorũ dicta didicerunt, nouã nõ possũt productioné facere, & cũ tex. iste generaliter loquatur nõ debet restringi, & limitari in Ecclesia, in qua etiã potest vigere eadé ratio suspitionis, scilicet subornationis, secundũ Misinger. in cent. 1. obseru. 41. Menoch. de arbitr. iudic. casu 35. nu. 2. Cęual. pract. quęst. cõmun. contra cõmun. quęst. 350. nu. 18. Gabr. de testib. conclus. 22. nu. 12. & hinc est, quod si pendente lite, monitoria ab Ecclesiastico publicari contingat, quo tépore coram seculari Iudice super eadem materia iam sit publicatus processus, & didicita sint testificata, monitorij cursum, subornationis timore impediri posse inquit Sola in cõmen. ad decret. Sabaud. tit. nemo inuitus glos. 1. nu. 9. Costa de iuris, & facti scientia sect. 2. dist. 55. nu. 1. licet sm Panor. in c. dilectus nu. 1. & 2. de testib. cogendis possint cogi supradicti testes ab Ecclesiastico ad deponendũ, vt etiã sequitur Lazar. canonic. quæst. se-
2 ction. 1. q. 15. nu. 12. & seq. veritas enim non est occultãda Graff. in decis. aureis, lib. 4. c. 8. nu. 23. tom. 1. Franc. Marc. in dec. 1167. par. 1. & in decis. 382. par. 2. Tamen in Curia Archiepiscopali in quadam facti contingẽtia limitauimus supradictam regulam, non procedere, nec locum sibi
3 vendicare in Ecclesia, quã diximus esse audiendã per viam restitutionis in integrum ad producendos nouos testes super eisdé articulis, & hoc dũtaxat prẹmissa causæ cognitione super ipsa lęsione, & probationum omissione, per doctrinã Innoc. in proprijs terminis loquentem in cap. auditis de in integ. restit. & sic etiam iudicauit Rota, teste Achill. de Grassis in decis. 9. eod. titul. sequitur Afflict. in decis. 216.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Dantur duæ species pensionis.*
3 *Irregularis est capax pensionis.*
4 *Pensio non dicitur beneficium.*
5 *Pensio non potest resignari in fauorem.*
6 *Pensio non potest permutari.*
7 *Pensio dicitur onus temporale.*
8 *Si mandatur alicui prouideri de beneficio vigore dicti mandati de pensione prouideri non potest.*
9 *Regula de infirmis resignant. non comprehendit transferentes pensiones in articulo mortis.*
10 *Pensio potest transferri in articulo mortis.*
11 *Cap. 6. sess. 23. Conc. Trid. de reformat. non comprehendit pensionarium.*
12 *Pensionarius non tenetur residere.*
13 *Pensio non facit incompatibilitatem cum beneficio curato.*
14 *Pensionarius non obligatur ad officium magnum.*
15 *Pensio laico potest assignari.*

An irregularis sit capax pensionis.

DECIS. LXXI.

1 CVm reperiretur inquisitus quidam clericus de homicidio in personam cuiusdam Barbitonsoris, & fuisset condemnatus ad triremes per quinquẽnium, fuit dubitatum, si debebamus etiam eundem priuare pensione quã obtinebat,
2 in qua dubitatione vnus ex Dominis distinguebat, quod si huiusmodi pensio assignata fuerit eidem clerico in stipendium, puta pro seruitio tẽporali, seu alias, vt laico, quod tunc per homicidium illam ammittere non debebat, secus verò si fuerat assignata loco beneficij, vt commodius sustentari valeat, vel ex causa resignationis, nam cũ hæc cedat loco beneficij regulanda est quoad amissionem tanquam beneficium, & sic eisdem modis ammittitur, quibus, & beneficium, vt tradit Gabr. cons. 187. nu. 11. & cons. 200. lib. 2. qui ita quotidie practicari, & consuetudine, & stylo receptum attestatur Paris. de resign. benefic. lib. 3, quæst. 1. nu. 13. nec similiter ob eandẽ rationem potest huiusmodi pensio reseruari irregulari, Nauar. consil. 63. num. 5. de simon. dicens cõmunem, & cons. 44. nu. 3. de homic. dicẽs ità esse de stylo Curiæ, sequitur Paris. lib. 4. q. 3. nu. 37. Vgol. de irregularit. cap. 65. §. 1. nu. 3. & Sayrus de censuris lib. 6. cap. 2. num. 22.

Sed quidquid sit, ex supra relatis contrarium
3 fuit resolutum, videlicet clericum homicidam non esse incapacem retentionis pensionis, quam opinionem fundauimus ex doctrina Suarez tomo 5. disput. 44. sect. 3. num. 39. Emanuel. Sà in suis aphorismis confess. verb. irregularitas nu. 4. & 6. Henriquez cons. 22. num. 5. Galet. in marg. casuum conscient. in verb. pensio circa med. & secundum Garziam de benefic. par. 1. cap. 5.
4 num. 136. pensio enim non sapit titulum beneficialem, Gemin. in c. licet nu. 87. de permutat. benefic. in 6. nec est beneficium Ecclesiasticum, vt est communis opinio de qua per Seluam de benefic. par. 1. quæst. 3. nu. 10. Hoied de incompatib. benefic. in præfatio. nu. 3. & 2. par. cap. 7. nu. 4. Abb. in cap. ad audientiam 2. de rescript. & ibi Fely. ac alij Scribentes Anch. Gemin. Frãch. & alij omnes, & in cap. quamuis de præb. lib. 6. Staph. de grat. expectat. verb. forma 9. num. 12.
5 hinc pensio non potest resignari in fauorem, vt in specie tenet Sarnen. de infirm. resignant: quæst. 16. col. 2. in principio, quem ibi sequitur Mandos. colum. 1. versic regula in quæst. 11. vn-
6 de pensio non potest permutari, vt tenuit Petrus de Perus. in tractatu de permutat. benefic. in 1. par. quæst. 9. Gemin. in d. cap. licet num. 87.
7 de permutatione beneficij namque pensio non est perpetua vt beneficium, sed onus tempora-
8 le, Putens decis. 202. num. 3. lib. 3. hinc si mandatur alicui prouideri de beneficio, vigore dicti mandati, de pensione prouideri non potest, cap. quamuis el 1. de præbend. lib. 6. hinc re-
9 gula de infirmis resignantibus non comprehendit transferentes pensiones in articulo mortis, prout fuit decisum in Rot. tempore Leon. X. teste Sarnen. in citat. quæst. 16. de anno 1541.

tēpore Pauli III. ac die 13. Maij 1542. corā Thoma de Tanis in vna Gadic. prout attestatur Sarnen. in quibusdam addit. manusc. ad comment.
10 super regul. cancell. decis. 8. Mandos. d. q. 11. in fin. nam nulla lex prohibet huiusmodi translationes pensionis posse fieri in articulo mortis, immo pensio potest transferri in articulo mortis, etiam, quod in concessione simpliciter detur facultas transferendi, vt alias fuit sententiatum, teste Put. deci. 138. lib. 1. hinc die 19. Iunij 1586.
11 Sacra Congregatio Concilij censuit cap. 6. sess. 23. de reform. Concil. Triden. non compræhendere quoad priuilegium fori eum, cui fuit reser
12 uata pensio super fructibus alicuius beneficij: hinc pensionarius ratione huiusmodi pensionis non tenetur ad aliquam residentiam, Archid. in c. quamuis el primo nu. 2. vers. prouideri de preb. lib. 6. glo. & Io. Andr. in verb. in pensione, Franch. in 2. not. Auchar. nu. 2. vers. 3. collige, Gemin. in fin. verb. eo. c. quamuis, Card. in c. vl. q. 11. de cler. non resid. Io. de Anan. in c. non satis col. 2. de sim. Sarn. de ann. q. 21. Hiero. Paul. Ro. & Selua, quos refert, & sequitur Gig. de pēs.
13 q. 31. nu. 4. & communiter Doct. referunt, quod pensio non facit incompatibilitatem cum alio beneficio curato, vel requirēte residentiā, Imol. in clem. gratiæ nu. 10. de rescrip. Gig. de pens. q. 42. Duen. in reg. 71. in 5. limit. Bened. Capr. reg. 90. nu. 92. vt per multa resoluit Alfons. Hoied. de incōpat. benefic. par. 2. c. 7. in prin. hinc pen-
14 sionarius non obligatur ad officiū magnū Gig. de pens. q. 30. nu. 2. Domin. Sot. libr. 10. de iust. & iur. q. 5. art. 3. licet ad officiū B. M. V. ex præcepto Pij V. teneatur, hinc etiā pensio laico potest assignari, Card. in clemen. 2. q. 9. de off. ord. Caccialup. de pensio. q. 12. nu. 2. Gig. in eo. tract. q. 21. p totā. Petr. And. Gām. de auct. leg. à lat. lib. 6. tit. de pens. nu. 246. Redoan. de spol. ecclesiastic. q. 8. §. ad maiorem nu. 26. Rebuff. de pacif. poss. num. 151. Card. Paleot. in tract. de not. & spu. c. 58. nu. 4. & communiter Doct. cum declarationibus, vt per dictos Doct.

SVMMARIVM.

1 *Tenor instrumenti fundationis ad vnguem est attendendus in iurepatronat.*
2 *Priuilegii tenor est inspiciendus.*
3 *In dubio hæredes iuripat. succedunt, & quare.*
4 *Iuspatronatus ad hæredes iure hæreditario non autem sanguinis transit.*
5 *Fœmina non succedit vigore constit: in aliquibus ad iuspatronatus.*
6 *Hæres hæreditatem non potest repudiare, & iuspatr. acceptare.*
7 *Qualitas hæreditaria in iurispatr. successione requiritur.*

An qualitas hæreditaria sit necessaria, vt succedere quis valeat in iurepatronatus.

DECIS. LXXII.

SAepe cōtingit dubitari in Curia Archiep nū qualitas hæreditaria sit necessaria, vt succedere quis valeat in iurepatr. & semper fuerunt cōsideratæ sequentes conclusiones.

Prima sit conclusio, in dubio in materia iurispatr. esse ad vnguem attendendum tenorem in
1 strumenti fundationis, ita Bal. cons. 322. vol. 2. Alex. cons. 170. nu. 5. & seq. eod. vol. Alba. cons.
2 51. n. 41. & seqq. Mandel. cōs. 133. vti dicimus de priuilegio, cuius tenor semper in primis est inspiciendus, c. porro de priuilegijs l. nec exemplū C. de transact. latè Scribentes in c. contingit de probatio. Rot. diuers. dec. 1300. par. 3.

Secunda sit conclusio, vbi in instrumento fundationis nihil apparet de personis vocatis ad ius patr. sed constat simpliciter fuisse erectū, & tunc pſumi debet ea mēte fuisse fundatū, vt ad illud
3 nō admittātur nisi hęredes, cuius cōclusionis triplex est rō, prima, quia stipulādo aliquis, pse, intelligitur etiā pro eius hæredibus; quāuis de illis nulla facta fuerit mentio, l. secundum responsa, C. de contrahenda stipulatione, l. si hæres ff. de probationibus, Rot. Ianuensis in dec. 3. Henriq. cons. 25. Monal. cons. 50. secunda ratio, quia etiā pater stipulando rē pro se, & filijs, censetur stipulasse pro filijs, & hæredibus, glo. & DD. in l. si tibi decē, §. si pactus ff. de pactis, Bar. & alij in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. Bal. in l. 1. C. de suis, & legitimis, Lanar. cons. 89. & faciūt congesta per Afflict. & de Franch. ille in decis. 314. & iste in decis. 105. quibus addo dec. Rot. Rom. teste Verall. decis. 302. par. 1. tandē, tertia ratio est, quia in dubio semper censetur, testatorē se conformare dispositioni iuris cōmunis, secundum decisio. Rot. de qua p Seraph. in decis. 378. qua resoluitur, quod ad iuspatronatus non possunt admitti. Tertia, & vltima conclusio, quod iuspatronatus ad hæredes transmittitur, & acquiri-
4 tur iure hæreditario, non autem iure sanguinis, vt probant textus in cap. significauit de testibus in cap. 1. de iurepatronatus, & textus in clem. 2. eod. tit. quod procedit, siue huiusmodi hæredes sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamēto, siue ab intestato, gl. in c. cum seculum de iure patronatus, & in cap. considerandum, & in cap. piæ mentis 16. q. 5. Lambert. de iurepatr. 2. par. 1. lib. art. 15. Innoc. communiter receptus rub. huius tit. nu. 4. Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 18. nu. 6. Costa in repet. cap. si pater par. 2. in verbo Trebellianicam nu. 4. de testam. Didacus Perez in commento legū Hispaniæ lib. 1. tit. 6. l. 1. Spina in speculo testamentorum glo. 4. num. 45. & ante omnes Dec. in l. precibus Cod. de impub. & alijs substitutionibus.
5 Ex quibus primo infertur, quod hodie fęmina, quæ excluditur à successione vigore constit. Regni in aliquibus, censetur pariter exclusa à iurepatronatus, Innoc. citato loco in fine, Rochus de iurepatr. verbo ipse, vel is q. 6. Paulus de Citadinis in eiusdem nominis tractatu par. 5. q. 1. Greg. Lopez in l. 8. tit. 15. par. 1. glo. 4. Secundo infertur, quod etiam si alias patronus filios reliquerit, non ex hoc transmittitur in eos iuspatr. nisi sint hæredes, quia non consideratur qualitas sanguinis, sed hæreditatis, quando in hæreditate ipsa iuspatron. consistit, & ita intelligi debent textus in c. filijs, vel nepotibus 16. q. 7. &

cap.

cap. considerandum eadem causa, & quæst. & textus in c. constitutum 16. q. 1. & est communis opinio, secundum Gugliel. de Benedict. in c. Rainutius in verb. eodem testamento il primo nu. 261. de testamentis, Bar. in l. ius iurand. §. si liberi nu. 4. ff. de oper. liber. Molin. de primogenijs
6 Hispaniarum lib. 1. c. 8. nu. 6. Infertur tertio, quod filius hæres non potest repudiare hæreditatē, & iuspatr. acceptare, Ias. in l. si quis in fundi vocabulo §. 1. ff. de leg. 1. Suar. in l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. Fernandez in l. 21. Tauri nu. 11. Mattiēz. in l. 5. tit. 6. lib. 5. recopilat post Card. in clem. 2. quæst. 5. de iurepatr. & alij innumeri, quos refert Couarr. lib. 2. variar. resol. lib 8. cap. 8. num. 70. & sic dicebam in discursu cuiusdam
7 causæ, in qua fuit habitum pro indubitato, qualitatem hæreditariam requiri in successione iurispatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Ex mutatione temporis in renouatione facta apochæ, quod committatur falsitas adducuntur tria num. 3. & 4.*
5 *Contrarium adducitur decisum.*
6 *Vt quis possit puniri de falso, quæ requirantur.*

An committatur falsitas, mutando tempus datę in Apocha.

DECIS. LXXIII.

1 FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali Neap. num esset cōstituendus reus quidam clericus super querela falsi contra ipsum proposita, ex eo, quod in renouatione Apocæ non apposuit primum tempus datæ solutionis, sed tem
2 pus renouationis, & dubium faciebat pro falsitate, primo, quia aderat causa, propter quam poterat præsumi falsitas, videlicet, quia si apponeretur tempus datæ solutionis, ei nihil suffragasset circa verificationem possessorij in causa beneficiali in Curia Romana pendēte, vnde sequitur, quod existente supradicta causa, falsitas esset præsumenda, cum regulariter non committatur sine aliqua causa Aymon consil. 75. num. 13. Corneus consil. 117. num. 7. vol. 4. Roland. consil. 38. num. 39. volum. 1. & Rota diuersorum referens ita decisum in decis. 111.
3 par. 1. Secundo, quia in supradicta mutatione temporis interfuit quoque dolus, qui est vnum de requisitis substantialibus, vt falsitas dicatur committi, l. nec exemplum Cod. ad l. Corneliā de fals. Clar. qui dicit communem in §. falsum
4 vers. excusatur autem, denique dicebatur, adesse etiam partis præiudicium, & consequenter omnia tria requisita necessaria ad committendum falsum, scilicet dolum, mutationem veritatis, & quod alteri noceret, vel nocere possit, Afflict. decis. vltima num. 8. & nu. 13. Cæphal. consil. 230. nu. 8. & cons. 335. num. 44. vol. 3. & Bertazzol. cons. 71. nu. 51. vol. 1. & secundum Cassad. decis. 1. de præbend. falsitas absque præiudicio committi non solet.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit decisum in eadem Curia, nam fuit habitum pro absoluto, mutationem temporis datæ non inducere falsum, stante, quod apparebat de veritate solutionis, & etiam quia debet sumi præsumptio, mutationem fuisse factam potius ob obliuionē, quam data opera, vel ex dolo, ex regula iuris, quod potius præsumitur obliuio, quam falsitas, Gramat. decis. 60. nu. 15. cum falsitas in dubio non præsumatur, secundum Bal. in cons. 23. vol. 1. Caputaq. decis. 4. par. 2. & ideo interpretatio facienda est, vt falsum non sit commissum, Raudensis de Analogis c. 31. nu. 11. & secundum Dec. in cons. 175. potius debet in hac materia præsumi error, quā malitia, vt dici solet in Notario, in quo error potius, quam falsitas interpretatur, Grammat. decis. 60. num. 6. Franc. Marc. decis. 142. Boer. decis. 116. & idem Marc. decis. 17. Guid. Pap. singul. 123. quod limitat Ioseph. Ludouic. in decis. 13. Rot. Lucens. nisi ex coniecturis contrariū appareret, & potius in præfato renouatore apochæ debebat præsumi inconsideratio, quam temeritas, Gomez Leo dec. 21. maximè, quia erat persona simplex, & ignorans, propterea excusandus est ad tex. in l. 1. C. de interdict. matr. & etiam dicebatur, quod & si adesset falsitas, tamē non erat in actibus substantialibus, cum vt supra dixi nō appareret fuisse mutatam quantitatem pecuniæ solutæ, ideo non poterat puniri pœna
6 falsi, ex regula iuris, sicuti etiam, vt quis de falso puniri possit, necesse est falsum fuisse commissum super re principali, super qua consistit substātia negotij principalis, propter quod principaliter examinatur, secus super alijs, super quibus mentiens non potest dici falsum cōmisisse, Grammat. decis. 43. nu. 4. & decis. 60. nu. 16. immò hic etiam si adesset dolus, cum sit in re modica, non commicti falsum dixit Crauet. conf. 46. nu. 12. cum falsum dolo commissum non præsumatur, quando de modica vtilitate agitur Menoch. conf. 68. nu. 28. vol. 1. adeò, quod falsitatis suspitio cessat in re modica, idem Crauet. conf. 66. nu. 14. & conf. 75. nu. 8.

SVMMARIVM.

1 *Vsus æquipollet vsufructui.*
2 *Vsufructuarius non potest constituere fructum super vsumfructum.*
3 *Vsusfructus non potest alienari.*
4 *Verba debent capi propriè, & in mero significatu, & non fictè.*

An census possit constitui ab vsuario.

DECIS. LXXIV.

CVm mota fuisset huiusmodi controuersia in quadam facti contingentia, videbatur prima facie pro affirmatiua parte concluden-
1 dum, quia vsus æquipollet vsufructi l. fin. Cod. de vsufruct. §. 1. de vsu, & habitatione in institutionibus, ibi minus iuris est, & vsusfructus est dominij pleni pars, secundum Bart. in l. 4. ff. de vsufructu, & inter bona immobilia cōputatur, ad notata in l. corrupt. C. de vsufruct. & dicitur fun-

fundi integralis pars, non quotatiua, Bar. & cœteri in l. qui vsufruct. ff. de verb. obli. & per cõsequens, siue vsusfructus dicatur res, seu ius, vel emolumentum, super eis potest subiugatio imponi, idemq. videtur posse decidi ex verbis Bull. Nicolai V. quæ seruatur in Regno, ibi super domibus, possessionibus, & proprietatibus specialiter, vel etiam generaliter super omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus, & rebus, & proprietatibus suis, facultatibus, emolumentis earundem, per quæ verba non est restricta ad bona stabilia, & proprietates tantum.

2 Contrarium tamen fuit resolutum, nam vsufructuarius non potest constituere censum super vsufructu, secundum D. Petr. de Gregor. in eius comment. ad Bull. Nicol. V. num. 7. & Bongior. ibidem, quia in illis habet naturalem possessionem tantum l. naturaliter in princ. ff. de acquir. possess. & in §. fructuarius instit. de vsufructu, & vsusfructus non est in bonis, nec extra bona, ad tex. in l. 1. ff. de vsufruct. legat. & in l. seruos autem suos, & l. si quis seruos ff. de leg. 3. & facit text. Bullæ, dum dicit, super proprietatibus suis, quod intelligitur de proprietario, non de vsufructuario l. rectè dicimus ff. de verb. obligat. vbi rectè dicimus, eum feudum tantum nostrum esse, cuius vsusfructus alicuius est, quia vsusfructus non dominij pars, sed seruitutis est vt via, &

3 iter, & vsusfructus alienari non potest ad tex. in l. si vsusfructus, vbi glos. ff. de iure dot. & in l. si vsusfructus C. de vsufruct. §. eficitur vbi glo. institut. eodem tit. Negusantius de pignor. 3. mẽb. 2. par. nu. 9. Couarr. variar. resol. lib. 1. c. 8. nu. 9. Pinell. de bon. mater. par. 3. nu. 6. & nu. 38. & consequenter, nec super eo constitui poterit ius pignoris, vel hypotecæ, aut redditus annui, ad tex. in l. 1. §. eam rem ff. quæ res pign. & l. vlt. C. de reb. alie. non alienan. & facit, quod dum fit mentio in statutis de dominio, intelligitur de illo, qui est verus dominus, & qui habent verum

4 dominium, cum verba debeant capi propriè, & in vero significatu, & non fictè, ad tex. in l. si quis aliquid dari C. de his qui veniam impetr. & sic non venit vsusfructus, vt dixerunt Bart. & Ang. in l. in venditione ff. de bon. author. Iudic. possiden. secundum hanc opinionem fuisse iudicatum refert Iacob. Chyrco, & audiui alias iudicatum in Tribunali Sancti officij, vt ait adnotator ad Petr. de Gregor. in loco præallegato num. 83.

SVMMARIVM.

1 *Noua loca non possunt construi absque loci Ordinarii licentia.*

2 *Ordinarii non possunt licentiam impartiri, vt erigantur Conuentus cuiuscunque Ordinis, nisi vocatis Prioribus aliorum Conuentuum.*

3 *Clausula decreti irritantis, operatur nullitatem, & omnia in oppositum destruit.*

4 *Per clausulam, decreti irritantis, inficitur omnis titulus, & possessio, quæ prætenditur facta.*

An Episcopus concedere possit licentiam construendi noua Monasteria, absque causæ cognitione.

DECIS. LXXV.

1 CVm de iure Sacrorum Canonum reperiatur sancitum, non posse noua loca Religiosorum construi absque Ordinarij loci expressa licentia, vt probatur in cap. vnico de religiosis domibus in 6. & cap. fin. eod. tit. latè Archid. & reliqui communiter, in c. si contra 19. d. quibus iuribus congruunt dispositio Conc. Trid. & Bulla Clementis VIII. sub die 23. Iulij 1603. in qua

2 statuitur, quod Ordinarij non possint licentiam impartiri, vt erigantur Conuentus cuiuscunque Ordinis mendicantium, nisi vocatis Prioribus aliorum Conuentuum in eisdem ciuitatibus existentium, & causa cognita constiterit dictos nouos Conuentus erigendos commodè substentari posse sine aliorum detrimento, de cuius Bullæ intellectu, cum pluribus fuisset disceptatum in Curia Archiepiscopali, fuit semper resolutum, eius dispositionem, & tenorem adeò inducere formam, & esse de substantia, vt eius omissio vitiet concessionem, vt scribit Grat. lib. 3. discept.

3 forensium cap. 527. cuius ratio est, quia in dicta Bulla extat clausula, decreti irritantis, quæ operatur nullitatẽ, & omnia in oppositum destruit, Rota diuers. decis. 24. nu. 5. par. 2. Menoc. de recuperand. remed. 15. nu. 444. Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 67. nu. 12. cum seqq. ità vt per dictã

4 clausulam etiam inficitur omnis titulus, & possessio, quæ prætenditur capta; Bisignettus dec. 1. nu. 6. ad med. vers. & esto sufficeret de restit. spoliat. Caputaq. decis. 17. num. 1. par. 3. Gomez de annali reg. 14. num. 5. vers. postremo, Cassador. decis. 11. num. 5. super regul. cum alijs per Soccin. consil. 63. eadem die col. penult. ad fin. num. 9. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Dies termini non computatur in termino.*

2 *Quando dies assignatur à Iudice dicente, detur terminus decem dierum, tunc dies quo terminus datur non computabitur in termino.*

3 *Terminus regulariter currit de momento ad momentum.*

4 *Semper omne tempus de momento ad momentum computatur, nisi in iure aliter cautum reperiatur.*

Dies appellationis, an connumeretur in termino decem dierum.

DECIS. LXXVI.

1 DVbium faciebat pro negatiua sententia, quod dies termini non computatur in termino, l. 1. vbi hoc dicunt Bart. Bal. Salyc. & Castrens. ff. si quis cautionibus, & ità in foro obseruandum censuit Raphael Fulgos. ibidem, & huic

huic opinioni concordant textus in c. pia de except. in 6. & in c. frequens vbi glos. & Io. Andr. de restit. spoliat. nec extra propositum est tex. in l. eum qui kalendis in princ. ff. de verb. oblig. vbi in verbo planè dicitur, quod qui stipulatur aliquid Kalendis, & tamen is, qui stipulatur est in die kalendarum, nõ intelligitur de illo die, sed de sequentibus, & hoc esse regulariter verũ voluit Bonifac. Vitalin. in tract. malefic. tit. sit de forma citationis accusati nu. 27. & nouissime Renat. Coppin. in consuetud. Andeg. lib. 1. de iurisd. tit. 1. cap. 3. nu. 10. vers. reticenti iusta laudimia, & isto casu appellabitur dies naturalis.

2 Supradictis non obstantibus contrarium fuit resolutum, ex eo, quod terminus currit regulari

3 ter de momẽto ad momentum l. 3. §. minorem ff. de minoribus, vbi hoc voluit gl. Alex. consil. 71. vol. 2. Corneus cons. 279. vol. 4. quos refert, & sequitur Vrsillus decis. 93. nu. 6. Guido Papa in decis. 270. Afflict. in deci. 73. sub nu. 7. & ideo computatur in termino dies termini, Gomez in l. tauri 70. nu. 21. Duen. in reg. 197. Greg. Sintagm. iur. vniuers. lib. 48. cap. 8. num. 13. planè Tiraquell. de retractu consang. §. 1. glos. 11. nu. 23. cum pluribus sequentibus, vnde Afflict. in citata decisio. 73. post num. 7. dicit, quod semper

4 omne tẽpus de momẽto ad momẽtũ cõputatur, nisi in iure aliter cautũ reperiatur, & est de mente Cumiæ in ritibus Siciliæ cap. 70. nu. 4. vbi ponitur exemplum in decem diebus datis ad appellandum, & in triginta diebus datis ad petẽdum Apostolos, voluit glos. in clem. quãuis vbi Card. Zabarella de appellat. & in quinquaginta diebus datis ad producendum processus copiã coram Iudice ad quem, iuxta terminos Constit: Regni appellationum tempora, vbi per Afflict. & alios, & ad materiam per Alex. in cõs. 114. visa scriptura col. 1. vers. pro quorum omnium volum. 5. Marant. in specul. aureo in vers. appellato nu. 209. cum duobus seqentibus, similiter in quinquaginta diebus datis tutori ad proponendas excusationes à tutela, Piagg. de tutor. & curator. q. 12. per totam, & idem in omnibus ferè præsumptionibus longi, & longissimi temporis l. in omnibus C. de diuers. & temporalibus præscript. l. in omnibus ff. de act. & oblig. cum multis similibus, Et quod in istis diebus artificialibus currat tempus de momento ad momentum, tenuit Io. Andr. c. super eo de appellat. latius prosequitur Ang. in cons. 404. per totum, & Cor. in cons. 279. littera D. vol. 4. maximè si loqueretur statutum per dictionem, ex, puta, ex die tali, tũc enim de momento ad momentũ numerabitur, vt decidit Pontifex in cap. super eo el 2. de appellat. quia illa dictio, ex, denotat temporis extremitatem, l. 4. ff. de condit. & demonstrat. idẽ notatur in l. 1. §. biduum ff. quando appell. sic similiter, quando diceret à tali die, quia tunc is dies connumerabitur, vt supra dictum est, & ꝓbatur in cap. ieiun. el 2. §. non autem 76. distint. simili modo, quando diceretur ad talem diem, quia tunc similiter computaretur de momento ad momẽtum, Bal. in l. 2. §. 1. in fin. C. commun. de leg. Borell. in Specul. Princ. §. 3. glos. 4. nu. 8. cum duobus seqq.

SVMMARIVM.

1 *Ille ingressus Monasterium dicitur, qui professus iam est, è contra vero, qui professus non est, nam impropriè dicitur ingressus.*

2 *Legatum relictum, ea conditione, si quis monasterium ingrediatur, non debetur, nisi professione emissa.*

3 *Donatio facta monasterio ob ingressum religionis, reuocatur, professione non sequuta.*

4 *Donatio censetur reuocata ob defectum causæ.*

5 *Donatio facta Ecclesiæ, vel monasterio tempore ingressus, habet tacitam conditionem, si ingressus ibi perseuerauerit.*

6 *Donatio conditionalis euanescit, deficiente conditione.*

7 *Donatio præsumitur facta, re in eodem statu permanente, adeo vt si status mutetur potest reuocari.*

8 *Donatio euanescit, si donantis status euanescit.*

An donata Monasterio, ob ingressum, valeant repeti, professione non sequuta.

DECIS. LXXVII.

1 INgressus de iure Monasterium is dicitur, qui professus est, ac Religionis tria essentialia vota emisit, vt notat glos. 1. in Authent. ingressi C. de sacros. Eccles. quam sequuntur Bar. & Castrens. in principio, idem Bar. in authent. si qua mulier num. 10. eodem tit. & cons. 13. num. 1. lib. 1. Fulgos. & Alex. in l. si quis hæredem C. de institut. & substitut. Barbat. in clemẽtin. 1. col. 2. de elect. & cons. 38. col. 5. lib. 3. Felinus in cap. cum deputati num. 1. de iudic. quo circa impropriè dicitur ingressus, qui adhuc professus non est, hinc

2 legatum ea conditione relictum, si monasteriũ ingrediatur, non debetur, nisi professione sequuta, Fulgos. Alex. & Castrens. in l. si quis hęredem C. de instit. & substit. Felin. in cap. in præsentia nu. 32. Dec. num. 201. de probation. & Idẽ Dec. in cons. 329. nu. 4. & propterea, cum dubitatum

3 fuisset in Curia Archiepiscopali, numquid donatio facta monasterio ob ingressum ipsius, possit repeti, non sequuta professione, fuit resolutum affirmatiuè, quia ex quo prædicta donatio videtur facta ob ingressum monasterij, vt colligitur ex proœmio donationis, quod denotat causam finalem, Crauet. consil. 192. ad finem, vltra quod etiã in instrumento donationis dicitur, quod donat, quia intendit ingredi Religionem,

4 quare ipsa recedente, videtur, quod cessat causa donationis, & sit locus reuocationi ob causam non sequutam, vt in specie donationis ob ingressum concludunt Natta in cons. 180. nu. 5. versic. quod etiam sine aliquo pacto, Dec. cons. 86. col. 5. num. 5. Soccin. cons. 183. numer. 3. col. 3. qui ampliat, maximè quando sumus in donatione magna, vt est in casu nostro, cum non sit verisimile, quod talis donasset monasterio, si vellet postea exire ab illo, Ruin. cons. 204. libro 1. Idem voluit Becc. in cons. 74. num. 11. Curt. Iun. consil. 141. col. 4. num. 13. Cagnol. in

in l. 1. num. 37. de orig. iur. Ias. conf. 103. col. 2. lib. 2. Rebuff. de priuileg. Scolar. quæst. 163. vbi loquitur in donatione facta à scholare discessuro à studio, & applicat ad nouitium qui egreditur à Religione, Crauetta conf. 877. nu. 3. lib. 5. Tiraquell. in tract. cessante causa num. 232. & in
4 specie, quod donatio censeatur reuocata ob defectum causæ facit textus in leg. 3. & ibi glos. Bart. & Castr. & in l. si mortis causa la 2. ff. de donat. causa mortis, sequitur Dec. conf. 86. nu. 5. facit regula cum cessante de appellat. Balb. decis. 124. Gratian. decis. 42. omnis enim donatio
5 facta Ecclesiæ, vel monasterio tempore ingressus, tacitam habet conditionem, vt duret eo ibidem perseuerante, ad instar dotis l. vnica §. cum
6 autem C. de rei vxoris actione, & donatio conditionalis euanescit deficiente conditione l. cedere diem ff. de verborum, & rerum significat. l. qui hæredi §. fin. ff. de condit. & demonstrat. cũ innumeris relatis per Surdum in conf. 332. n. 6. vol. 3. sed nunc deficit conditio, sub qua præsumitur facta donatio, si donans perseuerasset in monasterio, & consequenter, dum exiuit de monasterio cessauit conditio, & euanuit donatio,
7 quia donatio præsumitur facta, re in eodem statu permanente, vt si status mutetur, possit reuocari donatio tamquam carens voluntate donantis, l. si actionem C. de pactis, capit. cum inter extra de renunciat. Bal. Castrens. & Dec. in l. pactum C. de collat. & post ipsos Surdus in conf. 133. num. 29. vol. 1. & in decis. 163. num. 13. vbi Crauett. Bursat. Corbul. Gabriel. Honded. & alij, quos cumulat, quibus addo Annam in allegat. 21. num. 18. quod est vulgatum iuris axioma
8 in materia donationis, vt nunquã ipsa vires habeat si varietur status, sed nunc res non permanet in eodem statu, donans enim non permãsit in monasterio, quia professionem non emisit, igitur reuocari potest donatio tamquam carens voluntate donantis, vt ad hunc casum non extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Lis dicitur mota cum fuerit contestata.*
2 *Per solam libelli oblationem incidit quis in periurium.*
3 *Contrauenire dicitur, qui Iudicem adit, & controuersiam facit.*
4 *Quando quis porrexit libellum, sed eo non fuerit vsus, per eius oblationem in periurium non incidit.*
5 *Per solam impetrationem rescripti non incidit quis in poenas legis si quis maior C. de transact.*
6 *Porrigens libellum absque dolo non incidit in periurium.*

An per solam libelli oblationem quis dicatur periurus, ad effectum denegandi absolutionem à iuramento.

DECIS. LXXVIII.

IN facto verificatum est, quod quidam pro obseruantia contractus iurauit, omnia, & singula esse vera, & in nullo contrauenire, & cũ porrexisset libellum, siue rescriptum Iudici antequam absolutionem à præfato iuramento petijsset, fuit dubitatum, an per solam libelli oblationem fuisset effectus periurus, taliter, quod nõ sit ei concedenda absolutio à iuramento, & dubium faciebat pro opinione negatiua textus in cap. ex parte el primo de verborum significat.
1 vbi probatur, quod lis tunc dicitur mota, cum fuerit contestata, vnde cum contestatio non efficiatur per solam libelli oblationem l. 1. de litis contest. c. 1. eodem tit. per consequens non potest dici, eum incidisse in periurium.
2 Hoc tamen non obstante, contrarium fuit resolutum, vt scilicet, quod per solam libelli oblationem dicatur periurus, ità quod ei non sit concedenda iuramenti absolutio, vt voluerunt Castrens. in l. si quis maior colum. 4. & ibi Ias. num. 17. C. de transac. Alex. consil. 34. col. 2. versic. 3. vol. 1. & in consil. 52. vol. 2. Bald. in authentica habita C. ne filius pro patre, & in citata l. si quis maior C. de transact. Felin. in cap. ex tenore num. 1. de rescript. Anna allegat. 83. post num. 6. Verall. decis. 233. part. 1. & latissimè Doctor. in l. Lucius §. tres hæredes ff. ad trebell. Cuius conclusionis ratio est, quia contraue-
3 nire dicitur, qui Iudicem adit, & controuersiam facit, d. l. Lucius §. tres hæredes in verbo mouerit ff. ad Trebell. Cacher. consil. 6. numer. 4. & sequent. Alciat. consil. 41. quod procedit etiam per solam citationem, l. libertas ff. de in ius vocando, vel per oppositam exceptionem, secundum Bald. in l. fin. §. in computatione colum. vltim. versic. de illo non est dubitandum. C. de iure delib. Alban. consil. 30. num. 4. Rum. consil. 181. colum. 2. in fine vers. videndum est ergo colum. 1. licet hoc non procedat quando quis li-
4 bello porrecto non fuerit vsus l. libertas la secunda ff. de in ius vocando, vnde non sufficit, vt sit datus libellus ad effectum incidendi in periurium, nisi pars aduersa fuerit legitimè citata; vt notatur communiter in Authen. qui semel, C. quomodo, & quando Iudex, Ias. in cit. l. si quis maior post num. 17. & in conf. 90. num. 1. Menoch. consil. 522. volum. 4. & propterea dixit Anna in allegatione 83. quod incidit quis in periurium, maximè quando facta oblatione supplicationis expediri fecit citationem contra supplicata, & prosequutus est, donec fuit sibi oppositum de exceptione periurij. Hinc est,
5 quod per solam impetrationem rescripti non incidit quis in pœnas legis si quis maior C. de transact. nisi vtatur ipso rescripto, vnde Alexan. consil. 34. colum. 3. voluit, quod ille qui prohibetur impetrare Iudicem sub aliqua pœna, si impetrat, non per hoc punitur, nisi vtatur rescripto conueniendo reum, allegat tex. in cap. cæterum §. verum in verb. aduersus de rescript. hinc glos. in clementin. 1. in verb. vexare eod. tit. tenuit, quod qui promittit, & iurauit non venire contra transactionem, non incidit in pœnam impetrando rescriptum, & ad idem facit, quod voluit Ioan. Andr. in cap. ex conquestione de restitut. spol. quem sequitur Bald. in l. postquam liti ad finem, & in l. 1. Cod. vt lite pendente, quod

per

per solam impetrationem rescripti non est acquisitum aliquod ius aduersario, nec cogitur
6 impetrans vti rescripto si non velit, vt etiam quando quis per ignauiam, ignorans iuramentum ab eo præstitum, vt consequenter absque dolo porrexisset libellum, quia tunc non incidit in periurium, & erit concedenda absolutio, secundum Artamanum in consil. 30. cuius ratio est, quoniam requiritur, quod dolosè, & malo animo fuerit controuentum, non autem factum bona fide, vt quis incidat in pœnam, Baldus in l. 1. num. 27. C. de his quæ pœn. nomine, Dec. consil. 181. num. 10. & seq. sicut etiam in pœna contrauentionis inducta à iure requiritur dolus, vt ex quacumque causa licet minima, & bestiali nô possit excusari, Baldus in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. proconsf. Alex. & alij cum quibus pertransit Curt. in l. si quis maior colum. 4. de transactionibus.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non potest obtinere beneficium Ecclesiasticum.*
2 *Clericus coniugatus prohibetur habere beneficia Ecclesiastica.*
3 *Laicus spoliatus beneficio non restituitur.*
4 *Collatio beneficii facta laico cum clausula, quam primum ad clericatum fuerit assumptus, de iure valida est.*
5 *Papa potest conferre beneficia, & pensiones reseruare ad tempus, & sub conditione prout ei placuerit.*

Clausula, quàm primum ad clericatum fuerit assumptus apposita in concessione beneficii facta laico, quid operetur.

DECIS. LXXIX.

1 ABsolutissima est iuris conclusio, quod laicus minimè possit beneficium Ecclesiasticum obtinere, vt per Scribentes in cap. cum ab eo de rescript. cap. ex literis de transact. Menoch. de arbitrar. iudic casu 201. num. 33. Hoied. de incompatibilitate benefic. par. 1. cap. fin. nu. 71. alios recensens Nauarr. consil. 1. de præbend. & late habetur per Parif. de resignat. benef. lib. 4. quæst. 2. iuxta quam conclusionem iudicasse Rotam Romanam in vna Imolensi iurispatronat. 19. Nouembris 1584. coram Orano retuli in mea praxi in decis. 157. quæ conclusio in tantum procedit, vt habeat locum tam si beneficiũ conferatur laico ex collatione, quam ex resignatione, Paleottus in decis. 112. alias 163. Peregri. decis. 50. lib. 1. Lambertin. de iurepatronatus in vltima par. 2. libr. quæst. 2. artic. 3. Nauarr. in conf. 2. de præbendis; imò locum sibi vendicat etiam in clerico coniugato, qui nec etiam pote-
2 rit habere beneficium Ecclesiasticum cap. sanè, & cap. quod te de clericis coniugatis, Ancharan. in capit. Ioannes numer. 4. eodem titulo Hostien. in summa eodem tit. num. 1. Lambertin. de iurepatronatus lib. 2. quæst. 7. artic. 3. parte 1. & hinc euenit, quod licet regulariter spoliatus
3 sit ante omnia restituendus, vulgatis iuribus, tamen non procedit quoties laicus beneficio esset spoliatus, Ripa in l. naturaliter §. nihil commune num. 81. ff. de acquirenda possessione, Abb. in cap. ex parte in fine de restitut. spoliat. sequitur Menochius in suo tractat. de recuperanda possessione in prohemio, vbi assignat rationem, quia non est restituendus qui possidere nõ poterat, vt pariter dicimus, quod laicus spoliatus perceptione decimarum, non est ante omnia restituendus, vt scripserunt Monet. de decimis cap. 5. num. 82. Gabriel. in lib. com. conclusion. in tit. de restitut. spoliat. conclus. 1. num. eodem post Couarru. in lib. 1. variar. resolution. cap. 77. num. 6.
4 His tamen in nihil obstantibus, quoties in concessione beneficij reperitur apposita clausula suprascripta videlicet, quam primum ad clericatum fuerit assumptus, ista collatio facta laico de iure valida est, Gabriel. in consilio 186. num. 3. & sequent. lib. 1. vbi sic multoties fuisse decisum in Rota Romana testatur, & dicit hanc opinionem veram, & claram ex omnimoda potestate, quam habet Papa in beneficialibus, cap. 2. de præbendis, Clem. 1. in fine eod. tit. Parisius consil. 50. num. 85. volum.
5 4. Cassador. decis. 3. num. 24. eod. tit. namque potest Summus Pontifex conferre beneficia, & pensiones reseruare sub conditione, & ad tempus, & prout sibi placuerit, cap. pastoralis 1. q. 1. cap. veniens de filijs præsbiterorum, & per consequens conferre in tempus clericatus, l. in tempus ff. de hered. instituen. l. Gallus §. instituens ff. de liber. & posthum. ità quoque translatio pẽsionis facta in laicum cum dicta clausula est valida, vt notat Paleot. dec. 301. & est decisio Rot. 260. & sequitur idem Parif. vbi supra numer. 39. qui sæpius in Rota Romana hoc fuisse decisum testatur.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas non probatur per solam confessionem impetrantium dispensationem.*
2 *Fundamentum intentionis vnusquisque probare tenetur.*
3 *Actor, & reus tenentur probare eorum intentionem.*
4 *Actore non probante reus absoluitur.*
5 *Assertioni partis non est standum in eius fauorem.*
6 *Principis assertioni non statur in præiuditium Tertii.*
7 *Iudex non probat factum partium.*
8 *Socius criminis neque pro socio, neque contra socium in testem admittitur.*
9 *Affines, Amici, & domestici, idonei testes non sunt.*
10 *Iura abhorrent, quem propria authoritate aliquid exercere in ea re, in qua habet interesse.*

Con-

Consanguinitas, an probetur per solam confessionem impetrantium dispensationem.

DECIS. LXXX.

1 IN facti contingentia, cum iste iuris articulus propositus fuisset, decisum fuit negatiuè, scilicet, quod cõsanguinitas minimè probetur per solam confessionem impetrantium dispensatio-
2 nem, ex eo quod fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare tenetur l. qui accusare C. de edendo l. ei qui dicit ff. de probat. l. Actor, quod asseuerat C. eodem tit. Dec. in consil. 564. Cacheran. in decis. 141. Decian. in consil. 24. nu. 61. lib. 1. ait, quod probatio actoris debet esse certa, & concludens, non autem dubia, & incerta, neque sufficit, vt concludat per possibile, sed per necesse, & quilibet tenetur probare fundamentum suæ intentionis, siue affirmatiuum sit, siue negatiuum, Bertran. in consil. 79. num. 5. & in consil. 75. num. 4. lib. 2. vbi refert, quod fundamentum intentionis venit in omnibus actionibus probandum; idque procedit, siue quis agat, siue excipiat, siue asserat, siue negat, l. 2. ff. de procuratoribus, Crauett. in consilio 226. num. 26.
3 qui inquit, quod tam actor, quam reus tenentur probare suam intentionem, & hinc euenit, quod
4 Actore non probante reus absoluitur leg. qui accusare C. de edendo, latissimè Viuius in decis. 236. quod procedit etiam si Actor sit vir probus, & reus improbus, Dec. in d. l. qui accusare num. 6. & num. 1. de edendo, Menochius de arbitr. Iudic. casu 92. num. 8. imò, & si constaret reum nullum ius habere, Rota Romana in decis. 460. in antiq. & in decis. 120. in Nouis, & etiam si actor probauerit aliquod verum obscurè, & includens, Verall. in decis. 31. par. 1. & etiã si reus nihil probauerit, Crescent. in decis. 6. in tit. de donatio. idemque procedit etiam in beneficialibus, Verall. decis. 47. par. 2. qui refert decisum, quod duæ gratiæ eadem die factæ duobus, si de vnius anterioritate non apparet, tunc Actore qui probare tenetur succumbente, reus venit absoluendus, & insuper facit pro hac de-
5 cisione, quod assertioni supplicantis non statur in eius fauorem, sed benè in eius præiudicium l. cum precem, vbi Bald. & Salyc. C. de liberali causa, cõcordant tex. in l. si ità stipulatus §. Chrisogonus in princ. ff. de verbor. obligat. l. 2. C. de instit. & substitut. Dec. in consil. 534. colum. 2. latè Mascard. de probat. conclus. 360. Gabriel. cõmunium conclusionum de confessione, libr. 1. conclusione 4. sicuti etiam dicimus in reo, qui si aliquid fateatur in suis exceptionibus, statur illi in eius præiudicium, l. 1. C. de his qui potentiores, & ibi notant Bartol. & reliqui, Barbat. consil. 3. col. penul. volum. 2. Roman. consil. 70. post num. 10. & in consil. 23. num. 9. Bar. in l. 2. §. si quis Abbatem in fine ff. de confess. Gabriel. in dict. conclus. num. 13. Mascard. de probat. in conclus. 368. num. 8. & hanc sententiam in proprijs terminis sequitur Bart. in l. 1. num. 4. C. de fide instrumentor. & iur. fisci lib. 10. Crauett. consil. 88. nu. 20. Anchar. consil. 110. num. 11. & 12. lib. 4. consil. 55. num. 3. 4. & 5. lib. 2. Afflict. in decis. 150 num. 35. & sequente. Paris. consilio 100. colum. 2. num. 18. lib. 1. Natta consilio 352. Cacher. in decisione 122. num. 6. qui omnes fatentur, quod vbi tractatur de præiudicio Tertij
6 non est standum assertioni partis, & nec etiam assertioni Principis, si res alteri detrimentum allatura sit, Felyn. in cap. cum à nobis colum. 2. de testibus Dec. in consil. 224. & 220. Crauett. cons. 135. consil. 24. & 171. volum. 1. Alex. in consil. 212. volum. 7. Angel. in consil. 368. Soccin. in
7 consil. 127. volum. 1. & pariter dicimus de assertione Iudicis, quæ non probat factum partium, ad tex. in cap. cum à nobis de testibus, cap. post cessionem de probat on l. eos (si bene aduertatur) Cod. de appellatio. Crauett. in consilio 255. num. 3. Menoch. de Arbitrar. iudic. casu 87. nu. 31. Mascard. de probat. conclus. 95. num. 20. vbi num. 10. post multos relatos subdit, quod non creditur Iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem in decreto, vel detulisse iuramentum suppletorium, aut dedisse tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem prę timore armorum, quæ omnia multo magis procedunt, quoties agitur de redarguenda eius sententia, quia in tali casu multò minus creditur, Butr. in capitulo cum à nobis num. 20. colum. 4. de testibus, Farinac. de oppositione testium quæst. 60. num. 108. Menoch. de arbitr. iudic. casu 73. num. 8. & latè Mastrill. in decision. 80. & ità etiã dicit de socio criminis, qui in testem non admit-
8 titur, nec pro socio, nec contra socium, leg. final. Cod. de accusatio. & ità firmauerunt per illum text. glosa Bartol. Bald. Salyc. & Castrens. leg. quoniam liberi, Cod. de testibus, Grammaticus in decisione 28. num. 9. Afflict. in constitutione mores dissolutè viuentium num. 6. lib. 3. rubr. 53. Boerius in decisione 319. quod non est testis idoneus ipse socius criminis, etiam ad formandum inquisitionẽ, secundum communem opinionem omnium Doctorum, relatam per Decium in consil. 189. & in consilio 234. Gramma. in consilio crimin. 37. & in consilio 38. vbi pro hac sententia maximum congerit Doctorum
9 cumulum, vt pariter dicimus, quod testes affines, amici, socij, & domestici non sunt idonei testes leg. 2. & leg. parentes, Cod. de testibus, Afflict. in dicta constitutio. mores dissolutè viuentium sub numero 1. 4. & 6. libro 3. rubric. 53. & si dicti testes sint admissi, minimè probabunt, vt est communis Scribentium doctrina relata per Grammat. in cons. crimin. 45. & cons. 18. vt etiam de teste deponente de facto suo in causa, in qua habet interesse, talis enim nihil probat, l. nullus ff. de testibus l. in omnibus, & vtrobique Doctores C. eodem tit. & per hæc iura sic firmarunt Alex. consil. 107. num. 4. volum. 1. Crauett. consil. 49. numero 2. Viu. in decis. 179. Rota in Nouis decisio. 52. de appellationibus, Magon. decis. 160. fusè alios referens Farinac. de testibus quęst. 60. & ideo licet testis vnius inhabilitas suppleatur ex magna habilitate alterius, tamen, quando inhabilitas resultat ex interesse, magna habilitas alterius illam non supplet, Soc-

Soccinus in lege si quis ità num. 6. ff. de rebus dubijs Rolandus in consilio 98. num. 34. lib. 4. Bertazzol. consil. 178. num. 16. lib. 2. & horum
10 ratio est, quia iura abhorrent, quod quis sua authoritate in causa in qua habet interesse aliqd exerceat, l. 2. C. vt nemini liceat sine Iudicis authoritate; vnde non licet legatario, legatum propria authoritate capere, Cornazzanus in decis. 4. nec potest filius legitimam propria authoritate capere, Anneus Robertus in libr. 2. rerum iudicatarum in decis. 4. sicuti neque dominus directus potest authoritate propria possessionem rei emphyteoticæ ob deteriorationem capere, Masull. in addit. ad Capyc. decisione 193. nec pariter creditor propria authoritate potest rem à suo debitore capere, vt habetur per Ioseph. Ludouic. in decisione Lucens. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus appellat à sententia lata pro libertate.*
2 *Fiscus etiam in causa criminali habet speciale priuilegium faciendi irritari sententias contra se latas.*
3 *In Curia Archiepiscopali fiscus appellat.*
4 *In Regno fiscus non appellat.*

Fiscus Curiæ Archiepiscopalis appellat à sententiis contra se latis.

DECIS. LXXXI.

NOn credo posse probabiliter dubitari, quin fiscus in causa criminali possit à sententia contra se lata appellare, cum hoc nulla lege prohibitum reperiatur. Primo pro ista resolutione facit, nam fiscus appellat à sententia lata pro libertate, licet sit fauorabilis libertas, ex textu in l. istud la 2. de appellat. Secundo facit, quia fiscus etiam in causa criminali habet speciale priuilegium irritari faciendi sententias contra se latas, vt l. 1. C. de sentent. contra fiscum ata retra: ergo nec debet denegari in hoc casu psi fisco remedium ordinarium ipsius appellaionis, & ideo Curia Archiepiscopalis seruat anc doctrinam, videlicet, fiscum admitti ad ppellandum aduersus sententias contra ipsum tas, quæ praxis fundatur in notatis communir per Doctores in cap. cum clamor de testiis, præsertim Innocent. num. 5. Panor. num. 9. seq. Butr. num. 22. cum nonnullis alijs, hanc inionem pluries canonizauit Curia Archieop. Neapol. siquidem quando aliquis fuit ndemnatus per ipsam, & appellauit ad Papã, Iudex appellationis reuocauit sententiam æ, fiscus fuit solitus appellare, & impetrade nouo appellationem committi ad eius ntiam, de qua quidem obseruantia mirannon est, quoniam vt dixi fiscus de iure cõi appellat, ità Gramat. in decis. 14. Iafred. 29. de Franchis in decis. 270. & decis. 148. 6. & 7. Thoming. in decis. 21. Zerol. in pra iscopal. in verbo fiscus, Gabriel. conclusio. 14. lib. 7. Baiard. ad Clarum quæstione 94. n. 24. vnde cum in anno 1600. quædam persona pro falsa depositione fuisset condemnata ad quandam pœnam, & appellasset ad Papam, & Delegatus reuocasset sententiam dictæ Curiæ, fiscus de nouo appellauit, & post habitam disputationem in Vrbe fuit commissa Nuncio Neapol.
4 qui sententiam protulit; in Regno tamen fiscus non appellat, secundum Carauit. sup. rit. 147. de Franchis citata decisione, Franc. March. in deci. 148. quemadmodum neque restituitur, Guid. Papa in decis. 302. vbi dicit, quod de stilo, & cõmuni obseruantia contrariũ obseruatur, Cæm. sing. 32. quod si Iudex, Nell. in tractat. bann. 2. part. 1. temp. quæst. 3. ante finem, Bertaz. consil. 195. & 197. & Odd. in tractat. de restitut. in integrum q. 3. num. 85. vbi tenet magis communem opinionem esse, vt fiscus in pœnalibus non restituatur, nisi attenta enormitate delicti, quia tunc per Principem daretur restitutio contra rem iudicatam, nè delictum remaneret impunitum, & hoc secundum Boss. in tit. si aduersus rem iudicatam num. 15. & in tit. de supplicat. num. 9. cur autem fiscus in pœnis non restituatur in integrum, ratio est, quia fiscus habet causam lucratiuam Vulpel. consil. 41. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Efficitur irregularis clericus rixans cum aliquo, cuius causa eius consanguinei homicidium committunt.*
2 *In contrarium est decisio.*
3 *Respondetur contrariis.*

An clerico rixante cum aliquo, si fratres clerici corrixantem occiderunt, sit irregularis, ad intellectum text. in cap. Petrus de homicid.

DECIS. LXXXII.

CVm casus iste accidisset in Curia Archiepiscopali Neapolis, dicebat vnus ex Dominus, prefatum Clericum contraxisse irregularitatem, licet ipse nihil patrauerit contra hominẽ occisum, mouebatur per tex. in c. de cœtero vbi Fel. de homic. vbi habetur, quod censetur homicida ille, & consequenter irregularis, qui licet nullum hominem occiderit, tamen homicidio causã præbuit, insuper dicebat, se ad hoc ponderasse tex. in l. nihil interest ff. de Sicarijs, vbi nihil interest, an quis occidat, an causam mortis
1 præbeat: Tandem dicebatur idem esse de adulterio, nam qui dedit causam marito, vt eius vxorẽ occideret, licet ipse in nullo se ingresserit in hoc delicto, tamen cum causam ei præbuerit, nihilominus efficitur irregularis, Nauarr. in cõs. 32. de homic. & idem Nauar. in man. c. 15. n. 6. & 27. nu. 228. vbi ait, opinionem suam placuisse Pio V. & ità declarasse contra quendam adulterum, cum in Sacra Pœnitentiaria casus ille con-

F tro-

trouerteretur, Rosella verb. homicidium 4. n. 2. Maiol. lib. 5. in princ. n. 8. & §. 3. n. 11. & Sylu. in verbo homicidium 5. q. 4. vers. seruum, & citat Astens. lib. 1. tit. 25. n. 2. Summa Corona par. 3. trac. de irregu. nu. 13. & p. 4. trac. de sacramento ordinis n. 21. Cosmus Philiarcus de offic. Sacerdotum par. 1. lib. 4. c. 11. §. 3. Zerula in sua praxi Episcop. verb. irregularitas rubr. 6. ratio eorum est, quia tale adulterium, & reliqua exempla, de se sunt illicita, & via quædam ad homicidiũ perpetrandum, & ideo præuideri poterant, & debeant huiusmodi effectus, vndè nihil mirum si reputetur homicida, & irregularis, qui voluntariè se ingerit in ijs, in quibus solet esse periculũ mortis, vel mutilationis alterius.

2 Cæterum supradictis minimè suffragantibus cõtrariũ fuit decisum in eadẽ Curia per tex. expressum, qui cauillari nõ põt, in c. Petrus de homic. vbi habetur, quod nõ cẽsetur homicida is, qui prohibet, & cãm nõ dat homicidij, & nihilominus homicidium sequitur absq; sua culpa.

3 Non obstant contraria, præsertim conclusio illa, quod qui dat causam homicidio cẽsetur homicida, quia respondetur, præfatũ clericum nullam dedisse causam, quoniam eius fratres ex se ipsos, & naturali quadam compassione patrauerunt homicidium, & de iure frater occidens fratris aggressorem non tenetur pęna ordinaria homicidij, ità Bald. in rep. l. recte nu. 57. C. vnde vi Alex. in l. si in rixa ff. de sicar. Felin. in c. 1. col. 7. de offi. & potest. iud. deleg. Bertach. in suo repertorio in verb. auxilium in concl. incip. auxiliator tenetur, demum Marsi. in l. nihil interest nu. 13. ff. de sica. & in pra. cri. §. constante n. 46. & Foll. in pra. cri. §. pęnis debitis feriantur n. 67. Et ista est concors, indubitata, & communis omnium Scribentium opinio, & ità seruatum in M. C. V. & in S. C. in causa D. Claudij de Auria, & D. Scipionis sui fratris de Ciuitate Luceriæ in anno 1566. refert Viuius in sua dec. 63. Insuper dicebatur, quod dictus frater, qui rixabatur eo tẽpore cum prædicta persona, licet dicatur præbuisse causã homicidio, nõ tñ dicta causa est proxima, sed remota, quæ nõ sufficit ad faciendum quem irregularem, ex late deductis communiter per DD. in cit. c. de cętero de homicidio.

SVMMARIVM.

1 *Desertio appellationis fit ipso iure.*
2 *Super desertione appellationis non est pronunciandum.*
3 *Tempus appellationis prosequendæ, est vtile.*
4 *Respondetur contrariis.*

An super desertione appellationis sit pronunciandum.

DECIS. LXXXIII.

IN quadam causa instabatur pro executione sententiæ sub prętextu appellationis desertę; quare fuit dubitatum, quid iuris, & prima facie videbatur dicendum, esse concedendam, ex re-
1 gula iuris, quod desertio appellationis fit ipso iure, ita quod non egeat declaratione super ea, & hoc fit ad effectum, vt euitetur circuitus, & occasio appellandi, Alex. in l. pręses vers. vnde consilium ff. de re iud. Ang. in l. si cõtra maiorem C. de appell. & cons. 130. visis omnibus dictis in fi. Cotta in mem. in verb. appell. deserta, late Surdus in cons. 139. nu. 14. lib. 1.

Contrarium fuit dictum, quod immò requiratur sententia super desertione, & hoc ex pluri-
2 bus. Primo, quia solus cursus temporis illam nõ infert, cum possit constare de impedimento, cuius probatio tãquam consistens in facto, reddit dubiam, & non claram desertionem, Bald. in l. eos in princ. nu. 5. col. 2. vers. scias tamen de appell. Feli. in c. ex parte il scondo col. 6. vers. & nota duo nu. 10. de rescr. & sic appellans poterit excusari à desertione, Iafr. dec. 465. Secũdo, quia
3 tempus appellationis prosequendæ est vtile, l. 1. §. fin. ff. de appell. recip. quo casu non datur exequutio, nisi prius pronũcietur super desertione; tempus enim vtile requirit inquisitionem facti, & compotum dierum non cumputandorum, vnde lapsus fatalium non potest apparere ex dinumeratione naturali dierum, sed exigit exteriorẽ cognitionem causæ, an scilicet interuenerit impedimentũ nec ne, l. 1. de diuers. & tempor. pręscr. leg. 3. §. ad diem de re milit. Ang. in specie in l. si expressim de appell. Franc. in c. ex ratione in fin. eod. tit. Bald. cons. 381. punctus super quo quæritur lib. 3. vbi ex hoc infert, temerariam dici exequutionẽ, si fieret antequam declararetur causa deserta, quia non constat, an iurisdictio principalis sit deuoluta Iudici à quo.

4 Non obstat contrarium, scilicet, causam intelligi desertam sine aliqua pronunciatione, quia respondetur, non esse ità, cum etiam in lapsu fatalium requiratur declaratoria, scilicet quod illa effluxerint, licet multæ causæ possint allegari, ex quibus iudicandum sit, fatalia non expirasse, vt propter paupertatem partis prosequentis, subterfugia aduersarij, & impedimentum Iudicis, Doct. in Auth. si tamen C. de temp. appell. & in clem. quamdiu, de appellat. Franc. in c. ex ratione nu. 14. cum seq. eod. tit. item dum cognoscitur de attentatis, vel de aliquo emergenti, Lancellott. de attentatis appell. pend. c. 22. Vestr. in praxi lib. 7. c. vlt. nu. 19. Io. de Amic. cons. 6. n. 9. aut ex cimilibus causis, quæ excusant à desertione, & non currit instantia iuris, quando is qui de illis opposuit obtinuisset, vel si non obtinuit, habuit saltem iustam credulitatem opponendi, Alexan. Fel. & alij allegati per Mand. form. 14. commiss. in verb. in primis, & ante omnia q. 3. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Testium confrontatio habet vim repetitionis, vndè facta confrontatione non est necessaria alia testium repetitio nu. 3.*
2 *Testium confrontatio debet fieri non solum, quando contradicunt reo, sed etiam quando eorum examen quandocumque reum afficit.*
4 *In confrontatione facienda testes debent iurare.*

An

An confrontatio testium habeat vim repetitionis.

DECIS. LXXXIV.

1 Pluries fuit dictum in Curia Archiepiscopali Neapolit. testium confrontationem vim repetitionis obtinere, & consequenter, licet non facta repetitione, primum examen sit ipso iure nullum, l. fin. vbi DD. C. de testibus cap. 2. eod. tit. ipsa enim confrontatio vim repetitionis formalis, ac identificæ habet secundum quod scriptum reliquit Ang. & reliqui, præsertim Castr. & Alex. Ias. in l. ne quicquam §. vbi decretum colum. 8. & seq. ff. de offic. proconf. Dec. consil. 618. & hanc praxim seruari ab omnibus Tribunalibus Italiæ, testatur Triuis. decis. 13. num. 13. parte 2. quæ testium confrontatio facienda est,
2 nedum quando testes contradicunt reo, sed etiã, quando eorum examen quandocumque reum officiant, Farinac. in tract. de testibus quæst. 52. num. 140. cum sequent. Sola in constitut. Sabaudiæ tit. de reo glos. 9. num. 1. & 2. Perenottus in
3 tract. de testibus sess. 38. & facta hac confrontatione non est necessaria alia testium repetitio, secundum Solam, & Pærenott. loc. cit. Hartaman. consil. 23. par. 2. Thoming. consil. 160. licet non possit deueniri ad confrontandum reum, si Iudex magis expediens iudicauerit, illum repetere, secundum Farinac. cit. quæst. 72. num. 142. vbi etiam num. 148. animaduertit, quod testes
4 in confrontatione debent iterum iurare, & in cit. quæst. num. 194. disputat; an testes confrontati cum reo, possint repeti cum eiusdem rei interrogatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Dictum sodomitati non facit indicium ad torturam ex tribus adductis, de quibus nu. 2. 4. 5.*
3 *Infamis à testimonio repellitur.*
6 *Contrariam opinionem tenet Auctor.*
7 *Crimen sodomitati est crimen occultum, in quo sufficiunt præsumptiones ad faciendum indiciũ ad torturam, nu. 8.*
9 *Dictum minoris 18. annorum facit indicium ad torturam.*
10 *Declaratur conclusio, vt procedat, duobus concurrentibus, de quibus nu. 11. & 12.*

An dictum sodomitati faciat indicium ad torturam.

DECIS. LXXXV.

1 Fvit dubitatum, an dictum passi actum sodomiticum faciat indicium ad torturam, & pro opinione negatiua dicebatur. Primo, quia
2 sodomita asserendo se passum fuisse dictum actum sodomiticum, fatetur se infamem, Auth. vt non luxurientur contra nat. & in l. cum vir C. ad l. Iuliam de adulter. & in cap. clerici de excess. Præla. & in c. flagitia, & in c. seq. 32. q. 7. infamis
3 autem à testimonio repellitur, vt tenet Speculator in tit. de teste §. 1. vers. item quod est infamis, ergo &c. Secundo quia allegans suam tur-
4 pitudinem non est audiendus cap. inter dilectos extra de donat. cap. cum super de concess. præben. cum alijs allegatis per Specul. cit. loco, quē etiam sequuti sunt Gram. in decis. 40. nu. 16. &
5 Paris. cons. 163. nu. 7. & 8. lib. 4. Tertio, quia regulariter impuberi in delictis non creditur, neo in caput alterius quæstioni subijcitur l. ex libero §. minore ff. de quæstionibus.

6 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium pluries fuit dictum in Curia Archiepiscopal. quam opinionem tenuerunt Boss. in tit. de indicijs, & considerationibus ante torturam num. 160. & in tit. de stupro, de test. in masculi in fin. Plot. consil. 131. num. 23. inter consil. crimin. Zileti tom. 1. qui tamen requirunt aliquod aliud adminiculum, & ista opinio
7 mihi semper placuit, quia hoc est crimen occultum, & quod non solet committi, nisi secretò, & si secus dicatur, tunc aliter veritas haberi non posset, debet tamen prudens Iudex in hoc casu considerare qualitatem passi, an sit pubes, vel impubes, vt latè per Viu. decis. 157. par. 1. Sim. de Præt. consil. 178. lib. 1. an infans sit puerulus, quia isti tales facilè subornãtur; imò voluit Viu. d. decis. 157. num. 9. lib. 1. Post Guid. de Suzar.
8 quod in hoc crimine occulto sufficiant præsumptiones, etiam ad condemnationem, & quod di-
9 ctum minoris 18. annorum faciat indicium ad torturam, voluit Viu. decis. 86. num. 1. lib. 1. post glos. Speculat. Alex. Bal. & Brun. præsertim in atrocioribus, vt per Marsil. in l. de minore ff. de quæst. Papon. lib. 24. Aresto tit. 9. art. 7. intelleximus tamen suprapositam conclusionem
10 procedere, dummodò duo concurrant: Primo, quod probatum dictum stuprati confirmetur
11 in tortura, vt tenet Marsil. in pract. in §. diligenter nu. 72. Farinac. de indicijs ad tort. q. 43. nu. 134. Peguer. dec. 76. Secundo, quod adsint vltra
12 dictum stuprati alia indicia, seu adminicula, secundum Triuis. dec. 14. par. 2. vbi tradit exemplum, si constaret de fractura recenti, vnica vice sequuta, non autem reiterata, nam argueret vitium patientis, item si concludenter constaret de vi, & metu illatis patienti, allegat Plot. inter consil. criminal. consil. 132. lib. 1. Calcan. consil. 110.

SVMMARIVM.

1 *Euidentia rei, seu ocularis inspectio admittitur, nõ solum post didicita testificata, & post conclusũ in causa, verum quoq; post rem iudicatã, & post iuramentum decisiuum nu. 5.*
2 *Ocularis inspectio obtinet etiam contra instrumentum Camerale, vel habens paratam executionẽ.*
3 *Ocularis inspectio in quibus controuersiis habeat locum.*
4 *Visitatio loci directè cuius fiat expensis.*
6 *Visitatio loci dicitur probatio liquidissima, & superlatiua omnium aliarum, inducitque præsumptionem irrefragabilem.*

Accessus ad locum, an possit fieri per Iudicem post dicicita testificata, & conclusum in causa.

DECIS. LXXXVI.

PRoposito huiusmodi dubio, affirmatiuè fuit decisum, scilicet accessum ad locum posse fieri per Iudicem, etiam post didicita testificata, & post conclusum in causa, ex eo, quod quamuis p̄-
1 clusa sit via probationibus, & quia sint didicita testificata, & conclusum in causa, vel sit iam iudicatum, imò renunciatum omnibus probationibus, etiam per generalem renunciationem, nihilominus adhuc superest sarcta, tecta, ac incolumis via probandi, per rei, seu facti euidentiam, l. si irruptione §. ad officium ff. finium regun d. l. lex q̄ tutores §. 1. C. de administ. tut. l. inde Neratius §. fin. ff. ad l. Aquil. cap. causam matrimonij de probat. cap. euidentia de accusat cap. fraternitatis de frigid. & maleficiat. Bald. in l. Deo nobis C. de Episcop. & cleric. Alex. cons. 16. vol. 1. latissimè Tiraquell. de retractu lignag. §. 4. glos. 1. num. 3. Afflict. in decis. 23. num. 6. Ripa in l. damnum, num. 7. de damno infecto, Ias. in l. de periurio nu. 5. ff. de in litem iurando, glosa singul. in l. stipulatio ista §. ille quoque ff. de ver
2 bor. obligatio. etiam contra instrumentum executionem habens paratam, veluti camerale, seu guarentigiatum, notabiliter Barzius in decis. 2. num. 57. & 58. post Riminald. Iun. in cons. 360. num. 86. Turret. cons. 59. nu. 7. vol. 1. & Rosental. de feud. cap. 12. conclus. 59. nu. 50. vnde in
3 nunciatione noui operis in controuersia damni infecti, alluuionis, aluei, insulæ, liquidationum, melioramentorum, cuniculorum, riui, aquæductus, identitatis rei, terminorum, sæpis, confiniō, parietis, pro diuiso, vel indiuiso, prægnantis mulieris, allegatæ falsitatis, scripturæ detegendæ, dutitiei carceris, ætatis, Virginitatis, partus intraturi, cicatricis, imbecillitatis, sollemnitatis omissæ, ac huiusmodi, solet res ipsa, seu scriptura, vel persona subijci oculis Iudicantis, & vbi non sit potestas inducendi aliquos testes, vel probandi, non potest Iudex partis instantis expensis
4 pedem referre, quin accedat in rem præsentem, Plot. in l. si quando num. 777. & 808. C. vnde vi Mascard. de probat. cōclusio. 1125. latè Gabriel. in suis conclusio. in tit. de testibus conclus. 21. num. 87. Sola ad nou. decret. Sabaud. in tit. de excussionibus glosa 9. num. 20. & 21. vbi post cōclusum in causa, & post iuramentum decisiuum
5 probatio per euidentiam rei, ita Maranta in sua practica parte 6. in tit. de conclusione in causa num. 6. Ias. in l. eum qui §. in popularibus nu. 6. ff. de iure iurando, perbelle Mascard. de proba-
6 tio. conclus. 8. vbi multimodè probat, hanc probationem esse liquidissimam, & inducere irrefragabilem præsumptionem omniumquè fortissimam, potentissimam, atque superlatiuam esse; ideo nunquam censeri prohibitam, etiam si statuto cautum sit, non posse in aliquo casu probari contrarium, s& ad hoc addo locum in §. fin. instit. de grad. cognat. vbi habetur, quod oculis videmus, meritò omnibus probationibus præferrimus, & faciunt congesta per Gilken. in tract. de præscript. part. 2. membro 1. cap. 1. vnde super loco recipiū tur testes. etiam post rem iudicatam, Purpurat. consil. 33. numer. 3. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in quolibet negotio, & causa requiritur.*
2 *In notoriis etiam requiritur citatio.*
3 *In sententiis procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore requiritur citatio.*
4 *Requiritur citatio in causis summariis.*
5 *Etiam, si statutum diceret, quod sententia proferri posset absque partium citatione, citatio est de substantia.*
6 *In laudo proferendo requiritur citatio.*
7 *In actibus extraiudicialibus citatio requiritur.*
8 *Quando agitur de eiiciendo aliquo iniusto detentore à possessione, nō est omittenda citatio.*
9 *In prorogatione compromissi, citatio est de substantia.*
10 *Citatio requiritur, etiam in negotiis præiudicii minimè grauis.*
11 *Quādo fit inhibitio per Iudicem appellationis, vel alium, citatio est de substantia.*
12 *Citatio Iudicis requiritur, quando tractatur de reuocatione, siue retractione sententiæ ab ipso prolatæ.*
13 *Requiritur citatio, siuè procedatur ad partis instantiam, siuè ex officio Iudicis per inquisitionem.*
14 *In productione articulorum, citatio requiritur.*
15 *Citatio in testium receptione est de substantia.*
16 *In recipiendis testibus ad futuram memoriam citatio est necessaria.*
17 *Pro exequutione instrumenti publici requiritur citatio.*
18 *Partis citatio necessaria est in exemplatione instrumenti, vel priuilegii.*
19 *Dum petitur, quem declarari incurrisse excommunicationem, partis citatio est necessaria.*
20 *Requiritur citatio in executione testamenti quā facere intenderet exequutor testamentarius.*
21 *In decisione nullitatis processus citationem interuenire, necesse est.*
22 *In cōcedenda in integrum restitutione partis citatio est necessaria.*
23 *Citatio requiritur in reuocatione attentatorum, etiam si fieret reuocatio in præiudicium tertii.*
24 *Pars est citanda, dum per creditorem pignus venditur.*
25 *In delatione iuramenti suppletorii pars est citāda.*
26 *Citatio partis est necessaria in absolutione à iuramento, sed cōtrarium fertur decisum nu. 27.*
28 *Stylus* Curiarum *est attendendus.*
29 *Potius est standum stylo, quam consuetudini.*
30 *Sententia contra stylum lata dicitur nulla.*
31 *In absolutione à iuramēto debet fieri mentio de pacto inito non petendi absolutionem.*

An

An citatio partis sit necessaria in absolutione à iuramento.

DECIS. LXXXVII.

1 Citatio in quolibet negotio, & causa requiritur, l. de vnoquoque ff. de re iudicata l. nam ita diuus ff. de adopt. l. si quando C. de test. cap. cum olim de testibus, Clement. pastoralis de re iudic. Caualc. in decis. 11. nu. 30. Franc. Marc. in
2 decis. 393. vol. 1. Et hinc est, quod etiam in notorijs requiritur, & est de substantia, vt ex Glosa in cap. cum dilectis filijs in verbo indicendæ de purgat. canonica, Bellon. in decis. Genuens. 4. Archidiac. in cap. quæ Sothanius 2. quæst. 1. Loffred. cons. 48. nu. 20. laté Gabriel. in libro commun. conclus. lib. 2. in titulo de citat. conclus. 1. nu. 2. ampliat. 1. hinc citatio etiam in sententijs
3 procedentibus à Summo Pontifice, vel Imperatore requiritur, alias illorum sententia nulla esset, vt post Glos. Bal. & Castrens. in l. fin. C. de legibus voluerunt, Alex. cõs. 87. Decius cons. 603. Marsil. in sing. 75. Boer. decis. 247. num. 6. cum seq. Gram. in decis. 105. nu. 4. hinc in causis sum
4 marijs requiritur etiã citatio, in quibus proceditur omisso iuris ordine, & absque iudicij figura, Marsil. sing. 75. Milanens. in decis. 21. nu. 14. libro 1. Capyc. in decis. 1. nu 35. & 36. Cattar. in decisione 21. num. 34. & 36. Cacheran. in decis. 79. sub num. 19. Gratian. in decis. 231. num. 2. &
5 4. hinc citatio est accessoria, etiam si statutum diceret, quod sententia proferri posset absque partium citatione, vt per Bald. in l. 3. col. 2. C. quomodo, & quando Iudex, Imol. in clement. pastoralis de re iudic. Soccin. in cons. 164. col. 6. vol. 2. Felyn. in c. ex parte il 2. nu. 5. de off. delegat. Marsil. in d. sing. 75. Curr. Iun. in cons. 170. numer. 21. vt etiam dicitur in laudo proferendo
6 per Arbitros, in quo adhuc necessaria est citatio, l. diem proferre §. si quis litigatorum ff. de Arbitr. Innocent. in c. ex parte de arbitr. Alex. in l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. Lanfrãch. in tract. de arbitr. q. 10. Borrellus de compromissis §. 3. Glosa 4. num. 62. Port. in libro commun. opin. lib. 1. concl. 43. Menoch. in cons. 554.
7 in fine vol. 6. hinc requiritur citatio, etiã in actibus extraiudicialibus, vt voluerunt Innocent. & Ioan. Andr. in cap. ex parte de appellat. Bald. in cap. 1. §. sancimus il 2. quo tẽpor. mil. Alex. Soccin. & Ias. in l. si quis arbitratu ff. de verb. oblig. Dec. in cõs. 640. Calcan. cõs. 16. col. 6. Ruin. cõs. 106. Crescent. in decis. 12. num. 2. de priuileg.
8 item requiritur citatio, etiam quando tractatur de eijciendo aliquo illicito, & iniusto detentore à possessione, Innoc. in c. inter de maior. & obediẽt. Bar. in l. fin. nu. 16. C de edict. diui Adrian. tollend. Marsill. in l. de vnoquoque num. 28. ff. de re iudic. Crauetta cons. 172. num. 10. Ias. in l. si pacto quo num. 9. C. de pactis, Balbus in decis. 245. Magon. in decis. Florent. 120. num. 8. Rota in antiquior. in decis. 5. de restit. spoliat. Item
9 requiritur citatio in prorogatione compromissi, alias prorogatio nulla esset, Bald. in l. eos §. apostolos, Cod. de appellat. Dec. consil. 39. & consil. 632. num. 14. Boer. in decis. 283. Vantius de nullitat. ex defectu citat. num. 10. in fine, Capic. in decis. 93. num. 5. requiritur citatio etiam
10 in negotijs præiudicij minimè grauis, vt exempli gratia in prolatione sententiæ ab obseruatione iudicij, Roman. in singul. 403. late Port. commun. opin. lib. 1. concl. 43. vers. 10. amplia, Marsil. in l. de vnoquoque num. 31. ff. de re iudicata,
11 hinc quando fit inhibitio per Iudicem appellationis, vel alium, requiritur etiam citatio, Ruin. cons. 61. vol. 5. Gabriel. de citationibus conclus. 1. num. 81. Socc. in tract. de citat. nu. 52. Marsil.
12 in d. l. de vnoquoque nu. 33. ff. de re iudicata, hinc requiritur citatio Iudicis, quando tractatur de reuocatione, seu retractatione sentẽtię ab ipso prolatæ, glo. Hostiens. & Panor. in cap. cum speciali §. porrò, & ibidem Imol. & Franc. de appellat. Butr. in cap. cum ab ecclesiarum not. 4. de offic. ordinar. Panor. in cap. dilectus filius notab. fin. de rescriptis, Boer. in decis. 159. num. 13. Ro
13 man. in cõs. 343. nu. 13. item requiritur citatio, siue procedatur ad partis instantiam, siuè ex officio Iudicis per inquisitionem, cap. qualiter, & quando il secondo §. debet, & ibi Felyn. de accusat. Innoc. in cap. per inquisitionẽ de elect. Socc.
14 Sen. in cons. 12. col. 1. hinc citatio in articulorũ productione est etiam necessaria, Franc. in cap. præsentium §. testes col. 1. de testibus in 6. Aret. cons. 75. col. 3. Rot. in nouis in decis. 10. & decis. 93. licet in hoc Regno articuli data dilatione, & termino ad probandum producantur, nec requiratur aliqua partis citatio, & nisi producantur in termino probatorio amplius ꝓduci nequeũt, Specul. in tit. de dilat. §. fin. versic. item quid si datus, Marant. in suo speculo actu 4. nu. 7. Rot.
15 diuers. in decis. 64. num. 1. par. 1. Hinc requiritur citatio in testium receptione qui recipi, & examinari nequeunt, nisi parte citata ad videndum illorum iuramenta, cap. 2. de testibus l. si quando C. eodem tit. Rot. in nouis in decis. 10. incip. fuit dubitatum, Marant. in specul. aur. in 6. actu num. 1. vbi allegat Ritum magnæ Curiæ Vicariæ iuri communi conformem, & ante eũ Innoc. in tract. excep. rub. 13. de exceptionibus contra testes sub nu. 2. Cacher. in decis. Pedem. 79. sub nu. 19. Chattar. in decis. Genuens. 21. nu. 30. 34. 36. Grammat. in decis. 71. sub num. 9. Afflict. in decis. 39. nu. 3. Cotta in decis. nouissima Rom. 64. num. 1. libr. 1. Blanchet. in decis. nouiss. Rom. 311. num. 1. lib. 1. vol. 1. Peregr. in dec. 1. nu. 4. lib. 3. vol. 3. Gratianus in decis. Marchiæ 232. num. 5. Verall. in decis. 275. nu. 3. lib.
16 3. requiritur in recipiendis testibus ad perpetuam futuram memoriam, nam recipi nequeũt, nisi citata parte glos. in verb. publicatio in cap. Alber. de testibus, & ibidem Innoc. Hostiens. Abbas Panorm. & voluit Socc. Sen. in cap. quoniam frequenter num. 11. extra vt lite non contestat. & in tract. citat. art. 7. num. 16. Port. in tract. commun. opin. lib. 1. conclus. 43. ampliat. 29. quos refert, & sequitur Gail. practicar. obseruationum Cameræ Imperial. lib. 1. obseruat. 94. num. 45. Hinc requiritur etiã citatio pro exe
17 quutione instrumenti publici, Salycet. in l. ab

exequutore col.3. C. quorum appellationes non recip. Port. comm. opin. lib.1. concl.43. ampliat. 28. Gabriel. tit. de citatione conclus.1. nu.128. & Socc. de citat. art.7. Fallent.19. Chartar. in deci.
18 Genuens.95. num.2.3. Hinc requiritur in exemplatione instrumenti, vel priuilegij partis citatio, Rot. in antiq. in dec 47. incipit nota vbi, & in decis.390. incip. nota instrumenta, eadē Rot. in nouis in decis.10. incip. fuit dubitatum, & in decis.264. incip. licet, Bellam. in decis.230. Ant. de Alex. in auth. si quis in aliquo, & ibi Dec. nu. 15. C. de eden. Franc. Marc. in dec. Delphin.70. & in decis.143. vol.1. & in decis.532. vol.2. Alex. in cons.112. col.1. vers.1. quia sunt volum.4. & in cons.106. Visis colum.3. volum.5. Aret. in cons.
19 36. col. fin. Hinc requiritur citatio, dum petitur, quem declarari incurrisse in excommunicationem, siue canonem, vt fiat denunciatio, adhoc vt euiteur à Christi fidelibus, glos. in clem. præsenti de censibus, & in clem.1. de pœnis, Rot. in antiquis in decis.504. & in Nouis in decis.54. requiritur etiam dum est facienda declaratio, aliquem incurrisse in pœnam ipso iure, nam fieri non potest talis declaratio sine partis citatione, Rota in Nouis decis.54. & in antiquis d. decis. 504. Cappell. Thol. in decis.440. vbi Aufrer. in
20 apostill. Hinc etiam fit, quod in exequutione testamenti quam facere intenderet exequutor testamentarius necessaria etiam sit hæredis citatio, aut ipsius monitio, & requisitio; Bartol. in l. alio ff. de alim. & cibar. leg. Bald. in l. nec quicquam §. vbi decretum col.3. ff. de officio proconsulis, & legati, idem Bald. in l. id quod pauperibus q.28. C. de Episcop. & cler. requiritur etiam
21 dicta citatio in decisione nullitatis processus, alias declaratio nō valet Panor. Imol. Io. Andr. Barbat. & Dec. in cap. causam quæ de rescript. ante eos Innoc. in cap. auditis, & in cap. in nostra de procur. plené Rota in Nouis in dec. 340.
22 Hinc requiritur citatio partis in concedenda in integrum restitutione l. etiam §. fin. ff. de minoribus, authent. si omnis Cod. si minor ab hæred. se abstin. Gabriel. in titul. de citatione concl. 1. num.220. Quibus adde Rotam in Nouis in decis.9. incip. si petatur, Guido Papa in decision. Gratianop.143. dum dicit absentem reputari cōtumacē, præsupponendo citationem præcessisse, refert Alfan. in collect.14. Maurit. de restit. in integr. cap.50. & Oddus plures allegans de restit. in integr. q.34. nu.39. cum pluribus seq. nec ambigendum est, cum dicta iura sint clara, requiritur enim citatio in reuocatione attentatorum,
23 etiam si fieret reuocatio in præiudicium tertij, quia ille etiam esset citandus, Specul. in titul. de appell. §. nouissimo col. penult. vers. sed quæro, Rot. in antiq. in decis.89. incip. quod vbi, & in decis.400. incip. Rota, & plura allegans Lancellot. de attentatis par.3 de processu in causa attētatorū c.27. num.33. cum pluribus seqq. Hercu-
24 lan. in tract. attentatorum c.14. num.13. Hinc requiritur quod dum per creditorem pignus venditur, citetur pars debitrix l. fin. Cod. de iur. domin. impetr. l. debitores C. de pignoribus, l. creditores la seconda C. de distract. pignor. Afflict. in decis. Neapol.338. num.3. Guid. Papa in dec. 329. in princip. Cæsar Vrsill. in decis. Neapolit. 358. num.5. Hinc requiritur citatio, dū n defe-
25 rendum est iuramentum suppletorium parti, Bald. in cap.1. §. his vero de success. fratrum, Angel. in l. in bonæ fidei col.1. Cod. de reb. credit. Alex. in cons.121. col. fin. vol.2. Rota in Nouis in decis.299. incip. licet quoad taxationem, Capyc. in dec.35. nu.3. Menoch. de arb. iud. libr.2. cas.464. nu.27. cent.5.
26 Ex quibus omnibus, videbatur dicendum requiri etiam citationem in absolutione a iuramēto, vt in proprijs terminis sequuti sunt post alios Guid. Papa in decis.240. & in decis.225. Rubin. decis.22. Cappell. Tholos. in decis.62. Capataq. in dec.192. Rot. in antiq. in dec.757. Gail. pract. obseru. obseruat.22. lib.1. nu.3. Dec. in cap. qua fronte col. fin. de appellat. Paris. cons.43. cons. 54. & 85. Menoch. cons.24. num.11. vol.1. Alex. cons.66. num.13. & 14. Cephal. cons.51. nu.23. lib.1. Couarr. variar. resol. lib.1. cap.4. nu.3. Bursat. cons.29. limit.92. Sed tamen contrarium
27 fuit decisum in Curia Archiepiscopali, & sic quotidie seruatur iuxta opinionem Oltrad. in cons. 120. Calder. in cons.7. de iure iuran do, Ruin. cons.69. vol.4. Peregr. cons.77. Gagliard. de absolutione à iuramento §.1. num.1. & iuxta hanc opinionem Curiæ Archiepiscopalis deciderunt nonnulla alia Tribunalia, vt est videre apud Afflict. in dec.220. Mising. obser.84. cēt.6. Ioseph. Ludouic. in decis. Perus.18. Valasc. decis. Lusit. 130. Triuis. in decis.64. par.1. Cacher. decis.125. Gratian. Rotæ Marchiæ in decis.165. Rip. in ob
28 seru.150. licet si alibi reperitur stilus contrarius, quod pars sit citanda, seruari debet, vt habetur per Gagliard. loco cit. ex eo, quod Curiarum stylus, & consuetudo, præsertim circa iudicia, seruāda sunt, vt ex multis concludit Guido Papa in proemio decisionum, qui in decis.292. num.3.
29 dicit, potius standum esse stylo, quam consuetudini, vt etiam deciderunt Cappell. Tholos. in decis.155. Cacher. in decis.22. Verall. in decis.58. & in decis.331. lib.3. Viu. in decis.297. Grat. in decis.157. Afflict. in decis.79. nu.4. & in decis.135. num.3. & in decis.235. num.4. Ioseph. Ludouic. in decis. Lucens.39. nu.8. Mastril. in decis.1. nu. 20. Anna in sing.497. Caualc. in decis.6. nu.17. & decis.19. nu.17. par.1. Bellon. in decis. Genuę 206. numer.3. Franc. Marc. in decis.158. vol.1.
30 Cornaz. in decis.72. num.6. & Hinc sententia contra stylum lata nulla est, l. prolata C. de sentent. & interloquut. omnium Iudicum, Guid. Papa in decis.292. Cucc. instit. canonicarum maiorum tit.8. nu.32. Cacher. in d. decis.22. nu.6. vbi num.7. dixit, stylum Curiarum seruandum esse, siue siue ad ordinationem, siue ad decisionem causarum, vt etiam voluerūt Raud. in decis. Pis. 6. num.67. Grat. in decis.257. num.18. Afflict. in dec.79. num.45. Vlterius notandum est, quod ab
31 solutio à iuramento obtenta, parte nō citata, nō valet, nisi fuerit facta mētio de pacto inito, hoc est non petendi absolutionem, nec contraueniēdi contractui, nisi prius absolutio præcesserit circa tale pactum non petendi absolutionem, & ita decisū patet penes Afflict. in dec.220. sub n.11. vers. tū si sumo, & sequitur Paris. cons.43. vol.1. & nu.14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Percutiēs Tertiarum Diui Francisci, an incurrat in excommunicationem num. 5.*
2 *Deferens habitum alicuius Religionis gaudet priuilegio cap. si quis suadente 17. q. 1.*
3 *Tertiarii connumerantur inter personas ecclesiasticas.*
4 *Quandiù quis est in seruitio ecclesiæ, gaudet eius priuilegiis.*
5 *Quæ Religiosis adhærent, quasi Religiosa censenda sunt.*
6 *Omnes Tertiarii in Italia existentes, gaudent non solum priuilegio fori, verum Canonis per Bullam Sixti IV. & nu. 7.*
8 *Respondetur contrariis.*

Tertiarij Sancti Francisci, an gaudeant priuilegio can. si quis suadente 17. q. 1.

DECIS. LXXXVIII.

1 RESolutum fuit absque disceptatione in Curia Archiepiscopali, percutientem Tertiarium cuiusuis Religionis incurrere in excommunicationem, isti enim Tertiarij viuunt congregati cum Religiosis, vt dicit Nauar. in manua
2 li cap. 27. §. 27. & deferunt habitum religionis; qui facit gaudere priuilegio Canonis, Boich. in cap. religioso §. 1. num. 6. de sententia excommun. Triuis. in decis. 57. nu. 11. par. 2. & supradi
3 ctos Tertiarios connumerari inter personas Ecclesiasticas, voluit tex. in cap. causam quę de test. Card. in clem. 2. §. 1. versic. 2. q̄ro de statu Monachorum, Mascard. concl. 1253. nu. 8. Lancell. Polit. de substitution. par. 1. particula 6. num. 3. Bolognet. in suo not. cons. 22. Gabriel. de leg. cō clus. 2. & ita fuisse decisum in causa Orfanorum Vrbis Sicil. pro Catharina, & Angela Panicula sub die 24. Octobris 1589. refert Castillo decis. Sicil. 88. itē dicebatur, extare iuris conclusionem, seruientem Ecclesiæ habere eius priuilegia c. Ecclesiæ seruos 12. quæst. 2. facit tex. in cap. similiter 18. q. 1. & sicut ea, quæ religio-
5 sis adhærent sunt religiosa, l. quæ religiosa, ff. de relig. ita isti Tertiarij cēsendi sunt religiosi quo ad vsque sunt in seruitio religiosorum, sed magis stringit, quod verberans nouitium, & si laicus sit, incurrit tamē pęnam canonis, vt in d. cap.
6 religioso §. 1. de sent. excommun. in 6. & in proprijs terminis supradictam opinionem tenuerunt Florent. in 3. part. tit. 23. c. 5. §. 4. Sorbus in annot. priuileg. mendicantium in verb. Tertiarij fratres, Grass. cōs. 14. vol. 1. & postremò adest Bulla Sixti Quarti fol. 54. in qua habetur, istos Tertiarios nedum gaudere priuilegio fori, verum canonis.
8 Non obstat cons. Bolognet. 22. num. 12. volens Tertiarios, qui vulgo nuncupantur *Terzaruoli, seu Bizochi* Ordinis Sancti Francisci regulariter non effici religiosos, & nullo modo esse personas Ecclesiasticas, & consequenter minimè debere gaudere priuilegijs immunitatis, nec sortiri fori electionem, vel eius declinatoriam, nec frui canonis priuilegio, quia respondetur, eius opinionem esse intelligendam in Tertiarij priuatam vitam ducentibus domi, ita Socc. cons. 10. num. 22. & 23. vol. 1. & cons. 230. nu. 80. Eugen. in not. cons. 26. per totum, vbi latè, & ibi in fine respondit Bolognet. in d. cons. 22. & nouissimè ita firmat Gutterez in tract. de gabellis q. 91. num. 5. vbi ait, quod fratres, & sorores Beati Francisci Tertij Ordinis, si priuatam vitam agāt cum vxoribus, & maritis, & bonis suis, laici dicūtur, & ideò contribuere tenentur ad gabellas, vt cæteri homines laici, & eo modo, quo priusquā confraternitatem acciperent. vel assumerent sol uebant, allegat Sarmiē. de redditibus Ecclesię, in defensione libelli par. 1. monitorio 56. Greg. Lopez in locis ibidem per eum allegatis, & num. 6. subdit, quod si vt religiosi in communitate vixerint minimè tenentur ad tributorum, vel Gabellæ solutionem, cum tunc verè sint religiosi, & ibi allegat Lazar. de decimis cap. 19. nū. 90. & Girond. de gabel. 7. par. nu. 40. & 41. & de istis procedit hæc decisio, quia sunt religiosi: Aduerte etiam, quod prædictæ sorores Sancti Francisci, si emittant votum castitatis simplex, & ducāt vitam cælibem, deferantq; habitum gaudent dicto priuilegio religiosorum, etiam si habitent in domibus proprijs cum suis consanguineis, ex declarat. Leonis X. in Conc. Lateran. anno 1518. de quibus in 4. & 5. priuileg. regular.

SVMMARIVM.

1 *Clerici gaudēt immunitate Ecclesiastica, sed cōtrarium est verius, & sic fertur decisum in Curia Archiepiscopali num. 4.*
2 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
3 *A domo propria quis capi nō potest.*
4 *Refertur decisio articuli.*

An clerici delinquentes, & confugientes ad Ecclesiam debeant gaudere ipsius immunitate.

DECIS. LXXXIX.

QVidam Clericus, cum fuisset captus à ministris Curiæ Archiepiscopalis in Ecclesia Diui Hieronymi huius Ciuitatis, & tractaretur de infligenda pœna pro delictis ab eo patratis, petit restitui in pręfatam Ecclesiam, prætendens gaudere ipsius immunitate: quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an es-
1 set audiendus, & quod clerici gaudeant immunitate Ecclesiæ, allegat. Rom. cōs. 180. in princ. volens, huiusmodi priuilegium cum sit generale compræhendere etiam clericos, quam opinionem refert, ac sequitur Zabar. in clem. 1. nu. 9. in 6. q. de pęn. & remiss. Io. de Visch. de immun. Eccles. nu. 23. & antepęn. col. 2. concl. hanc partem tenet Bernard. Diaz in pract. cap. 115. Did. var. resol. lib. 2. c. vlt. nu. 16. Adden. ad Ang. de malef. in vers. fama public. nu. 59. lit. A. Monticell. in pract. crim. reg. 2. nu. 18. & istam opinionem

nem contra Abb. veriorem de iure dicit Clar. q. 30. vers. vlterius quæro, Mandos. in addit. d. consil. 180. Decian. qui veriorem dicit, & respondet fundamentis Panorm. cap. 26. nu. 1. vbi concludit distinguendo, & mouentur ex infrascriptis.
2 Primo, quia iura canonica loquũtur indistinctè in omnibus, ergo nos distinguere non debemus, vt in l. de pretio cum simil. de public. in rem. action. Secundo, quia maior ratio est in clerico, vt in Ecclesia capi nõ possit, quam in laico, cum Ecclesia quodammodo domus propria sit clericis, à domo autem propria aliquis extrahi non
3 debet, l. pleriq; ff. de in ius vocan. l. nemo ff. de reg. iur. Tertio, quoniam hoc priuilegium, & immunitas quod in Ecclesia nemo capi possit, est concessum templis, vt voluit Bolog. in tract. de indulgentijs vers. hoc etiam probatur, & ante eum voluit Bal. in c. 1. col. 3. vers. & si priuilegium concessum est clerico de rescript. ergo habet locum in quolibet ibi reperto, siue clerico, siue laico, vnde Ambros. de immunit. Ecclesiæ c. 12. voluit propterea, clericos vti posse præfato priuilegio, quia hæc immunitas data est ob reuerentiam, quæ præstanda est locis sacris, cap. frater, & cap. miror 17. q. 4. d. cap. inter alia, & ca. fin. de immun. Ecclesiæ, quæ ratio militat in clericis multo magis quam in sęcularibus, ergo idẽ ius seruandum in vtrisque, Quarto, quia textus in cap. nullus clericorum 17. quæstio. 4. disponit, quod nullus clericorum seruum suum, vel discipulum fugientem ad Ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat, si ergo non licet clerico seruum proprium extrahere, in quem habet ius vitę, & necis l. 1. Cod. de emend. seruo. ita nec licet extrahere discipulum flagellationes tantum timentem, neque etiam disciplinæ gratia, & iste discipulus potuit esse tam laicus, quam clericus, quanto magis ergo nõ licebit clericum delinquentem extrahere. Quinto, quia si lex canonica in alijs hoc statuit, debet quoque in suis clericis idem seruari, iuxta illud, patere legem quantum ipse tuleris, capitulo cum omnes de constitut.
4 Cæterum quidquid sit, ex supradictis contrarium iudicauit Curia Archiepiscopal. nam condemnauit dictum clericum, non obstante immunitate petita, sequendo opinionem Abb. in cap. inter alia num. 13. de immunitate Ecclesiæ, vbi clericus pro quocumque delicto, & vbicumque commisso confugiens ad Ecclesiam, potest ab eà suo Prælato extrahi, & hoc etiam in casu, in quo laicus non extraheretur, Faber in l. 1. C. de ijs, qui ad eccles. confugi. & in §. 1. nu. 3. instit. de ijs qui sunt sui vel alien. iuris Io. de Ana. in cap. inter alia num. 9. de immunit. eccles. Remig. in tract. de immun. eccles. fallent. 21. nu. 1. Boer. decis. 109. num. 3. vbi alios allegat, & testatur de commun. opin. Clauas. in sua summa in verb. immunit. Siluest. etiam in summa in eod. verb. immunit. il terzo num. 2. Nauarr. in manual. cap. 25. num. 22. Azeued. in l. 3. titul. 1. lib. 1. recopilat. 17. Diaz in pract. in c. 115. qui testatur de cõmun. consuet. Couarr. in lib. 2. variar. resol. cap. 20. num. 16. vers. vigesimo nono constat Clar. in §. fin. quæst. 30. num. 15. Guttier. in lib. pract. quæst. in 2. par. lib. 3. quæstio. 3. num. 3. qui dicit, quod hæc est communis praxis, & consuetudo, & quod nunquam vidit contrarium seruari, Cęual. in specul. practic. qq. com. contra com. quæst. 689. vers. de ijs, non obstantibus, vbi testatur de mag. com. opin. & dicit, quod dum esset in Ciuitate Abulensi quidam clericus fuit ab ecclesia extractus, nulla facta contradictione, & q ita obseruatur de consuetudine in Ciuitate Toletana, & quod durum est recedere ab ista opinione, licet contraria de iure fortasse sit verior, Cened. in collect. iuris canon. par. 2. collect. 178. nu. 3. Villaut in tract. de extens. leg. tit. de extẽs. pęnarum inflictarum, & cap. qui titulus est vltimus nu. 64. car. mihi 365. qui testatur, hanc opinionem esse verissimam, & ratio istius opinionis est, quia istud priuilegium inductum est, nè confugientes ad ecclesiam patiantur pœnam sanguinis, vel corporalem; & cum ecclesia non imponat tales pœnas, poterit Episcopus extrahere dictos clericos, ita Io. de Anan. in d. capit. inter alia de immunit. eccles.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Clericus vulnerando aliquem in oculo, ita vt eius lumen amittatur potest priuari beneficiis tamquam irregularis.*
3 *In contrarium est decisio, scilicet præfatum clericum nullo modo priuandum esse beneficiis, nec irregularem declarandum.*
4 *In poenis insligendis mitior est facienda interpretatio.*

An clericus vulnerans aliquem in oculo, taliter quod vsu videndi sit priuatus, in reliquis tamen integro remanẽte oculo, sit declarandus irregularis, & beneficiis priuandus.

DECIS. LXXXX.

1 IN Curia Archiepisc. detinebatur quidã clericus nobilis, ob vulnus illatũ in oculo cuidã personæ, ex qua percussione, licet integer oculus remãsisset, tñ officio vidẽdi extitit priuatus, quare fuit dubitatũ nũm esset declarandus irregularis,
2 & beneficijs priuãdus: vnus ex Dñis affirmabat ex Panor. in cap. cũ illorũ col. 3. nu. 8. vers. item dic, quod propriè est mutilatio, de sent. excommun. eandẽ firmat Syluester in verb. homicid.
3 3. q. 3. & Ang. in verb. homicid. 5. nu. 5. cõtrariũ tamen iudicarẽ, scilicet præfatum clericũ nullo modo declarandũ esset irregularem, & consequenter beneficijs priuandũ, de qua decisione mirandum non est, quoniam ita se habet cõmunis opinio, vt scilicet ex debilitatione membri, vtpote quia ex vulnere redditum sit mancum, aridum, vel inutile, modo non sit abscissum. seu detruncatum, irregularitas non inducatur, licet enim membrum debilitatum sit ferè inutile per-

le percusso quoad operationem, valet tamen
4 quoad decorem, & in pœnis mitior interpetratio facienda est, l. interpretatione ff. de pœnis; ita tenent plerique Canonistæ in cap. 1. qui cler. vel vouent. vt Card. Florent. num. 3. vers. oppo. secũdo, Cald. quem refert, & sequitur Panorm. qui sibi videtur contrarius col. 1. nu. 9. vers. sed est dubium quotidianum, & Prep. col. 1. in 2. notab. vers. & ideo dicit hic, eandem firmat Card. Floren. in clem. si furiosus col. vlt. num. 31. vers. vigesimo primo quæro de homicid. Felyn. in c. cum illorum col. 3. nu. 12. vers. in quantum, Aufrer. ad Cappell. Tholos. q. 208. item quæsitum num. 3. vbi ait, hanc opinionem benigniorem, & in foro contentioso seruandam, Couar. in d. clemen. si furiosus in 3. par. relicto in initio col. nu. 9. vbi hanc asserit communem sententiam; Cœterum fuit declaratus irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans lethaliter aliquem illo tunc moriturum ex vulneribus ab aliis sibi prius illatis, adhuc efficitur irregularis num. 2.*
3 *Amplia & num. 4. & 5.*

An infligens vulnus lęthale vulnerato ab alio iam iam morituro, sit censendus homicida voluntarius, & sit irregularis, ad effectum priuationis beneficiorum.

DECIS. XCI.

IN Curia Archiepiscopali reperiebatur quidã clericus beneficiatus inquisitus de vulnere lęthali cum pugione in personam cuiusdam, qui reperiebatur prostratus in terra, & iam iam erat moriturus ex vulneribus ab alijs per prius inflictis; fuit dubitatum, an præfatus clericus censendus sit homicida voluntarius, taliter, quod de-
1 beat priuari beneficijs, & fuit resolutum affirmatiuè, vt tenuit Rot. in vna Curiolen. canonicatus 22. Maij 1602. coram Corduba, & quod
2 inferens vulnus ei, qui propèmodum erat moriturus, sit irregularis, videtur velle text. in cap. significasti il secondo de homicid. Tabien. in summa in verb. irregularitas 3. num. 6. Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 4. nu. 6. & Vgolin.
3 in tract. de irregularit. cap. 18. quod amplia primo procedere etiam si homicidium fuerit iustum, & meritorium contra latrones publicos, Corn. consil. 57. num. 10. lib. 4. Nauar. consil. 11. num. 2. & cons. 15. nu. 1. & 2. de homicid. par. 2. & etiam procedit quamuis non appareat si ex alia percussione fuerit mortuus, an vero ex percussione aliorum sociorũ, quia nihilominus omnes sunt irregulares cap. fin. 23. quæst. 8. dicit cõmunem Couar. in clemen. si furiosus par. 2. §. 2. num. 5. & eadem irregularitas intraret, etiamsi non vulnerasset, sed ex eo solum quod armatus sponte exiuit ad occidendos hostes cum alijs militibus, & fuerit occisus, etiam si ipse nihil commisisset c. sicut dignum §. fin. de homicid. Speculat. lib. 1. in titul. de dispens. §. 4. num. 56. Can-
4 delab. Aur. de irregularit. nu. 273. vt pariter dicitur in eo, qui armatus adstitit alicui homicidio, nec eduxit arma, paratus tamen ferre opem, nã irregularis ipse dicitur, vt habetur per Felyn. in cap. sicut dignum de homicid. Couar. in clem. si furiosus par. 2. §. 2. nu. 2. versic. quatenus de homicid. & Henriq. lib. 14. cap. 14. §. 2. & facit cap. continebatur de cler. percuss. & ratio est, quia ex præsentia illius alter animatur, & acrior ad pu-
5 gnam efficitur, unde auxiliari videtur nocenti, sic etiam, qui volentem occidere comitatur, vt eum defendat, & si dissuadeat illi, ne occidat, & dissuadendo eum comitatur quousq; ille occidat aduersariũ, irregularis est, quia licet dissuaserit occidere, eo ipso tamen, quod armatus homicidam comitatus est, censetur dedisse causam homicidio, eiq; animum addidisse, & ita auxiliatum esse in mortem alterius, vt bene notat Henriq. lib. 13. cap. 16. §. 1. post alios Maiol. de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 4. num. 1. Summa Astensis par. 2. lib. 6. titul. 14. artic. 8. quæst. 6. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta versic. quid si aliquis vadit, Tabien. in verb. irregular. 2. §. 20.

SVMMARIVM.

1 *Appellatur à decreto de torquendo.*
2 *Tortura infert grauamen irreparabile.*
3 *A comminata tortura potest appellari.*
4 *Confessio extorta pendente appellatione à tortura est nulla, & inefficax.*
5 *Appellatione interposita, sunt ligatæ manus Iudicis volentis reum torquere, etiam ante inhibitionem.*
6 *Pendente tempore ad appellandum Iudex non potest aliquid innouare.*

Appellari an possit à decreto de torquendo.

DECIS. XCII.

1 DE iure à decreto de torquendo potest appellari l. 2. C. de appell. recipiend. & ibi communiter DD. Foller. in pract. crimin. in verbo, & si confitebuntur par. 3. nu. 50. Franc. Marc. in decis. 60. nu. 5. Carau. in ritu 259. nu. 11. & ita apud eos seruari testatur plures relati per Clarum in sua practica §. final. quæst. 64. vers. sed quid agendum, Brun. de indit. & tortura in 2. par. quæst. 5. num. 13. Arnon. singul. 39. Marsil. in sua practica §. nunc videndum num. 2. & in
2 §. expedita nu. 70. tortura enim affert damnum irreparabile d. l. 2. ff. de appell. Asinius in praxi iudic. §. 31. num. 18. Benintend. in decis. 69. nu. 6.
3 imò etiam à comminata tortura potest appellari, Alex. & Card. in cap. vt debitus col. 19. de appell. Angel. de malef. §. & dictus se defendendo, Brunus de indit. & tortura 2. par. q. 5. nu. 14. vbi allegat glosam in c. cum in contemplatione, extra de regul. iur. Guid. Papa decis. 136. nu. 15. Grammat. super cap. Regni fol. 133. vbi ità quotidie seruari, & practicari in Magna Cur. Vicar atte-

attestatur, agitur enim de præiudicio irreparabili, nam post bracchiorum, & ossium laxationẽ, vana esset, & inutilis, & infructuosa appellatio, & nihil prodesset, vt post Barthol. de Capua, & Neapod. docuit Campagna super cap. Regni si
4 iste, per totum, & hinc videmus, quod confessio extorta pendẽte appellatione à tortura, erit nulla, & inefficax, vt habetur per Cottam in suis memorabilibus in verbo Appellatio, sequitur Franciscus Marcus in decis. 40. num. 12. Gomez de tortura reorũ nu. 25. vers. 3. infertur, Lancellot. de attent. cap. 12. limit. 1. num. 99. Foller. in practica crimin. in verbo, & si confitebuntur, 3. par.
5 tertiæ partis, num. 50. appellatione enim interposita sunt ligatæ manus Iudicis volentis reum torquere, etiam ante inhibitionem, ad tradita per Baiard. ad Clar. in sua pract. §. fin. quæst. 64. num. 85. Bald. in rubrica comminat. epistola, & in lege generaliter §. sed iuramento col. 2. vers. sed quid si est talis, Codic. de rebus credit. Angelus de malefic. in verbo quod fama publica num. 100. versic. aduertas tamen, Iason in l. 1. num. 73. ff. de offic. eius, Guid. Papa in decis. 74. vbi dicit, quod de stylo Curiarum tàm Parlamẽti superioris, quàm inferioris sic seruatur, Francisc. Marc. in decis. 60. num. 5. Carauita in d. Ritu 259. num. 12. & seq. vbi ampliat hoc procedere non solum, quando Iudex pronunciat reũ fore torquendum super delicto principali, sed etiam, quando torquetur ad habendam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, iuxta ea, quæ dicit Farinac. in quæst. 37. num. 117. & seq. Cartar. in sua practica iuterrogand. reor. lib. 4. c. 1. num. 71. 72. & 73. Cirill. in summa crimin. partic. 3. rubrica 31. de appell. num. 8. Lancellot. de attent. dicto cap. 12. in 1. limit. num. 93. Maranta in sua practica in 6. par. principali in 2. actu principali, in glosa, & quandoq; appella-
6 tur num. 212. & interposita appellatione à decreto de torquendo Iudex debet supersedere, & nihil innouare, quod etiam procedit pendente termino ad appellandum, & sic per decẽ dies post decretum, secundum Franc. Marc. in decis. 60. Gomez. de tortura reorum nu. 23. versic. & facit generaliter regula, quod sicut appellatione pendente nihil est innouandum, ita pariter etiam pendente termino, & tẽpore ad appellandum, de qua in capitulo non solum de appellat. in 6. glosa in l. ex indiciorum ff. de accus. & in l. 1. ff. nihil innouari appellatione pendẽte, Couar. practic. quæst. cap. 23. nu. 2. versic. tertia interpretatio, vbi testatur de cõmuni opinione, latè alios referens Lancellot. de attent. d. cap. 12. num. 14. & seq. Capyc. in decis. 167. nu. 2. Quidquid tamen sit, Curia Archiepiscopalis non admittit huiusmodi appellationes à tortura, vti friuolas, maximè cum ad eam non procedat, nisi manifesta adsint indicia contra reum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Doctor an possit relegari, cum comminatione pœnæ triremium num. 3. & seq.*
2 *Iudex an possit etiam super futuris iudicare, & prouidere.*
4 *Frangens exilium, vel relegationem, qua pœna puniatur.*
5 *Doctor est persona nobilis, cui imponi non potest pœna triremium.*
6 *Idem procedit in Doctore in Chirurgia.*

An Clericus Doctor relegari possit sub comminatione triremium, casu quo relegationem non obseruauerit.

D E C I S. XCIII.

1 IN quadam Curia Archiepiscopali repetiebatur quidam clericus nobilis, & I. V. D. qui ob delictum per eum patratum fuit per eandem Curiam in Insulam relegatus, cum cõminatione triremium, casu quo non seruasset relegationẽ; quare fuit inter nos dubitatum, an præfatam
2 comminationem facere de iure potuissemus; dicebat vnus ex Dominus, quod Artham. in consil. 23. tenet, ad Iudicem non spectare futurorũ prouisionem, sed tantummodò super rededucta in indicio pronunciare, vnde cum in præsenti reperiretur prædictus condemnatus in pęnam nobilium, consequenter præfata comminatio nihil operari debebat, cum supponat futurum delictum.

3 Cæterum, hoc non obstante contrarium fuit decisum in eadem Curia, per quam fuit decretum, posse imponi pœnam aliquam in casu contrauentionis, sed difficultas restabat, num in casu dictæ contrauentionis imponi posset pœna triremium, stante qualitate dicti clerici, & fuerunt ponderatæ sequentes considerationes, & præsertim textus in l. aut damnum §. quisquis,
4 vbi Bar. ff. de pœn. vbi si quis frangit relegationem duplicatur pœna, & facit etiam textus in l. relegati ff. de pœnis, quo iure cautum est, vt infrigens fines si sit in exilium condemnatus relegetur, si relegatus est deportatur, immò fuit decisum per Rotam Cathalon. teste Peguer. decis. 41. relegatum non seruantem relegationem esse deportãdum, & deportatum esse summo supplicio afficiendum; Quare cum per supradicta iura reperiatur indicta pœna relegationem frangentibus, maximè personis nobilibus, propterea non debet induci noua pœna, & sic comminationis triremium in casu fracturæ; in pœnis enim benignior pars est sumenda, cap. odia de regulis iuris in 6. & in odiosis non habet locum extensio, l. cum quidam ff. de liberis, & posthumis, & est etiam regula odia, & textus in c. statutum de elect. in 6. & latè Dec.
5 in l. in pœnis ff. eod. Dicebatur vlterius, quod cum Doctor sit persona nobilis, vt scribit decisum Guid Papa in decis. 338. Ant. Faber in decis. 9. cum sequenti C. de dignit. quod dicit etiã procedere in eorum filijs, idem Guid. Papa in decis. 389. propterea visum est, eidem pęnam triremiũ infligi minimè posse, ex decis. Grammat. 33. vbi dicit, nobilem quamuis incorrigibilem, pœna triremium condemnari non posse:

Dice-

6 Dicebatur insuper sic Doctor in Chirurgia iudicatur nobilis in genere pęnæ, ex decis. de Frãch. 564. quantò magis Doctor in vtroque iure, qui maximam consequitur dignitatem, Felyn. in c. quanto in 1. conclus. de magistr. quam dicit cõmunem Io. de Plat. in l. fin. col. penul. C. de decur. lib. 10. Dec. in cap. proposuisti col. penul. in fin. de probat. Marquar. de Iudeis 2. par. principali l. 2. in princ. Quibus omnibus perpensis iudicauimus in fauorem præfati Doctoris, vt supra.

SVMMARIVM.

1 *Clericus condemnatus in perpetuum ad triremes, censetur priuatus suo beneficio.*
2 *Assignatur ratio decisionis.*

Clericus beneficiatus condemnatus in perpetuum ad triremes, an censeatur priuatus beneficio.

DECIS. XCIV.

1 FVit iudicatum, Clericum habentem beneficium, & condemnatum in perpetuum ad triremes, simpliciter non censeri priuatum beneficio, sed eo priuandum esse, vt tenet Salz. ad Diaz in pract. crim. canon. in verbo at in perpetuum carcerem damnati cap. 1 , o. in addit. vlt. super lit. D. in versic. & vtrum lata sententia,
2 quod optimè confirmatur ex traditis per Rebuff. de modo admittend. benefic. nu. 57. vers. 6. auditus perpetuo, qua in re cum nonnulla ad fauorem dicti clerici allegasset eruditus iuuenis Io. Maria Nouarius, volui suas allegationes hic inserere.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de crimine est infamis.*
2 *Condemnatus ad perpetuas triremes, videtur cõdemnatus ad metallum.*
3 *Propter officium datur beneficium.*
4 *Habentes canonicatum, & præbendam in Ecclesia collegiata, & cathedrali debent residere.*
5 *Habentes curam animarum, necessariò residentiã facere tenentur.*
6 *Homicida non priuatur beneficio ipso iure.*
7 *Priuationi beneficiorum non est locus, nisi in casibus à iure expressis.*
8 *Nullum crimen, etiam priuatione dignum inducit priuationem beneficii ipso iure, nisi sit in iure cautum.*
9 *Clericus falsificans literas Papales, vel properans homicidium qualificatum statim ipso iure priuatur beneficio.*
10 *Committens delictum ob quod ipso iure priuatur beneficio tenetur in conscientia illud dimittere ante sententiam.*

Allegatio Io. Mariæ Nouarii.

PRo affirmatiua opinione, & sic, quod talis condemnatus ad perpetuas triremes censeatur beneficio priuatus plura obstare mihi videbantur: Primò, quia condemnatus de crimine,
1 dicitur, & est infamis l. athletas §. fin. ff. de ijs, qui notantur infamia, infamia autem ipso iure priuat dignitate l. infamia C. de decurionib. lib. 10.
2 Secundò obstare mihi videbatur, quod condemnatus ad perpetuas triremes, videtur condemnatus ad metallum cap. qualiter, & quando il secondo vbi Innoc. super verbo ad dominationem in versic. secundum canones ibi secundo autem pęna extra de accusation. sed damnatus in metallum efficitur seruus pęnæ in l. metallum, ff. de ijs qui pro non scriptis habentur, & seruus non potest beneficium obtinere, cum pro nihilo reputetur, vt in l. nec expressum ff. de regulis iuris, imò mortuus reputatur l. seruitutes ff. eodem, ergo sequitur quod perdit ius quod habet in beneficio, & tacitè eo priuatus censetur: Tertio obstat, quia condemnatus ad perpetuas triremes cum habeat perpetuo esse absens à beneficio non poterit amodo benefi-
3 cio suo officium facere, cum non sit spes quod reuertatur à pęna argum. tex. in l. intercedit in fine ff. de condit. & demonst. ergo eo priuatus
4 tacitè censetur, nam propter officium datur beneficium cap. fin. de rescript. in 6.

His tamen nihil obstantibus distinguendo sic respondeo, quod aut sumus in beneficijs quæ requirunt residentiam, vt in tenentibus canonicatum, & præbendam in Ecclesia cathedrali, vel collegiata in quibus requiritur residentia, Panorm. in cap. peruenit de appell. argum. cap. inter quatuor extra de clericis non residentibus,
5 Concil. Trid. sess. 23. cap. 2. de reformat. vel in Rectoribus curam animarum habentibus, qui etiam residere tenentur, cap. 3. de clericis non resident. cap. extirpandę, §. quia vero vbi Panor. de præbendis, & habetur per Concil. Triden. in sess. 23. c. 1. de reform. & in hoc casu dico, quod non obstante quod in sententia nulla fiat mentio de beneficij priuatione, tamen tacitè intelligitur eo priuatus, & ratio est, quia talia beneficia requirunt residentiam quam facere non potest in triremibus condemnatus.

Aut loquimur de alijs beneficijs, qui non requirunt residentiam, & respondeo, quod quis
6 ipso iure non venit priuandus beneficio, vt in homicida, qui non priuatur beneficio ipso iure secundum communem opinionem, quam refert Gomez. in cap. 1. de rescript. lib. 6. num. 70. & 8. Cappell. Tholos. in decis. 208. Mohedan. decis. 272. Bursat. conf. 14. num. 18. volum. 1. Guttierez Canonicarum quæstionum cap. 5. num. 6. Clar. in §. homicidium num. 21. Diaz in praxi crimin. canonica cap. 94. & ibi Salsed. addit. 1. Couar. in clem. si furiosus 2. par. §. 6. num. 6. & innumeri relati per Ceuall. in lib. communi. cõtra commun. quæst. 569. & nouissimè optimè habetur per Dominum meum Riccium in sua praxi decis. 395. & in hoc casu, si in sententia nulla sit facta mentio de priuatione beneficij,

non

7 non censetur eo priuatus, nunquam enim est locus priuationi beneficiorum, nisi in casibus à iure expressis, Tiraquell. in l. si vnquam C. de reuocand. donat. in verbo reuertatur num. 249. Rota diuers. in decis. 769. num. 2. par. 1. glos. communiter approbata in cap. fin. de iurepatr. Achill. de Grassis in decis. 1. de iure iurand. numer. 15. & ratio est, quia nullum crimen etiam
8 priuatione dignum inducit priuationem beneficij ipso iure, nisi sit in iure cautum, sed est priuatio facienda per sententiam, & ita in dubio præsumitur, Felyn. in cap. 2. num. 3. de rescriptis, Plaza de delictis cap. 15. num. 2. Gabriel. consil. 196. lib. 1. & consil. 187. lib. 2. Farinac. in sua praxi crimin. in 1. par. q. 19. num. 46. & in decis. Rotæ Roman. 134.
9 Aut loquimur de crimine, quod inducit priuationem beneficij ipso iure, vt in clerico falsificante literas Papales, cap. ad falsariorum de crimine fals. vel in clerico homicidium patrante qualificatum, veluti per industrias, vel per insidias, iuxta disposita per Concilium Tridentinũ de reformatione sess. 14. cap. 7. & sess. 24. cap. 6. Felyn. in cap. inquisitionis num. 5. de accus. Farinac. in consil. 14. num. 5. Nauar. in suo Manuali cap. 22. num. 240. Maiol. in tract. de irregularitate lib. 5. c. 48. Sayrus Thesaur. casuum conscient. lib. 6. cap. 2. num. 12. lib. 7. cap. 7. num. 14. & in hoc casu licet clericus fuerit simpliciter de crimine condemnatus, nulla facta mentione de beneficij priuatione, tamen tacitè priuatus censetur, licet in sententia non exprimatur, vt post Innoc. Dominic. Abb. Felyn. & alios sequitur Diaz in pract. crim. canon. in verb. benefic. priuari c. 134. vers. vide tamen Caball. in res. crim. cas. 25. & statim nulla expectata sententia, nec citato possessore potest conferri, & impetrari, vel electio fieri c. licet Episcopus de præbend. in 6. & comm. Doctores in c. felicis de pœnis, Rebuff. in sua praxi in tit. de admit. benef. nu. 5. Rocc. de Curte de iurepatronatus in verbo honorificũ num. 87. Diaz in sua practica cap. 131. nu. 3. Rota Diuers. decis. 707. & in decis. 228. lib. 3. Caballin. Milleloq. 61. num. 1. Achill. de Grass. in decis. 345. in fine. Vnde tempus datum ad referendum, seù præsentandum, curret collectori, seù patrono à die scitiæ commissi criminis, ob q̃d quis priuatur beneficio ipso iure, seù ipso facto, sed probabiliter, & iustè ignoranti non curret, Lambertin. de iurepatron. art. 20. quæst. 1. par. 2. Caputaq. in decis. 248. par. 2. Rota in antiq. decisione 3. de iurepatron. Puteus decis. 6. de præb. Serafin. in decis. 380. par. 1. Rota in nouis in decis. 6. de iurepatronatus, & amplissimè habetur per D. meum Riccium in decis. 272. cõmit-
10 tens enim delictum, ob quod beneficio priuatur ipso iure, tenetur illud in conscientia dimittere ante sententiam, Abbas in cap. extirpandę §. quia vero, num. 24. de præbend. Nauar. in manuali cap. 23 num. 67. Felin. in d. cap. inquisitionis nu. 5. de accus. & in c. in nostris col. 2. nu. 12. & 13. de rescrip. Paris. de resign. benefic. lib. 3. quæst. 1. num. 22. & 81. & ratio est, nam licet in pęna amissionis propriorum bonorum non debeat lex obligare in conscientiam ipsum delinquentem, vt sit exequutor contra se ante sententiam, tamen in bonis communibus qualia sunt beneficia, vt in casu nostro, rectè potest obligare delinquentem ad illa dimittenda ante sententiam, cum illa particulariter habeant originem ab Ecclesiastica Republica, vel à Principe, à quibus conferuntur, & sic possunt ab eis dari, vel auferri vt libuerit, & maxime in casu nostro, vt tenet post Guttierez, Sotum, Molinam, & alios, Garzias de benefic. in tit. de vacatione per priuationem cap. 2. par. 11. tom. 2. num. 10. vbi inquit, quod lex potest in pęnam impedire acquisitionem fructuum, & prouentuum beneficiorum, & aliorum officiorum publicorum, ita, vt in conscientia debeant restitui, absque aliqua sententia, & ita sępè de facto resolutum fuit, exempli gratia in non recitantibus horas canonicas, secus in bonis priuatis proprijs, in quibus non potest, aut non debet lex obligare aliquem in pęnas ad illa dimittenda in conscientia, & de illis se spoliandum, ex quibus omnibus colligi potest solutio præfati articuli.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitates in matrimonio contracto per vim, & metum occultum non sunt reiterandæ, secus in manifesto.*

Sollemnitates Sacri Concilii, quando sint reiterandæ in contractu matrimonii.

DECIS. XCV.

PRo decisione præsentis articuli, scilicet nùm sollemnitates Sacri Concilij sint reiterandæ in contractu matrimonij, placuit mihi hic inserere ad verbum decisionem Rotæ Roman. in vna Toletana Matrimonij 15. Decembr. 1589. Coram Illustriss. Seraphino, quę sic se habet.

Retuli R. R. P. P. D. D. meis me consuluisse Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum Cardinalem Carafam super allegata decisione Sacræ Congregationis Concil. in materia matrimonij per vim, & metum contracti, qui Illustrissimus Dominus meus ostendit mihi librum suum, præsente R. P. D. meo Comitulo, in quo scriptum erat, in hanc sententiam quæsitum fuit quid seruandum in ijs, qui per vim, & metum adhibitis omnibus solemnitatibus à Sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 1. de reformatione extraxerunt: Congregatio respondit, si
1 huiusmodi impedimentum sit occultum, & partes postea in matrimonio sic contracto permanere liberè consentiunt, consueuisse Papam ex stylo Pęnitentiariæ, quamuis matrimonium sit nullum ratione occulti impedimenti, dispensare, ita vt de nouo possint inter se contrahere, non adhibitis, seù repetitis solemnitatibus à Cõcilio requisitis, si verò impedimentum sit manifestum, iterum contrahendum esse repetitis omnibus sollemnitatibus in primo contractu adhibitis, fuit etiam per nonnullos dictum, hanc esse sententiam Francisci à Victoria in suis relectionibus

nibus Theologicis relect. 7. de materia in secundo puncto 1. part. num. 9. versic. in contrarium, Guttierez Canonic. quæst. cap. 18. num. 4. & 7. cuius opinio videtur carere difficultate post Cōcilium, maximè stante decreto Sacræ Congregationis, super qua fundat se ipsum, qua relatione habita Domini mandarunt, vt si pars nihil releuans deducit in contrarium, causam expediamus.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta per vnum compatronum alteri non præiudicat, sed præseruat, & quare nu. 2.*

3 *Præsentatio facta per vnum ex Dominis, alterius ius non præseruat, nisi sit in præsentandi possessione.*

4 *Ius alterius minimè præseruatur, si vnus ex compatronis iure diuerso præsentationem facit.*

Per pręsentationem vnius ex compatronis, an pręseruetur ius reliquorum.

DECIS. XCVI.

IN quamplurimis causis in Curia Archiepiscopali vertentibus semper fuit habita pro
1 indubitata illa iuris conclusio, quod per præsentationem vnius ex compatronis præseruatur ius aliorum patronorum, vt in specie sequuti sūt Ruin. in consil. 50. num. 9. vol. 5. Surdus consil. 28. num. 37. Feder. de Senis in consilio 102. in minimo dubio, Calderin. in consil. 21. de iurepatronatus, Seraphin. quem cum hæc scriberem allegauit eruditus adolescens D. Ioannes Maria Nouarius in decis. 121. par. 2. Caputaquens. in decis. 366. part. 2. Put. in decis. 291. vol. 1. Achil. de Graff. in dec. 5. de caus. poss. & proprie. Rota diuers. in decis. 229. nu. 5. par. 1. & fuit iterum resolutum per Rotam Romanam in vna Reatin. iuris conferendi 5. Aprilis 1592. coram Illustris-
2 simo Seraphino, & ratio est secundum eundem Seraphinum in d. decis. 121. quia collatio, quæ quoad hoc æquipollet præsentationi conseruat ius aliorum Canonicorū, si reperitur facta à solo proposito, vt voluit etiam Rota in decis. 6. de consuetudine in nouis, & hinc Rota in vna Cęsaraguſtana Cappellaniæ 30. Maij 1571. coram eodem Seraphino tenuit, præsentationem factam ab vno ex patronis, vbi duo reperiuntur valere, & ius alterius pręseruare, licet aliter sit (redeundo ad propositam conclusionem) quando omnes
3 patroni non essent in possessione pręsentandi, quoniam tunc per pręsentationem vnius non pręseruatur ius reliquorum patronorū, vt tenuit Rota Romana in vna Galien. administrationis 21. Iunij 1577. Coram Seraphino, vt testatur idē in dec. 339. pari etiam modo dicimus propositā conclusionem non procedere, vbi omnes patro-
4 ni non venirent eodem iure, sed ex diuerso, Rota diuers. in dec. 229. n. 4. & sequent. par. 2. Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 1. quęst. 3. principali artic. 16. nu. 7. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Clericus occidens bannitum, an sit immunis à poena temporali, & nu. 8. ei non licet sanguinem effundere nu. 2. cum seqq.*

3 *Statutum permittens impunè occidi bannitum an valeat de iure canonico, & an comprehendat personas Ecclesiasticas, nu. 4.*

5 *Clericus committens homicidium odio, & inimicitia particulari contra bannitum debet puniri, & eo magis, si vestimenta banniti abstulerit nu. 6. quid proditoriè bannitum occidente num. 7. & seq.*

8 *Clericis licitum est effundere sanguinem in multis casibus, qui recensentur nu. 9. & seq.*

11 *Homicidium in dubio non præsumitur proditoriè commissum.*

An clericus occidens Bannitum sit immunis à pęna temporali.

DECIS. XCVII.

SVbdiaconus quidam fuit inquisitus in Curia Archiepiscop. de homicidio commisso in
1 personam cuiusdam banniti à Regia Curia, quare maxima fuit inter DD. Iudices altercatio, nū veniret aliqua pœna plectēdus, vel deberet gaudere beneficio statuti permittentis homicidium in personam bannitorum: & prima facie videbatur dicendum esse puniendum pœna ordinaria homicidij ex infra dicendis. Primo, quia de iu-
2 re non licet clericis fundere sanguinem, cap. sententiam ne cler. vel Mon. & offendere hominem vsque ad animæ effusionem est de per se malum, & damnatum diuina lege ex præcepto decalogi non occides, vnde cum sit negatiuè conceptum, obligat semper, vt dicunt Summistæ, & ex nostratibus Archid. in cap. si peccauerit 22. quæst. 1. Panormitan. & cæteri in cap. nouit de iudic.
3 Hinc est, quod de iure Canonico non valet statum, per quod permittitur impunè occidi bannitum, Canonistæ in cap. fina. de consuetud. Ias. in repet. l. omnes populi sub num. 46. ff. de iust. & iur. Duen. reg. 68. num. 1. & 2. limitat. Tum
4 secundo, quia constitutio Regni incipiens pœnā eorum, permittens occidere bannitos cum sit laicalis non extenditur ad personas Ecclesiasticas, c. Ecclesiæ S. Mariæ, & c. quæ in Ecclesiarum de const. & faciunt latè deducta per Viu. in dec. 9. cum alijs, quos congerit de Franchis decisio. 90.
5 Tum tertio, quia suspitio erat, præfatum subdiaconum homicidium perpetrasse ex odio, & inimicitia particulari, quo casu venit puniendus ex notabili doctrin. Bart. in l. nulla C. de adult. lib. 10. Petrasancta singu. 14. Petrus à Pla. in epith. delict. cap. 36. num. 11. Menoch. de arbitr. Iud. q. 90. nu. 48. vbi ait hoc expressè probari per text. in l. vltim. Cod. de malefic. & mathemath. in fin. & iuxta hanc opinionem se iudicasse vti Iudicem casuum conscientiæ, refert Ma-
6 strill. in decis. 104. Tum quarto, quia suspitio erat, præfatum subdiaconum abstulisse supradi-

cto bannito omnia vestimenta, quo casu est puniendns secundum Alban. in consil. 8. num. 29. quem sequitur Peregrin. de iure fisci lib. 3. titul. 7. num. 46. in fine, & idem Peregrin. in consilio 23. num. 4. volum. 1. & Artaman. in consilio 60.

7 Tum tandem, quia dicebatur illum proditoriè occidisse, dum simul coniunctim post prandium dormirent, quo etiam casu puniri debet, secundum Alex. ad Bart. in leg. fi. C. de delat. lib. 10. vbi ait, quod in facti contingentia fuit Perusij vltimo supplicio affectus quidam, qui socium suum bannitum proditoriè interfecerat, Plaz. cap. 36. numer. 18. Igne. in l. 3. §. si ex stipulat. num. 50. ff. de his quibus vt indig. Fortun. Garz. in l. conuentionem n. 11. & 12. de pac. Menoch. de arbitr. Iud. quæst. 90. num. 49. qui ait ab hac opinione vti communi non esse recedendum, Mantua in consil. 200. num. 29. libr. 2. dicens, quod opinio Decij contrarium tenentis in cap. quæ in ecclesiarum num. 72. versic. & licet ista sint notabilia dicta extra de constitut. communiter reprobatur, Mascard. de probation. libro 1. conclus. 162. numer. 9. Monticel. reg. crim. 3. num. 14.

8 Cæterum supradictis minimè suffragantibus, contrarium iudicauimus, nempè præfatum subdiaconum fore absoluendum, prout fuit liberè absolutns, & de hoc mirandum non est, sequuti fuimus enim opinionem Hyppol. loquentis in proprijs terminis in consil. 11. iuxta cuius opinionem fuisse quoque decisum in Curia Episcopal. Perusin. testatur Ambrosin. in decis. 23. volum. 1. Et pro hac sententia non obstant contraria, præsertim primum non licere

9 clericis fundere sanguinem, nam hoc est verum contra probos homines, secus autem contra improbos, rebelles, & hostes patriæ, dicitur enim in hoc casu minister fori cap. qui malos 33. quæst. quinta, & permissum fuit Moysi Ægiptiũ malignantem Israelitam occidere, cap. non inferenda 33. quæst. 3. malos occidere non est homicidium committere cap. qui malos 33. quæst. quinta, neque obstat secundum, quia ad publicam vtilitatem, & zelo iustitiæ euenisse præsumendum erat, Farin. quæst. 103. numer. 207. post alios quos ipse allegat, & ita respondetur tertio obiecto.

11 Nec etiam obstat quartum, nec alicuius considerationis est, quia non ex interuallo, sed incontinenti illud fuit absolutum, vt post alios dicit Hyppo. in pract. §. egrediar num. 83. Nellus de bannitis in 2. par. 3. temp. q. 3. Boss. in tit. de bannitis num. 6. in fin. Et demum minus obstat dico

12 re homicidium fuisse proditoriè commissum, cum in cõtrarium sit magis communis opinio, Foller. in pract. crim. in verbo foriudicetur nu. 12. Clar. in §. homicidium n. 51. Burs. cons. 134 nu. 13. lib. 2. Decian. in tractat. criminal. libr. 7. cap. 30. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt torqueri pro quouis delicto, nisi fuerint valdè diffamati, sed vide nu. 4.*
2 *Amplia etiam in clericis in minoribus ordinibus constitutis.*
3 *Amplia in crimine lesæ maiestatis.*
4 *Quid seruetur, & practicetur in Curia Archiepiscopali circa supradicta.*
5 *Indicia propinqua succedunt loco diffamationis.*

Vtrum clericus possit torqueri ex indiciis absque diffamatione.

DECIS. XCVIII.

1 ET si clerici non possint pro quouis delicto torqueri, nisi de tali delicto fuerint valdè diffamati, Abb. in cap. cum in contemplatione de regul. iur. Alex. in l. final. ff. de quæst. Marsil. in singul. 55. Diaz in pract. cap. 135. in princ. vbi asserit hanc esse communem opinionem, Cancer. in q. crimin. q. 11. nu. 1. vbi dicit, quod ab ista opinione non est recedendum tàm in consulendo, quam in iudicando, Cæual. in specul. pract. quæst. quæst. 619. num. 2. qui alios congerit, & testatur de communi, Scappus de iure non scri. pto lib. 1. cap. 8. num. 1. cap. 9. nu. 1. 2. & 3. vbi inquit, quod clerici circa torturam habent plura priuilegia, Mascard. de probat. conclus. 497. nu. 8. Vgo in cons. 62. nu. 10. vbi inquit

2 procedere tàm in clericis constitutis in sacris, quam in minoribus, & etiam in prima tonsura, & hæc omnia adeò vera sunt secundum Card. in cap. cum contemplatione col. 4. circa principium de reg. iur. vt locum sibi vendicet, etiam

3 si clericus esset accusatus de crimine læsæ maiestatis, vt tradunt et Gigas de crimine læsę maiestatis in tit. quomodo, & per quos q. 28. num. 4. Boer. in decis. 163. & secundum Abb. in cap. grauis de deposit. hæc omnia in tantum procedunt, vt locum sibi vendicent etiam si contra clericum non diffamatum adessent mille indicia, quæ alias essent sufficientia ad torturam, nã propter ea non poterit subijci torturæ, nisi adsit etiam diffamatio, vt etiam voluerunt Felin. in cap. veniens il 1. num. 4. de test. Panormitan. in cap. cum in contemplatione colum. 3. de regul. iur. Ioan. Andr. in cap. 1. col. 8. de cleric. percuss. Mars. in consil. 150. num. 72. & in cons. 1. num. 77. lib. 1. & in consil. 127. num. 15. lib. 2. qui dicit, quod licet mille inditia extarent, adhuc clericus non poterit torqueri, & num. 16. quod nullum genus indiciorum est sufficiens ad torturam, & vtrobique multos allegat Mascard. de probation. conclus. 352. num. 5. & conclus. 350. num. 14. Gramm. voto 11. nu. 15. Boer. in decis. 163. num. 6.

4 In Curia tamen Archiepiscopali fuit decisum, & sic quotidie practicatur, quod legitimis indicijs præcedentibus, nulla diffamatione probata, clerici torquentur sicuti cæteri, cuius praxis ratio reddi potest ex deductis per Granut. in theorem. 18. dicentem, quod si contrarium seruaretur in practica, nunquam, aut rarò clerici torquerentur, cum ad probandam diffamationem nonnulla requisita difficillima concurrere debent, de quibus habetur per Clarum in sua practica §. fin. quæst. 7. per totam, & iuxta hanc opinionem etiam seruari, & practicari in

in Ciuitate Mediolani testatur Bossius in sua praxi in tit. de indicijs, nu. 103. & in fin. tit. de tortura num. 5. Corat. lib. 1. cōmun. opin. in verbo tortura, vnde Granut. in cit. theorem. 18. ex pluribus per eum ibidem adductis, ostendit aduersus clericos posse procedi ad tormenta ex solis legitimis indicijs, excedentibus tamen arbitrariè, ea quæ contra laicos regulariter ad quæstionem sufficiunt, & huius opinionis ratio assignari poterit ex notabili doctrina Roland. in cons. 24. num. 20. lib. 1. & in consil. 3. num. 6. & seq. col 3. quod indicia dumtaxat propinqua loco diffamationis succedunt.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus absolutus, cum clausula reincidentiæ ad hoc, vt elapso tempore reincidat in excommunicationem requiritur declaratoria.*
2 *Absolutus cum debita sollemnitate, quia promisit parere mandatis Iudicis, licet postmodum non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excommunicationem.*
3 *Declaratoria non requiritur super reincidentia excommunicationis.*
4 *Respondetur contrariis.*

An super reincidentia excommunicationis requiratur declaratoria.

DECIS. XCIX.

CVm esset quidam excommunicatus, & postea fuisset absolutus, vt posset in nostra Curia Archiepiscopali deponere, cum clausula reincidentiæ dubitabatur, an facta depositione, & consequenter elapso tempore, reincidat in primæuam excōmunicationem ipso iure, an verò
1 requiratur declaratoria Iudicis; & dubitationē faciebat pro opinione affirmatiua, scilicet, quod requiratur Iudicis declaratoria per tex. in c. Regni Nedum: ibi si fortè contempserit in excōmunicationis sententiam reducere non omittas, & ad hoc facit etiam tex. in capitulo quæstioni de appell. ibi sed statim erit in eandem sententiam reducendus, vnde Panorm. in supracitat. loc. quem sequitur Henriquez in cons. 37.
2 nu. 4. & Artaman. cons. 17. concludit, quod absolutus cum debita sollemnitate, quia promisit parere mandatis Iudicis; licet postmodum non paruerit, non tamen ipso facto reincidit in excōmunicationem, sed opus est, quod de nouo in illam reducatur, & pro hac etiam opinione facit doctrina Gemin. in cap. eos §. 1. versic. quod si absolutus de tempor. ordin. in 6.
3 Quidquid sit ex supra relatis contrarium fuit resolutū, scilicet non esse necessariam declaratoriam, sed ipso iure reincidere, quæ opinio fundatur in doctrina Hostiens. in cap. veniens il 2. de testibus, quem sequitur Butr. volentis esse de consuetudine Curiæ, quod quando quis absoluitur ab excomunicatione ad tempus, puta vt testificari possit, vel quid simile, statim illis peractis reincidit in excommunicationem: secundò per textum in cap. eos de sentent. excommunicat. in 6. vbi absolutus ab excommunicatione cum reincidentia, elapso tempore, ipso iure absque sententia remanet excommunicatus. Tum tertio, quia excommunicatio, quæ profertur his verbis, nisi satisfecerit infra tale tempus, & illo elapso, absque alia monitione, eo ipso excommunicatus intelligitur, cap. præterea il secondo de appell. cap. à nobis de sententia excommunic. Butr. in cap. 2. de testibus cogen-
4 dis, & ex his non obstant in contrarium adducta, quia procedunt in alijs diuersis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Frangentes carceres, ad effectum fugiendi debent puniri eadem poena, ac si actualiter aufugissent, sed vide num. 2. & 3.*
2 *Ponitur facti species, & contrarium deciditur.*
3 *Poena tentantis frangere carcerem non sequuta fuga est arbitraria Iudici.*
4 *Ampliatur procedere eadem poena frangentis carcerem in fugiente à domo Iurisdicentis, vel habente sub præcepto pro carcere domum, palatium, vel ciuitatem.*
5 *Eadem poena tenentur illi, qui iussi à Iudicibus non se conferunt ad eos.*
6 *Vassallus fugiens à carceribus Baronis, & recta via accedens ad Magnam Curiam Vicariæ, vel ad Baronem non tenetur de fracto carcere.*
7 *Fugiens à carceribus citò, spontè, & etiam si citatus reuersus fuerit non tenetur de fuga.*

Qua pœna puniantur frangentes carceres ad effectum fugiendi, non sequuta fuga.

DECIS. C.

FVit dubitatum in Curia Archiepiscopali, qua venirent pœna plectendi frangentes
1 carceres, ad effectum fugiendi, non sequuta fuga; dicebant aliqui eadem pęna ac si fugam actualiter arripuissent, per tex. in l. 1. ff. de effract. vbi habetur, quod carcerum fractores habentur pro confessis, vt voluit etiam Foller. in praxi crimin. in verbo & si confitebuntur, Grillan. de relaxatione carceratorum, quæst. 4. Grāmat. consil. 57. num. 4. post Alexand. consil. 144. volum. 2. item pro eadem opinione dicebatur, quod Menoch. de arbitr. iudic. casu 301. quem refert, & sequitur Boer. in decis. 215. dicit, quod carceratus qui effregit carcerem, & iam exibat, & iterum fuit captus, perinde habetur ac si perfectè aufugisset, vt voluit etiam Bertazol. consil. 35. volum. 1. Duen regul. 232. Mascard. conclusio. 820. volum. 2. Tandem dicebatur regulam iuris esse, quod idem operatur præparatio fugæ, quod operatur ipsa fuga, Bald. in l. penult. C. de pignor. act. Marsil. in l. 1. num. 28. ff. de quæstionibus Riminald. Iunior consil. 302. num. 11. volum. 3. Baiard. ad. ad Clar. §. final. q. 21. num. 75.

G 2 Cæte-

2 Cæterum præfatis minimè obstantibus contrarium fuit decisum, nam cum in anno 1601. mensis Ianuarij tres laici carcerati in Curia Archiepiscopali tentassent fugere à carceribus, & cum lima secuissent ferè totum vnum ferrum cancellæ carcerum, tamen à Carcererijs præuenti non potuerunt aufugere, fuerunt per eandem Curiam condemnati ad remigandum per decennium in triremibus vltra pęnam delicti, pro quo prius detinebantur carcerati, vt refert Nouiss. in sua praxi cap.40. De cuius decis. ratione mirandum quidem non est, quoniam iuxta communem, ac magis veriorem Doctorum
3 sententiam, pęna tentantis frangere Carcerem, non sequuta fuga est arbitraria, secundū Alber. in l. in eos ff. de cust. reor. Boer. decis.215. Boss. de carcer. nu.50. Farinac. eiusdem nominis tractat. q.30. num.20. Gomes. variar. resol. titul. de captura reor. num.11. Foller. cit. loco num.49. hinc Clar. in §. fin. quæst.21. post num.16. dicit quod si carcerati non aufugerint, sed tantū modò tentauerint fractis carceribus aufugere, Senatus non solet ex ea causa aliquid graue contra eos decernere propter attentatam fugam, vel fracturam, & ita obseruatum fuisse testatur.
4 Est tamen notandum, quod non solum supraposita regula procedit in eo, qui actualiter manet in carcere, verum etiam in alijs, prout in fugiēte à domo Iurisdicentis, vel si habeat sub præcepto pro carcere palatium, domum, vel ciuitatem, talis enim aufugiens teneatur pęna frangētis carcerem, vide Bertazol. cons.35. num.3. & Curt. Senior in l. admonendi num.675. ff. de iureiurand. Grammat. d. cons.59. Becc. cons.44. nu.36. Viu. commun. opin. in vers. fugiens, Mascard. de probat. in verb. carceratus conclus.266. num.19. & decis. Lucens.90. num.5. vbi dicit veriorem opinionem esse, quod statutum puniens fugientem à carceribus publicis, comprehendit fugientē à camera, vel palatio pro carcere à Iudice assignato, & de eo qui aufugit de thalamo, in quo erat sequestratus, vide Becc. cōs.65. nu.6. & cons.124. num.2. vbi tenet, quod habetur pro
5 confesso, procedit etiam in illis, qui à Iudicibus iussi ad eos non se conferunt, ita affirmat Beluis. in sua practica crim. in tit. de inquisitione nu.56. quē sequitur Scap. in tract. iuris non scripti lib.5.
6 cap.54. num.6. sed omnia prædicta limitantur, quod vassallus aufugiens à carceribus Baronum, & recta via accedēs ad Mag. Cur. Vic. vel ad Baronem, non tenetur de fracto carcere per tex. in l. si quis §. item apud labeonem, ff. de ædil. edict. idem est in eo, qui aufugit causa deprecandi Baronem per medium aliquorum l. bouem §. qui amicum ff. eodem titul. Innoc. in cap. veniens de renunc. Anna in repet. cap.1. de vassal. decrep. ætat. vbi dicit, quod cum quidam vassallus Federici Carafæ aufugisset, & accessisset ad Magnā Curiam, dum molestaretur de fracto carcere, per Sac. Reg. Conf. fuit remissus ad Baronem suum, vt procederet in causa de iustitia citra pęnam fracti carceris: & ad hoc, quod fugiens fractis carceribus, vt iret ad superiorem non puniatur, vide etiam Boer. decis.215. num.28. Grammat. vot.39. num.12. Ioan. de Amic. consil.7. num.20. Duen. reg.393. limit.3.
7 idem sublimitatur, quod si fugiens à carceribus cito, spontè, & etiam si citatus reuersus fuerit, tolluntur omnia, quæ ex fuga præcedente contra eum orta fuissent, Plot. in l. si quando §.30. fol.200. C. vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Pendente appellatione nihil est innouandum, sed hoc quando non habeat locum, vide num.4. & 5.*
2 *Appellatio extinguit sententiam.*
3 *Pendente appellatione à decreto habilitationis à iuramento, non impeditur in causa procedere, & sic fertur decisum.*
4 *Appellatio non suspendit actum vbi sumus in sententiis secum trahentibus exequutionem.*
5 *Vbi agitur de ligamine animæ, appellatio non suspendit sententiam.*
6 *Lata sententia per Iudicem Ecclesiasticum super ualiditate matrimonii, licet ab ea sit appellatum, Iudex sæcularis prouidere potest mulieri super præstatione alimentorum pendente appellatione.*

An pendente appellatione à decreto habilitationis à iuramento impediatur causę processus.

DECIS. CI.

IN facto verificatum est, quod per Decretum nostræ Curiæ Archiepiscopalis fuit quidā habilitatus à iuramento, quod præstiterat in cōtractu inito cum quodam, à quo decreto habilitationis cum fuisset appellatum, insurgebat articulus dubitationis, si præfata appellatione pendente, opposita in foro laicali, possit procedi in causa decisionis petitæ dicti contractus,
1 & dubium faciebat pro negatiua sententia, quod appellatione pendente nihil est innouandum toto titulo, nihil innouari appellatione pendente, quare si procederetur in causa præfata haud dubium esset, quod appellatione prædicta pendente innouaretur, & consequenter
2 procedi minimè, posset appellatio enim extinguit sententiam l.1. in fine ff. ad Turpillian. Padilla in l. si causa cognita in 1. notab. ff. de transact. latè Ias. in l.1. col.4. nu.9. ff. de re iudic. Veral. in decis.34. de Franchis in decis.370. vnde per tex. in cap. pastoralis §. verum de appell. habetur, quod in tantum sententia dormit, igitur virtute decreti prædicti aliud fieri non potest, & proindè in causa non est procedendum.
3 Aliter tamen fuit resolutum, vt scilicet, quod pendente appellatione à decreto habilitationis à iuramento valeat procedi in causa, vt in specie, & in proprijs nostris terminis etiam testatur in Sac. Consil. fuisse decisum de Franchis in decis.602. & contra hanc decisionem non obstat, quod appellatione pendente nihil est
4 innouandum, & quod appellatio extinguit sententiam, quia hæc non habent locū in sententijs, quæ secum trahunt executionem, vt notatur in

in cap. pastoralis, §. fin. de appell. sequitur Afflict. in prohem. constit. quæst. 10. colum. final. versic. quia respondetur, Innoc. in c. ab excommunicato col. 2. de rescriptis, Vitalin. in clem. 1. colum. final. de sententia, & re iudicata, & vbi tractatur de ligamine animæ, prout in casu no-
5 stro, tunc nunquam appellatio suspendit, seu extinguit actum, secundum Bart. in l. furti §. 1. col. 2. versic. circa primum ff. de his qui notantur infamia, Felin. in rubrica de appellationibus col. 3. versic. limita ista, Angel. in l. tale pactum col. 7. ff. de pactis, vt neque similiter obstat, quod si procederetur pendente appellatione, diceretur innouare, quia stante conclusione, quod in prædictis spiritualibus appellatio non
6 suspendit actum, poterit vtique ad vlteriora procedi, & hinc est quod lata sententia per Iudicem Ecclesiasticum super validitate matrimonij, licet ab ea sit appellatum, Iudex sæcularis prouidere potest mulieri super præstatione alimentorum, non obstante appellationis pendentia, & iudicasse Sacrum Consilium, testatur Afflictus in decis. 152. & sequitur Pontanus de alimentis cap. 19. num. 5. Corduba in l. si quis à liberis §. si vel parens num. 47. ff. de liberis agnoscen. Barbosa in l. 1. in 1. par. nu. 80. ff. soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Citatio non est expedienda, nisi prius de delicto constet, saltem præsumptiuè, num. 8.*
2 *Citatio realis infamat.*
3 *Captura vltrà infamiam affert damnum irreparabile.*
4 *Citatio ad informandum quando non est expedienda in Regno.*
5 *Reus non est relaxandus ad simplicem accusatoris nutum.*
6 *Iudex citans aliquem ad informandum non seruata forma, est puniendus.*
7 *Citatio est vitiosa nisi constet de delicto.*
9 *Clerici in Curia Archiepiscopali quando carcerantur.*

Nùm antequam constet de delicto, citari posſit quis ad informandum.

DECIS. CII.

FVit pluries decisum, & ordinariè seruatur in Curia Archiepiscopali, & in omnibus
1 alijs Curijs Ecclesiasticis, vt Clerici non citentur, nisi ad informandum prius quod ceperit de delicto constare, iuxta doctrinam Io. And. in cap. si clericos de sent. excommun. in 6. vbi Episcopus non debet esse promptus ad citan-
2 dum, tàm verbaliter, quàm realiter Clericos, ob periculum infamiæ, Baldus in l. si clericus, C. de Episcop. audient. & in l. 1. C. de in integr. restit. quem sequitur Castr. & Iaf. in l. 4. §. con-
3 demnatum, ff. de re iudicata, sicuti, & captura vltra infamiam irreparabile damnum infert, vt habetur per Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 67.
4 & contra laicos hodie in Regno citatio ad informandum per Iudicem expediri non potest, nisi visa prius, diligentissimeq; per eum etiam recognita informatione, & in causis etiam magni momenti criminalibus requiritur, vt adsint inditia quæ vrgeant pro tortura inferenda, vt patet in pragmatica 39. in titulo de officio iustitiarij, seu Magnæ Curiæ Vicariæ, & sic refert
5 Viu. in decis. 121. num. 1. vbi num. 5. dicit capturam minimè contra aliquem delinquentem relaxãdam esse ad simplicem nutum Iudicis, cum non apparentibus sufficientibus inditijs ad torturam non possit concedi mandatum, seu licentia de capiẽdo, vt ante eum voluerint Archidiac. Gemin. & reliqui vniformiter in cap. si clericos de sententia excommunic. in 6. Bald. in l. quod euitandi in fine C. de condit. ob turpem causã, Alex. in l. 1. num. 13. ff. de in ius vocand. Carau. in ritu 39. num. 10. & seq. Campagna in c. Regni subditorum nostrorum n. 95. vbi refert hãc
6 conclusionem esse ab omnibus receptam, & Iudex capiens, & citans aliquem ad informandum non seruata supradicta forma puniri debet ex notabili doctrina Bald. in l. 1. C. de his qui latr. occid. cum rationibus quas adducit Paris de Put. in tract. de sindicatu in verbo captura cap. 1. nu. 14. & cap. 15. num. 13. & secundum quod refert Nellus in suo tract. de bannit. in tertia parte tertij temporis, & ante eum Bald. in auth. si omnes num. 8. C. si vt se ab hæredit. abstin. Sic si citatio ad informandum fie-
7 ret non adhibita causæ cognitione, & non constito summariè de delicto, foret vitiosa, & minimè valeret, & consequenter processus in præiudicium citati fabricatus esset nullus, & Iudex secundum Soccin. in l. fideiussor §. si quis nu. 5. ff. qui satisdare cogantur puniri posset, vt pariter dicimus de Episcopo iniustè carcerante clericum, qui est excommunic. cap. si clericos de sententia excommunicationis, quia secundum
8 Nouiss. in sua praxi cap. 27. debet contra ipsum clericum costare de delicto saltem præsumptiuè, & in nostra Curia Archiepiscopali refert
9 seruari, quod non proceditur ad carceratione clericorum, nisi contra ipsos adsint probationes sufficientes ad condemnandum, vel saltem ad torquendum, dummodò clericus non sit suspectus de fuga, nec sit timor, quod seducat testes, quia tunc ad finem formandi inquisitionem habita aliquali informatione carceratur, vt habetur per Clarum per ipsum allegatum in sua practica quæst. 28.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pro delictis ab eo patratis poena fustigationis infligi potest.*
2 *Iura generaliter loquentia generaliter debent intelligi.*
3 *Iudex Ecclesiasticus potest mandare verberari clericum.*
4 *Clericis non sunt imponendæ poenæ ignominiosæ, & non sunt dehonestandi vti plebei.*
5 *Clericus non debet genuflectere laico quem offendit, sed alias illi satisfacere.*

Pœna fustigationis, an Clericis infligi posſit.

DECIS. CIII.

FVit dubitatum, an Clericis pro delictis ab eis patratis infligi possit pęna fustigationis vulgo *la frusta*, & prima facie videbatur dicendum,

1 quod sic, ex pluribus; primo, quia iura generaliter loquuta fuerunt circa impositionem huius pęnæ, ad tex. in l. ictus fustium Cod. quibus ex
2 caus. infam. irrog. igitur generaliter intelligi debent, nullis personis exceptis. Tum secundo, quia pro hac eadem opinione habemus tex. in
3 c. vniuersitas de sent. excõm. vbi habetur, q. Iudex Ecclesiasticus potest mandare verberari clericũ, sed non per laicum, igitur per clericos poterit fustigari facere. Tum tertio, quia præfata fustigatio fit ex causa correctionis, & consequenter vergit in morum moderationem, sed ex causa correctionis percutiens clericos non incidit in censuras, c. cum voluntate §. si quis vero de sent. excõm. igitur, & c. hoc cõfirmatur, quia per tex. in c. 1. de calumn. habetur, qd à Beato Gregorio Magno, Subdiacono calumniosè Diaconum accusanti, fuit imposita publica pęna verberum, de qua etiam pęna vide tex. in cap. Beatus 45. dist. & in cap. ante omnia 35. dist.

Cęterum præfatis non obstantibus, contrariũ fuit resolutum ex doctrina Clari in sua practica crim. §. fin. q. 7. & vbiq; seruari testatur Salzed. ad Diaz c. 135. & ratio est sm̃ Perez super recopilatione legum Hispaniæ lib. 1. tit. 3. l. 1. clericis
4 non sunt imponendæ pęnæ ignominiosæ, & non sunt vti plebei dehonestandi; quare cum fustigatio sit tã grandis, & grauis pęna, vt inferat infamiã, non enim nisi pro turpibus, & infamatorijs delictis irrogari soleat, sm̃ Menoch. de arb. Iud. q. 80. nu. 40. & 41. & in cons. 123. nu. 4. vol. j. Cacher. cõs. 17. nu. 3. Ioseph. Ludou. in sua decis. Lucens. 1. par. 1. morti æquiparari dixit Rubin. decisione 40. vnde pœna fustigationis, & catenæ hodie imponi solet furibus, incisoribus bursarum, truffatoribus, falsis testibus, blasphematoribus, & similibus facinorosis, vilibus, & infamibus personis, Farin quęst. crim. q. 19. nu. 29. & facit tex. ĩ l. ictus fustiũ, ff. de his q̃ not. infam. Nauar. in cons. 16. de hæret. quã tñ pęnã publicè clerico imponi nũquã vidisse testatur Vgol. c. 56. de potestate Episcopi, nec debere ob honorẽ im-
5 poni, testat̃ Nouis. in sua praxi c. 74. vnde clericũ laico quẽ offendit nõ debere genuflectere, sed alias ei satisfacere, testatur Host. in c. contingit de sent. excõm. non tñ irregularis sit Iudex eã inferens, ex quo, nec mutilatio, nec mors interuenit.

SVMMARIVM.

1 *Omnis Sacerdos animarum curam obtinens debet Deo omnipotenti rationem reddere.*
2 *Parochus debet etiam habere alium, qui possit occurrere in necessitatibus.*
3 *Parochus non solum debet sacramenta tradere, sed infirmos etiam visitare.*

Qua pœna debeat puniri Parochus permittens mori aliquos de sua Parochia absque Sacramento.

DECIS. CIV.

IMputabatur cuidam Parocho, quod eius culpa nonnulli suæ Parochiæ filij spirituales absque Sacramẽtis Ecclesiæ decessissent; quare introducta causa, & cõpilato processu, cum ex eo appareret de negligentia eiusdem Parochi, fuit dubita-
1 tum, qua pęna veniret plectendus, dicebam ego, quod omnis Sacerdos habens curam animarum suorum parochianorum quoad Sacramenta, & alia pro animarũ salute tenetur Deo omnipotẽti rationẽ reddere de omnibus suis, iuxta Hostiens. in sum. tit. de paroch. & alien. parochi post principium, cum ibi per eum annotatis, & reus efficitur pro fructibus amissis, cap. si præsbyter cum sequenti 26. q. 6. nam qui oues sibi cõmissas spernit pascere, non dicitur Deum amare c. in scripturis 8. q. 1. quia si Christus pro nobis mortuus est, nos non debemus ab illo recedere, qui dixit
2 si amas me pasce oues meas: itẽ Parochus debet habere alium qui in necessitatibus possit occurrere c. illud 7. q. 1. cap. vt quisquis præsbyter de vita, & honestate clericorum, & tenebatur saltem perquirere, quia semper est danda esca esurientibus in tempore opportuno, qui enim huiusmodi officium exercet, debet esse mundus ab omni sanguine, secundum Apostolum in cap. 20. actuum Apostolorum, idest mundus à peccato, vt exponit glos. in cap. Ephes. 43. dist. & ibi tex. dicit quod ille non est mundus, qui consilium Dei non denunciat, pro ouibus enim quilibet in tempore opportuno debet animam suam ponere, cap. suggestum 7. quæst. 1. & hoc
3 maxime conuenit Parocho, qui nedum sacramenta suis parochianis debet conferre, sed infirmos quotidiè visitare cap. 1. de celebratione Missarum, & licet Nauarr. in consil. 3. de paroch. & in consil. 3. de pęnis, & Sayr. decis. 3. eodem titulo dicant, pęnam Parochi, cuius culpa Parochianus sine Sacramentis decessit esse arbitratriam, Nos tamen arbitrauimus pęnam suspensionis ad biennium ab eius cura, cuius decisio. ratio fuit, quia cum delinquisset in officio, consequenter debet in eo puniri ad tex. in cap. ex parte de cler. ægrot.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio semper censetur permissa, nisi specialiter reperiatur prohibita.*
2 *Regulæ standum, donec probetur limitatio.*
3 *Appellationem deuoluere in dubio pronunciandum est.*
4 *Appellatio est quædam defensio, & fuit inuenta, vt oppressis subueniretur.*
5 *Appellatio non admittitur à reiectione appellationis.*
6 *Sententia lata super impotentia appellandi dicitur interloquutoria quoad principale, secus quoad instantiam appellationis.*
7 *A sententia quod non possit appellari, de iure non datur appellatio, quando reiectio appellationis esset facta cum causæ cognitione.*
8 *Secus si incontinenti Iudex appellationem reijceret, & num. 10.*
9 *Causa debet esse aperta, ob quam Iudex appellationem non admittit.*
11 *Dictum Doctoris est intelligendum secundum doctrinas allegatas.*

An-

An à reiectione appellationis valeat appellari.

DECIS. CV.

Cum in facto euenisset decidẽdus iste articulus, dicebatur, q̃ regulariter oĩs appellatio
1 intelligit̃ pmissa, nisi specialr̃ reperiat̃ phibita gl. in l. q̃ restituere, ff. de rei ued. Bal. ĩ l. vni. circa principium C. de mom. poss. Socc. cons. 39. nu. 1.
2 vol. 4. & regulæ standum est donec probetur limitatio Bald. in l. si tutor in fine C. de seruo pig. dand. manum. Alberic. in 2. part. stat. qnæst. 158. Abb. in rubrica extra, vt lite non contestata, cum pluribus relatis per Surd. consf. 180. nu. 9. & vbi
3 aliquod subest dubium super admissione, vel reiectione capitulorum, pronunciandum in dubio est, appellationem deuoluere glo. in c. vt debitus in verbo, vt rationabilis de appellat. in 6. Innoc. in cap. dilectus il secondo de rescriptis, & alij relati per Surd. consf. 163. num. 5. & secundum Castrens. in l. 1. ff. si quis caut. quod appellationi fauendum est, idque comprobat Ias. ibid. in secun-
4 do notab. Purpur. consf. 89. num. 1. est enim appellatio defensio quædam, cap. cum specialis §. porro de appellat. & inuenta, vt oppressis subueniatur l. per hanc C. de temp. appellat. Bald. in cap. licet in princip. de offic. ord. vbi inquit, illũ textum esse aureum, & multi appellationem, dicunt, venenum repellere, tãquam theriaca, Bal. in l. vnica in fine. C. si de mom. possess.

His sic præmissis, fuit resolutum, appellatio-
5 nem à reiectione appellationis non esse dãdam, vt in proprijs terminis est decisio Gratiani Rot. March. 8. quam mihi allegauit adhoc propositum nunquam satis laudatus adolescens Dominus Ioannes Maria Nouarius, vbi in causa inter D. Hieronymum Cuneum, & D. Constantiam de Grimaldis de Ancona sub die 26. Octobris 1594. Rota declarauit, non esse locum appellationi interpositæ per d. Grimaldum, mandando exequi sententiam latam contra eam ad fauorẽ d. Hyeronimi, & quia fuit interposita appellatio ab huiusmodi reiectione appellationis, fuit de-
6 cisum non esse admittendam, nam sententia lata super impotentia appellandi dicitur interlocutoria, quod intelligitur quoad principale, secus quoad instantiam appellationis, quam definit, quia illo respectu est definitiua, Card. in clement. fin. col. 1. in fine versic. secundo quæro de appellat. Franc. in cap. sua nobis num. 3. eodem tit. vbi dicit esse interlocutoriam, cum dicimus de iure non posse appellari, & tamen definit totam causam appellationis, quod dicit secundum Bald. menti esse tenendum, & alibi non inuenisse, neque scriptum, neque notatum, & sic dicto
7 respectu habet vim definitiuæ, & quod ab ista sententia non posit appellari, nec detur appellatio, quando reiectio appellationis esset facta cum causæ cognitione, pro vt in casu nostro voluerunt Bar. in l. 1. in fine, vbi Mattesi. nu. 4. C. quor. appellat. non recipiunt. Natta consil. 529. num. 30. Cæphal. consf. 185. nu. 3. lib. 2. Contard. in l. vnica C. si de mom. possess. q. 5. nu. 9. & q. 1. num. 27. vsque ad num. 31. secus si in continenti
8 Iudex appellationem respueret, quia tunc posset appellari ab ista reiectione, imò causa debet esse
9 aperta propter quam Iudex appellationem reijcit, vt voluit Cõtard. vbi supra q. 5. post Alex. ad Bart. in d. l. 1. C. quor. appellat. non recip. & in hoc non obstat, q̃ possit allegari ex aduerso
10 idẽ Cõtard. in citata q. 1. sub num. 3. vbi concludit, quod detur appellatio à reiectione appellationis facta à Iudice ad quem, quia intelligitur, quando causa non cognita, & parte non citata Iudex non detulit appellationi, quo casu omnes supradicti Doctores concludunt posse appellari, & iuxta ista loquitur Bar. per Contard. allega-
11 tus in d. l. 1. secundum quem ipsum debemus intelligere, & sic per doctrinas adductas Alex. consil. 42. nu. 7. col. 2. in fine verf. nec obstat si adhoc lib. 4. Roman. consil. 211. col. fin. num. 5. versic. quoad vltimum post Bar. in l. non solum §. si liberationis num. 7. versi. præterea ff. de liberat. legat.

SVMMARIVM.

1 *Ad contrahendum domicilium requiritur decennium, & secundum alios relinquitur arbitrio Iudicis, & num. 2.*
3 *Proprius Parochus ad contrahendum matrimoniũ dicitur illius loci, in quo contrahentes habẽt animum permanendi, secus si habitent ad tempus, redituri deinde ad proprium domicilium.*
4 *Concubina non sortitur domicilium Amasii.*
5 *Matrimonium in Rure celebratum coram Parocho illius, & testibus ab eo, qui est Incola Ciuitatis, vel villæ prædium Ruri habens, & illuc aliquoties accedens ad exercenda rusticalia non est validum.*
6 *Non valet matrimonium eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentum sibi faciendum in Ciuitate, vbi sunt Incolæ abierunt in aliam, & ibi de licentia Ordinarii Ciuitatis, vbi erãt Incolæ contraxerunt matrimoniũ.*

De domicilio requisito ad contrahendum matrimonium in aliquo loco, ad effectum, vt dicatur contrahere coram proprio Parocho, iuxta mentem Sacri Concilii Tridentini.

DECIS. CVI.

1 Varij varia dixerunt circa domicilij acquisitionem; quidam enim voluerunt ad illud contrahendum, decennium requiri, vt in l. 3. C. de incol. lib. 10. latè Mascard. de probat. plures allegans conclus. 534. num. 6. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 1. casu 86. nu. 8. cum seq. alij
2 autem dixerunt tempus habitationis in aliquo loco ad inducendum domicilium, relinqui arbitrio Iudicis, & sic quæ dicatur assidua habitatio, vt constat ex Mascard. vbi supra num. 9. & 10. & Menoch. num. 16. vel quod æquè se haberent quoad vtrumque, vt in terminis matrimonij tenet, & sequitur Nauar. in cons. 7. nu. 3. de clandest. despons. lib. 4. cæteri vero fuerunt in ea sen-
3 tentia in proprijs terminis circa matrimonium contrahendum validè, eum propriè dici Parochum parochiæ; in qua contrahentes animum permanendi habent, secus si habitate intendant ad tempus, redituri postea ad proprium domicilium

cilium Henriq. de matrimonio lib. 11. c. 3. num. 3. Spin. in Specul. testament. glos. 15. nu. 41. Sanchez de matrimonio lib. 3. disp. 3. num. 11. Dual. in 3. par. director. iudic. eccles. cap. 155. nu. 48. Ledesma de matrim. q. 45. art. 5. pun. 3. §. dico tertio ad fin. Rot. diuers. in decis. 643. num. 2. & 3. vol. 1. sequitur Triuis. in decis. 23. lib. 1. vbi testatur Venetijs fuisse resolutum, quod si mulier, quæ per anni spatium habitauit cum Amasio, nubat alteri non assistente Parocho domicilij fœminæ, sed Parochiæ amici non valet matrimonium, quia ratione illius dubitationis non contrahitur Parochia, & quamuis vxor sortiatur
4 forum ratione domicilij viri non tamen concubina, vt benè tradit gl. in c. eos in verbo eos 32. distinct. vnde Ciuitatis incolæ in Rure prædia
5 habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad Rus accedentes dimissa in vrbe familiæ suę parte, si coram Parocho rurali, & testibus matrimonium contraxerint, tale matrimonium est nullum, quia non fuit celebratum coram proprio Parocho contrahentium, nec alterius eorũ, aut alio Sacerdote de ordinarijs, aut Parochi licentia, vt benè, & optimè Nauar. in cons. 7. de clandest. despons. lib. 4. & cons. 1. de paroch. nu. 2. lib. 3. vbi idem dicit de illo, qui causa pęstis, seditionis, vel belli fugit à sua Parochia, primo quoque tempore, quo potuerit reuersurus, latè post alios Menoch. in cons. 398. vol. 4. vbi complures Rotę decision. affert, & pro hac doctrina est optimus text. quoad sepulturam, ea non electa, cap. is qui de sepult. in 6. vnde Nauar. consil.
6 14. de clandest. despons. per totum lib. 4. latè probat, non valere matrimonium eorum, qui volentes illud contrahere, & timentes impedimentũ sibi faciendum in Ciuitate, cuius erant incolæ abierunt in aliam Ciuitatem longè ab illa sitã, in qua post aliquos dies de licentia Ordinarij prædictæ Ciuitatis, cuius erant incolæ contraxerunt matrimonium: Curia tamen Archiepiscopalis inclinauit ad decidendum sufficere domicilium habitationis bona fide susceptæ, ad contrahendum matrimonium coram Parocho habitationis cõiugum, vel alterius ipsorum, ex Rot. nouiss. collecta à Far. 2. par. decis. 590.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio testium in longiuquis partibus existẽtium fieri debet expensis petentis.*
2 *Remissio inquisiti ab vno Iudice ad alium debet fieri expensis petentis, quod amplia etiam in criminalibus num. 3.*
4 *Testibus laborantibus, & artificibus non solum debetur sumptus, sed etiam salarium erogatur.*

Repetitio testium ad instantiam fisci receptorum, cuius sumptibus fieri debet.

DECIS. CVII.

CVm peteretur ex parte rei inquisiti, testes repetendos esse hic Neapoli coram Reuerendissimo Vicario in Curia Archiepiscop. fuit dubitatum, cuius sumptibus hoc fieri deberet,
1 & fuit resolutum hoc fieri debere expensis petentis, vt voluit Anna in singul. 519. quem refert Tapia in constitut. Regni in pecuniarijs, vbi dicit, quod quando testes sunt examinandi per Commissarium causę, expensis petentis examen fieri debet, vnde Vrsill. in addit. ad Afflict. in decis. 376. sub nu. 4. refert fuisse decisum in Regia Camera, quod testes absentes, qui debent coram Iudice personaliter se præsentare, debent eorũ expensis venire ad repetitionem, & insuper pro hac eadem opinione allegabatur text. in l. fin. C. de erogat. milit. annon. lib. 10. in quo habetur, quod si Ciuitas petat à Principe militum custodiam, qui alibi à longe reperiuntur, & petatur annona in itinere, dicit ad talem annonam teneri (& loquitur in criminalibus) Ciuitatem milites petentem, & illius text. authoritate dixit Bald. in c. fin. §. si Iudex sub nu. 1. de pace tenen.
2 & eius Additio. affirmat, quod remissio inquisiti ab vno Iudice ad alium fit sumptibus petentis, vt si petat eam inquisitus, facit suis sumptibus, sin autem Iudex facit de publico, sequitur Afflict. in constit. Capitaneorum nu. 6. Hinc pars petens principalis litigantis examen, & depositionem, si is absens sit à loco, suis expensis illam procurabit, Carau. in ritu magnæ Curiæ 235. numer. 13.
3 cum pluribus seqq. qui licet videatur loqui in ciuilibus, idem tamen est in criminalibus causis, cum militent ædẽ rationes, & præsertim, ne cuiq; officium suum sit damnosum, & aliæ quas ponderant DD. ad hunc propositum punctum, & notorium est etiã in criminalibus hoc idẽ seruari per tex. in cap. si testes §. liberi vers. venturi 4. q. 3. ibi vẽturi autẽ ad iudiciũ per accusatorẽ, vel ab his, ꝑ quos fuerant postulati, sũptus cõpetentes ministrentur qui sumptus est ex l. quoniã C. de testibus, quæ idem disponit: cuius tex. authoritate dicit Io. Faber in l 1. n. 2. C. de suffrag. quod Clientulus debet sumptus facere Aduocato exeunti domum, & quod plus est, si sunt labo-
4 ratores testes, vel artistæ, qui aliquid aliud lucrarentur, non solum debent eis sumptus, sed etiam salarium erogari, Guid. Pap. in decis. 68. & Frãc. Marc. in dec. Delph. 178. num. 3. par. 1. text. in cap. mulieres de iudic. in 6. ibi expensis partis producentis, quod multis comprobat Lucas de Penn. in l. 2. col. 1. & 2. C. de prox. Sacror. Scrin. lib. 10. quod voluit etiam ante eum Accurs. in l. si quando in princ. C. de testibus, & est de mẽte Franc. Marc. in dec. Delph. 178. par. 1. Capyc decis. 90. in fin. Cacheran. in dec. Pedemont. 45. per totam, sed quantum ad R. Fiscum alias scripsi, quod non tenetur suis expensis testes repetere, prout in tom. 1. decis. super hac tamen re Io. Maria Nouarius fecit quasdam allegationes, quas hic ad eius instantiam placuit inserere.

SVMMARIVM.

1 *Is tenetur ad expensas, cuius gratia actus celebratur.*
2 *Administrationis ratio habetur pro reddita, quando stat*

do fiat per eum, cui reddenda est quo minus reddatur.

3 *Debitor ad instantiam creditoris carceratus, ipsius creditoris expensis est alimentandus, si victu careat.*

4 *Expẽsis petentis quem carcerari, carcerandus est.*

5 *Testes debẽt examinari expensis petẽtis.*

6 *Delinquentium remissio est facienda expensis petentis.*

7 *Quando remissio petitur ad instãtiam Iudicis, & nõ Partis, Iudex debet soluere expẽsas.*

8 *Idem est de remissione clericorum ad eorum Iudicem.*

9 *Expẽsis petentis cõsilium, causa est transmittenda Consultori.*

10 *Expẽsis custodias petẽtis & cognitionem parti suppositi est facienda remissio, & sic Baronis petẽtis remissionem vassalli.*

11 *Auctor dat nouam doctrinam, vt scilicet quando in reuisione rationum reperiretur dolus, quod expensas in reuisione factas debet ipse dolosus reficere.*

12 *Poena suos debet sequi Authores.*

13 *Alteri per alterum iniqua conditio dari non debet.*

14 *Nemo ex suo delicto commodum consequi debet.*

Allegatio Ioannis Mariæ Nouarij.

VOtum meum circa hunc iuris articulum est, quod rationes sint reuidendæ expensis
1 petentis, indubitata est enim iuris conclusio, eũ teneri ad impẽsas, cuius gratia actus celebratur, vt est tex. expressus in l. sed si hæreditas §. 1. ff. ad exhibendum, l. fin. C. de erogatione militari aunonæ, cap. mulieris de iudicijs in 6. l. quoniam C. de test. l. sed si §. fin. ff. ad exhibẽdũ, Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 128. nu. 18. & 19. Surd. de alimentis in tract. 1. q. 47. num. 10. vbi dicit, quod si reddita semel ratione à tutore, vel postquam se obtulit paratum illam reddere discedat à loco, non cogitur ad eundem locum venire iterum pro reddenda, vel reuidenda ratione, nisi expensis ipsius minoris, Bal. in l. 3. §. defend. in fine ff. quibus ex caus. in possess. eat. & in l. si postulauerit ff. ad leg. Iul. de adult. administratio-
2 nis enim ratio habetur pro reddita, quando stat per eum, cui reddenda est, quod non reddatur, ex regul. leg. iure ciuili de condit. & demonstrat. l. scribit ff. de contrahen. empt. l. in iure ciuili ff. de regul. iur. l. executione ff. de verbor. oblig. & est tex. not. in l. si post diem §. si qua conditio, quando dies legat. ced. Socc. in l. Iulian. la prima nu. 7. ff. de condit. & demonstr. Cæphal. cons. 8. nu. 6 & Alex. cons. 127. circa med. vol. 6. & hinc
3 est, quod debitor ad instantiam creditoris carceratus, eius expensis alimentari debet, si non habet vnde victum sumere possit, Ang. in l. minimè C. de appellat. glos. in l. fin. C. de erog. militar. annonæ, Boer. decis. 203. Afflict. decis. 71. Valasc. dec. 1. Milanens. decis. 18. Balb. decis. 60. &
4 expensis petentis quem carcerari carcerandus est, Franc. Marc. in dec. 233. & expensis peten-
5 tis depositionem testium absentium examinari quis debet, Cacher. in decis. 45. quemadmodum
6 delinquentium remissio facienda est expensis petentis remissionem, Thomingius in decis. 13. Boer. in decis. 203. Ludouic. in decis. 54. Bald. in cons. 329. vol. 2. Alex. cons. 73. vol. 1. Dec. in cõs. 100. vol. 2. Verall. in decis. 92. vol. 1. Capell. Tho
7 los. in decis. 100. & hinc euenit, quod si remissio non ad instantiam partis petetur, sed ad instantiam Iudicis ipsius inquisiti, Iudex soluere debet expensas Afflict. in constitut. Regni Capitaneorum in 4. notab. num. 6. in fine Boer. in d. decis. 203. num. 5. & 12. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. in decis. 10. Guid. Papa in decis. 211. nu. 3. cũ alijs quos probat Couar. in lib. pract. quęst.
8 cap. 11. Carau. in ritu 135. nu. 13. vt etiam idem iuris est de remissione clericorum ad eorum Iudicem ecclesiasticum Boer. in decis. 324. Guido Papa in decis. 211. Vrsill. ad Afflict. in decis. 71. Corset. in suis singularibus in verbo expensæ, vt pariter quoque expensis petentis consilium, trã-
9 smittenda est causa Consultori, Bart. in l. si postulantis in 2. col. ff. de adulter. Ias. in l. ad egregios num. 2. ff. de iureiurando, & quando procurator absentis petit transmitti iusiurandum eius principali absenti, est transmittendum sumptibus explicari petentis, secundum Bal. in l. cum sæpè C. de erogat. milit. annon. Rubin. in dec. 23. vol. 2.
10 & ad idem expenditur decisio de Franch. 332. vbi fuit iudicatum, faciendam esse custodiam & cognitionem parti suppositi expensis petẽtis, & similiter expensis Baronis petentis remissionem eius vassali facienda est remissio, vt post eum sequitur Capiblanc. de author. Baron. in prag.
11 18. nu. 3. licet si in reuisione rationum adesset dolus, & fraus reperiretur ex parte alterius, quã petentis, tunc enim de æquitate, imò etiam de iuris rigore non incongruè putarem, quod expẽsæ essent faciendæ, & excomputandæ illi, ex cu-
12 ius parte reperitur dolus, & fraus: pœna enim suos debet sequi auctores l. Sancimus C. de pœnis l. rescriptum ff. de his quibus vt indignis, Ias. in l. si prius ff. de noui oper. nunciat. nu. 32. Cæphal. in cõs. 239. is enim affligatur, qui deliquit,
13 & alteri per alterum iniqua conditio minimè detur, l. non debet alteri ff. de regul. iur. nemo
14 enim ex suo delicto commodum consequi debet l. ex dolo ff. de dolo l. itaq; fullo ff. de furtis, l. non fraudem §. nemo ff. de regul. iur. l. siuè hereditarium in fine ff. de negotijs gestis l. relegatũ ff. de interdictis, & relegat. & sic de iure locũ habere sum in voto Ego Ioannes Maria Nouarius à Pisticio, Prouinciæ Basilicatæ Oppido.

SVMMARIVM.

1 *In Curia Archiepiscopali solet fieri praeceptum de non conuersando cum mulieribus inhonestis.*

2 *Oratio negatiua fortius negat, quam oratio affirmatiua affirmat.*

3 *Prohibitio alloquendi carceratum per verba nec directa nec indirecta, non comprehendit alloquẽtem ex causa pietatis, & beneuolentiæ.*

4 *Prohibitio de non loquendo cum excommunicatis, non excludit casum necessitatis, seu honestatis.*

5 *Verba generalia sunt interpretanda, nè sequatur*

inhu

inhumanitas.
6 *Prohibitio de non faciendo aliquid cum iuramento, non extenditur ad actum laudabilem, & licitum.*
7 *Promittens velle conueniri vbique locorum restringitur ad locum tutum.*
8 *Promittens non offendere quoquo modo, restringitur ad terminos iuris.*
9 *Verba contrahentium generalia, non sunt intelligẽda quod sapiant nimium rigorem.*

An præceptum de non conuersando cum muliere inhonesta, comprehendat etiam licitam, & necessariam alloquutionem.

DECIS. CVIII.

1 SAepæ accidere solet in Curia Archiepiscopali, clericos processari, seù inquiri de inhonesta conuersatione cum aliqua muliere, & quia contingit præfatum delictum sufficienter non probari, eadem Curia eos absoluit, cum præcepto, seù pœna de non conuersando amplius cum ea, quare fuit dubitatum, an præfatum præceptum tollat omnem conuersationem, ita vt censeatur coarctatus, vt nè quidem ex causa licita, honesta, atque necessaria cum ea conuersari possit: & du-
2 bium mihi faciebat, quod cum sumus in oratione negatiua, quæ fortius negat, quam affirmatiua affirmet glos. quam ibi dicit Bart. sing. in l. hoc genus in glos. fin. ff. de conditionib. & demõstrationib. & ibi Castrens. dicit valde singularẽ, & pluries secundum eam obtinuisse commendat Dec. cons. 490. num. 6. & pulchrè cons. 3. nu. 4. Crau. cons. 146. nu. 4. Gab. de legib. concl. 2. nu. 27. addo Tiraquell. ad l. boues §. hoc sermone lim. 7. vbi Rebuff. lim. 1. de verb. sign. Osasch. decis. 100. num. 44. Trigo. sing. 26. Cotta valde exaggerãs in verbo testator læthaliter, Menoch. de recup. poss. remed. 14. nu. 4.

Cæterum, hoc non obstante contrarium fuit resolutum: pro qua resolutione facit quod voluit Crau. cons. 3. per totum, vbi prohibitio de
3 non alloquendo talem carceratum per verba nec directa nec indirecta, non comprehendit alloquentem ex casa pietatis, beneuolentiæ, & cõsolandi carceratum, vnde prohibitio habendi commercium cum bannitis, non extenditur ad eos, qui dictos bannitos quoad victum adiuuant in extrema necessitate, faciendo eleemosynam, vel aliud opus genere suo bonum ad finem conuertendi, Nauarr. consil. 57. 58. & 59. de sentent. excommunicat. in antiq. Ang. in tract. malefic. ibi Augustin. Arimin. in apostilla in verbo maleficio semper astitit nu. 23. Affl. in constit. Pate ranorũ nu. 8. Boss. in tit. de rapin. nu. 21. Capan. in c. Regni licet cõtra receptatores sub nu. 10. &
4 ꝓhibitio de non loquendo cum excõmunicatis non excludit casum necessitatis, seù honestatis cap. quoniam 11. q. 3. c. inter alia §. illud autem, & ibi Socc. num. 99. de sentent. excommunicat. Gabriel. 4. sent. dist. 18. q. 3. artic. 1. Gaietan. in summa in verbo excommunicatus Nauar. in suo manuali cap. 27. num. 27. Sayr. lib. 2. casuum cõ-
5 scient. cap. 24. quare verba etiam generalia interpretanda sunt, nè sequatur inhumanitas prout esset in hoc casu, si non potuisset alloqui ad bonum finem, & citra causam delicti, & hinc est, quod licet verba contractus sint nimis generalia, tamen recipiunt interpretationem, nè promittens remaneat læsus, delusus, vel deceptus,
6 idem Crau. in cons. 78. & prohibitio de non faciendo aliquid cum iuramento, non extenditur ad actum laudabilem, & licitũ; sequitur Couar. in cap. Rainal. num. 6. & 7. de testamentis, nec promissio intelligitur de actu excessiuo, Bal. cõs. 372. col. 2. lib. 3. & excessiuum esset, si permissa conuersatio, & ad bonum finem facta comprehenderetur, meritò non videtur de ea intelligẽ-
7 dum; Vnde promittens velle conueniri vbique locorum, restringitur ad locum tutum, Alex. in l. cum res colum. 1. ff. de leg. 1. & generalis promissio expensarum, reducitur ad causæ honestatis, vt latè deducit Seraph. de priuileg. iuramẽt. priuil. 13. nu. 24. & promittens non offen-
8 dere quoquo modo, intelligitur ad terminos iuris, & sic non intelligitur ludendo, nec in lucta, nec in omnibus similibus causis, in quibus cessat dolus, Dec. in cons. 9. Herculan. de caut. de non offendendo c. 34. num. 4. nec verba contrahen-
9 tium generalia intelligi debent, vt sapiãt nimiũ rigorem, vel nimiam iniquitatem, secundum Crauett. in cons. 221.

SVMMARIVM.

1 *Datur intellectus ad text. in cap. in fidei fauorem de heret. in 6.*
2 *Testes quãdo sunt participes, & socii criminis plenam nõ faciunt probationem in crimine hæresis, absque aliis adminiculis.*

An in causa hęresis testes socii criminis conuincant.

DECIS. CIX.

1 FVit resolutum in Curia Archiepiscopali text. in c. in fidei fauorem de hæret. in 6. quo cauetur, in fidei fauorem admitti socios, & participes criminis, procedere, & locum sibi vendicare dumtaxat ad faciendum indicia, & præsumptiones, non autem ad aliquem conuincendum de crimine hęresis, per text. & quod ibi notatur in cap. filij de hæret. in 6. latè Lup. in sua repetitione hæreticali §. is vers. ad hoc respondetur, vnde secundum Panor. in cap. 1. nu. 7. de cõfess. & in cap. per tuas num. 4. de simon. dicitur, hoc sanè notatu dignum omittendum nõ est, hu-
2 iusmodi testes participes, & socios criminis plenam probationẽ non facere in crimine hæresis absque alijs admiculis; verum eorum dictũ sufficeret ad pœnam extraordinariam, vel ad torturã, sequitur glos. in l. si filium in glos. magna C. de liberal. cau. expressè Fel. in cap. testimoniũ num. 22. de testibus Ias. in l. 4. §. si tibi sit iudiciũ nu. 4. ff. de condit. quæ ob turp. cau. Alex. consil. 313. vol. 7. Hippol. in §. diligẽter nu. 59. Villadiego de

go de hæret. q. 13. num. 12. & idem Hipp. sing. 109. & in cons. 109. num. 11. & Siman. de catho. inst. cap. 62. num. 5. qui omnes ita intelligunt dispositionem d. cap. in fidei fauorem. & ex tenore illius colligitur, ibi ex numero testium, ac personarum qualitate, & ideo dicebat Roias in singul. 191. num. 4. in fin. Inquisitores in testibus examinandis debere esse nimis cautos, & circumspectos.

SVMMARIVM.

1 *Clericus homicida non priuatur beneficio.*
2 *Amplia in homicidio qualificato, & nu. 3. & 4.*
Limita, vt num. 5. 6. & seq. in assassinis, occidentibus Cardinalem, vel Episcopum.

An clericus homicida priuetur ipso iure beneficio ecclesiastico.

DECIS. CX.

1 PLuries fuit dictum in Curia Archiepiscopali, per homicidium non priuari quem beneficio ecclesiastico, sed venire priuandum per sententiam, ad textum in cap. cum ab homine de iudicijs cap. clericis ne cler. vel monachi, & cap. ex litteris de excess. prælat. vbi Doctores, quod
2 amplia primo procedere non solum in simplici homicidio, in quo id receptissimum est, vt tenet Cappell. Tholos. decis. 208. Diaz in praxi crim. canon. cap. 94. Couar. in clem. si furiosus 2. par. §. 3. num. 6. Clar. §. homicidium num. 21. Tolet. in summa in addit. nouiss. lib. 1. cap. 88. vers. 7. qui alios plures referunt, sed etiam in homicidio qualificato, vt tenet Io. Ign. in l. successores §. nõ alios ff. ad Sill. dicens, quod omnes ferè Canonistæ, & Legistæ ita tenent, Clar. dicit nu. 6. Gabr. cons. 196. lib. 1. & 184. lib. 2. vbi resoluit, beneficium, vel pensionem non amitti ipso iure propter homicidium etiam qualificatum, vt parricidium, sed esse priuandum per sententiam, quia vt dictum est, pęna non incurritur ipso iure, nisi vbi exprimitur Gonzalez glos. 15. num. 79. & 80. & Azor. 2. par. lib. 7. cap. 17. quæst. 1. Quamuis in homicidio qualificato contra teneat Fely. in c. inquisitionis nu. 5. de accus. & in parricidio Rebuff. in praxi tit. de modis amittendi beneficia, num. 47. cum Felyno supra, de quo parricidij crimine curiosum librum nouissimè edidit Solorzanus: & potest intelligi textus iste de priuatione executionis, & exercitij ordinis sacerdotalis, quo homicida priuatus est ipso iure propter irregularitatem, quam ex homicidio incurrit, qui videtur genuinus intellectus illius text. & ita intelligit Suarez disp. 40. sect. 8. num. 15.
3 Amplia secundo præfatam conclusionem procedere etiam stante Conc. Trid. sess. 14. de reform. cap. 7. Nauar. consil. 13. de homicidio, Rodriq. quæst. regularium 1. cum q. 24. arti. 16. & in summa 1. tom. c. 179. nu. 90. Maiol. de irregularitate lib. 5. c. 48. nu. 1. vbi docet, quod illa communis opinio DD. quam recenset Turzanus in suis communibus opinionibus conclus. 102. quæ habet, quod homicidium sine assassinio non inducit vacationem ipso iure, non procedit hodie, neque in foro interno, neque in foro externo. Neque potest defendi Felyn. opin. in cap. de quarta colum. 12. de præscript. quæ habet, quod homicida irregularis potest retinere
4 suas dignitates, & beneficia. Amplia tertio, hoc etiam procedere, cum homicida non perdit ipso iure beneficium ante acquisitum, nam tunc facit suos fructus irreuocabiliter donec per sententiam eo priuatur, vt post alios tradunt Felyn. in d. cap. de quarta de præscript. num. 33. Boer. decis. 98. nu. 4. Nauarr. cons. 91. de homicidio, & cons. 96. & 97. num. 1. de simonia, & cons. 14. de cler. excom. Paris. lib. 3. de resignat. Lopez instruct. conscient. 1. tom. cap. 193. Rodriq. in summa 1. tom. cap. 179. num. 1. & 2. tom. c. 21. num. 10. Henriq. lib. 13. cap. 16. §. 4. Suarez 5. tom. disput. 40. sect. 2. num. 20. & seq. quamuis contradicat post alios Ant. de Burg. in cap. ad nostram de empt. & vendit. num. 34. quidquid teneant Diaz in pract. cap. 131. aliàs 123. Clar. lib. 5. quęst. 73. num. 9. Zerula §. 4. Graff. lib. 2. cap. 21. num. 30. & Couar. in 2. par. cap. 6. §. 8. num. 7. cum quo semper sentiendum esse existimat in proposito Guttierez in cap. 5. à num. 7. Et si esset canonicus posset canonicatui deseruire, stando, & canendo in choro, vt per Nauarr. cons. 14. de rescript. quod est 43. de homicidio, nam irregularis eas functiones obire potest, quas laici licitè possunt canere, & psallere in choro officia diuina, vt videmus ita Nauar. ibi: vnde etiam Canonicus, vel alius Sacerdos excommunicatus, qui in choro cantat cum alijs, licet peccet, non incurrit irregularitatem, vt docet Nauarr. cons. 37. num. 9. & consilio 48. num. 9. de sentent. excommunic. Rodriquez docet 1. tom. capit. 167. num. 8. Tolet. d. lib. 1. capit. 72. vers. 4. & cum communi Suarez dic. 5. tom. disput. 12. section. 2. num. 2. & similiter etiam suspensus ab ordine, seu ab officio potest canere in choro sicut laici, Nauarr. in manuali capitul. 27. num. 163. Lopez dicto 1. tom. instruct. consc. capitul. 247. & 2. tom. 2. part. capit. 21. Auila de censuris 3. part. disput. 2. dub. 1. conclus. 6. & 7.
5 Limita primo prædictam conclusionem, vt non procedat in assassino, qui est ipso iure beneficio priuatus ex cap. 1. de homicidio in 6. vbi Doctores, Gabriel. supra, Tolet. dicto capit. 88. vers. 7. 8. & Suarez dict. disput. 44. sect. 4. dicens, nullum esse ius, quod priuationem ipso facto adiungat irregularitati homicidij voluntarij, etiam alias qualificationis in assassino, & alij supra citati, & Gonzalez dicta glos. 15. num. 76. Limita
6 secundo non procedere etiam in occidentibus Cardinalem, quia beneficijs sunt ipso iure priuati, ex capitul. fœlicis de pœnis in 6. & Toletus loco citato. Limita tertio, neque procedere in oc-
7 cidentibus Episcopum, quia tales etiam sunt ipso iure priuati beneficijs, quę in ecclesia, cui talis Episcopus preest obtinent, ex clement. 1. de pœnis, sequitur Toletus vbi supra, & Molina de iust. tract. 3. disput. 65. num. 7. Limita quarto neque procedere in Beneficiato Prelatum occidente, vel conbeneficiatum, is enim priuatus est ipso

ipso iure beneficio, quod obtinet in ea Ecclesia ex cap. quibusdam de pœnis, vbi DD. quamuis in hoc contrarium teneant Felin. in d. cap. inquisitionis, de accusationibus num. 3. dicens, quod in cap. in quibusdam non loquitur de beneficio ecclesiastico, sed de beneficio temporali, seù profano, idest feudo, vel similibus, vt placet Abbati ibi num. 6. sed re vera de vtroque videtur expressè loqui, & tenet Rebuff. d. tit. de modis amict. benefi. nu. 41. Gabr. & Toletus supra, & dicit comm. Abb. d. nu. 6. & communem, & veriorem Alex. de Neuo in addit. ad eum ibi.

SVMMARIVM.

1 *Minor est mitius puniendus, quam adultus.*
2 *Fiscus tenetur probare, reum esse maiorem, si passus fuit ei curatorem dari.*
3 *Minoritas non tantum probatur inter contrahentes, sed etiam apud tertios.*

Fiscus si consensit inquisito dari curatorem, eidem incumbit onus probandi, ipsum esse maiorem.

DECIS. CXI.

INoleuit decisio, quod si clericus aliquo crimi-
1 ne accusatus allegat se esse minorem, & propterea instat sibi prouideri de curatore, & Iudex, consentiente fisco eidem prouidet de curatore: deinde, cum ratione ętatis minuenda esset pęna, ad tex. in cap. primo & secundo, de delict. puer. l. auxilium ff. de minoribus leg. fin. C. si aduersus delict. Grammat. in decis. 23. de Franch. in decis. 230. Mastrill. in dec. 161. latissimè Clar. in §. fin. quęst. 60. num. 3. & 4. ita vt delictum dignum morte commiserit, pro arbitrio veniat puniendus, l. 1. §. impuberes & l. excipiuntur ff. ad Sillanian. l. de minore ff. de quæstion. Hyppol. cons. 24. num. 36. & 37. & consil. 30. num. 10. vnde si tunc negat fiscus, hunc esse minorem; videtur quod non debet ipse hoc probare, lege cum te C. de probat. lege minorem vbi Bal. C. de probat. lege minorem vbi Bal. C. de integr. restitut. dicebat enim fiscus non consensisse prouisioni, nisi mediante protestatione, casu quo verè probaretur minor, & non aliter, sequendo Bal. in leg. de ætate ff. de minor. ne hoc medio daretur reis occasio minuendi, vel alterandi ordinarias pęnas, vt malitijs hominum obuietur, l. in fundo ff. de rei vend. cap. porro de diuortijs: sed è contra videbatur dicendum, quod attenta prouisione super dato curatore, onus proban-
2 di fisco incumbebat, Bar. in l. minor 25. annorum ff. de minoribus, Bald. in l. cum te colum. 2. vers. interdum, & ibi Ang. C. de probat. Alex. cons. 92. num. 13. vol. 5. Dec. consilio 86. col. 5. vers. vlterius, Benintend. in decis. 82. Rota Auenion. in decis. 63. Rota Perus. in decis. 51. quia
3 curatoris datio probat minoritatem, non solum inter contrahentes, sed etiam apud tertios, nisi illi contrarium probarent, vt scribunt Alexander cons. 17. vol. 1. & Dec. in cons. 526. nu. 6. sed in huiusmodi casu nō fuit facta finalis resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus non probatur per Bullas superiorū ordinum, sed contrarium fuit decisum in Curia Archiepiscopali nu. 2.*
4 *Probatur clericatus sufficienter per ostensionem quatuor minorum ordinum.*
4 *Probatis maioribus ordinibus, probātur minores.*
5 *Clericatus probatur ex litteris ostiariatus.*
6 *Regulariter quis non præsumitur per saltum promotus.*
7 *Clericatus illegitimi probatur per litteras Diaconatus, etiam si non fuerit promotus à proprio Episcopo, sed per alium dicentem habere facultatē à proprio Episcopo.*

An clericatus probetur per ostensionem superiorum ordinum.

DECIS. CXII.

INsurrexit dubitationis articulus, si probetur clericatus per Bullas, seu ostensionem supe-
1 riorum ordinum, puta Diaconatus, seù Sacerdotij, & non probari, nec satis esse litteras Sacerdotij, tenent Rebuffius in tit. de forma litter. tons. num. 28. Crauetta in cons. 134. num. 45. Ferret. cons. 354. num. 8. Gemin. cons. 91. Bar. in l. illud ff. de acquirend. hæred. Mascardus de probatio. conclus. 304. num. 13. & concl. 1145. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num. 5. assignant rationem, quia per saltum posset esse promotus.
2 Cęterum contrarium fuit resolutum, vtscilicet clericatus probetur per Bullas superiorum ordinum, vt in proprijs terminis sequuti sunt Perez in l. 1. tit. 8. libro 5. ord. Salzed. in addit. ad Diaz in sua practica cap. 24. littera A. qui ait non dubitari hanc opinionem esse communiter receptam, Puteus in decis. 144. libro 2. num. 5. vbi refert resolutum in Rota Romana
3 in vna Conchen. paroch. quod clericatus sufficienter probetur per ostensionem quatuor minorum ordinum, in quibus Episcopus promouens narrabat, eum per prius clericali tonsura
4 initiasse, quia probatis maioribus probantur minores, Bal. in l. si sollemnitatibus C. de fide instrument. num. 1. maximè vbi illa narratiua fit à persona fide digna, Innocent. in cap. 1. circa finem de cleric. peregrin. & in vna Leodien. Canonicatus 7. Decembris 1589. Coram Pamphilio fuit dictum non posse dubitari de clericatu stante susceptione maiorum ordinum. Pute. in dec. 144. in causa Merten. canonic. 25. Iun. 1584. coram D. Vicecomite, & in vna Bono. canonic. de anno 1591. coram Pamphilio fuit resolutū,
5 clericatum probari ex litteris ostiariatus, quia non præsumitur ordinatus per saltum, præsertim, cum agatur de clericatu incidenter, & per litteras Episcopi dicentis se ordinasse de licentia Ordinarij sufficienter dicitur constare de tali licentia, præsertim cum sint ordines celebrati in Ecclesia cathedrali publicè, vt fuit consideratū Coram D. Seraphino in causa Neapol. Canonicatus,

catus, Cæsar de Graffis in decis. 87. & idem fuit resolutum coram Pamphilio in vna Burgen. benefic. de Portugalet. 13. Nouemb. 1595. nempe ex literis Subdiaconatus probari clericatum,
6 cum regulariter quis non præsumatur per saltũ promotus, Puteus in d. decis. 149. in fine lib. 2. quod absq; difficultate procedit, quando Ordinarius est discretus, & prudens, taliter, quod nisi sibi de præcedentibus ordinibus constitisset, verisimiliter sequentes non contulisset, vt fuit resolutum in d. Bononien. 24. Maij 1599. coram D. Pamphilio, & habilitatem ad beneficiũ simplex constare, quia idoneus censendus est qui alias ad sacrum Subdiaconatum fuit approbatus cap. accepimus de ætate, & qualitate, & fuit dictum in causa Calaguritana portionis de Amaritia 27. Ianuarij 1576. coram Laurera, Caputaq. in decis. 367. par. 2. quod quidem procedit etiã in clericatu illegitimi, vt in vna Astoricen. Paroch. S. Brif. vt habetur in decis. 124. parte 3. lib. 2. Rotę diuersorum, vbi fuit resolutum, quod
7 clericatus illegitimi probatur per literas Diaconatus, etiã si non fuerit promotus à proprio Episcopo, sed per alium dicentem habere facultatẽ à proprio Episcopo, sequitur Mascard. de probat. conclus. 305. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conuenitur coram Ecclesiastico, etiam si postea laicus efficiatur.*
2 *Tempus delicti attenditur.*
3 *Clericus, qui fuit Notarius in Curia Episcopali si efficiatur bigamus tenetur respondere in eadem Curia pro gestis tempore clericatus.*

Clericus si efficiatur laicus, an possit puniri per Iudicem sęcularem pro delicto commisso tempore clericatus.

DECIS. CXIII.

1 CVria Archiepiscopalis cognoscit de delictis commissis per clericos, etiam si postea laici efficiantur, cuius obseruantiæ ratio est, quia per mutationem status, ius acquisitum tolli non potest, prout eo ipso, quod quis deliquit, acquiritur ius illi, cuius iurisdictioni subditus est, Auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet Bald. in l. officiales 4. in principio versic. quærit quis Iudex, C. de Episcop. & cleric. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum colum. 7. in fin. nu. 18. versic. & per hoc dicebam superioribus annis de constit. & est tex. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de public, l. fin. de priuat. delict. l. vlt. de furt. cum etiam semper debeamus attendere conditionem personæ, quæ erat tempore commissi delicti l. 1. ff. de pœnis Bald. in dicta l. officiales num. 2. C. de Episcop. & cleric. vnde Clericus committens delictum tempore clericatus, si post delictum ducat vxorem, adhuc est puniendus à Iudice Ecclesiastico, quia
2 tempus delicti inspicitur, Baldus in l. affinitatis C. commun. de success. Grammat. latè decis. 10. qui refert, ita fuisse decisum in Sacro Regio Consilio. Tum quia semper origo, & initium spectatur in qualibet re, cuius initij respectu, cum delinquens esset subditus iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici, mutatio status non attenditur gloss. in l. 1. in verbo commissa in fin. C. vbi de crimin. agi oportet, ita vt hoc stante non sit necesse quod Iudex Ecclesiasticus præuenerit, cum sufficiat ad hunc effectum dictum initium, vt concludit in specie Franc. decis. 417. num. 6. post Grammat. decis. 10. Quare dicimus, quod existens de aliquo Collegio approbato ratione alicuius professionis, seu negotiationis, non potest recusare iurisdictionem illius qui præest Collegio, etiam postquam desierit esse de Collegio, quantum ad ea, quæ tunc temporis gessit circa pertinentia ad illam artem, l. 2. C. vbi de ratione agi oport. l. prætor §. etiam de edendo, Iacob. de Aren. in l. hæredum, & l. opere de oper. lib. Castrens. in l. fin. in principio C. de iurisdict. omn. Iudic. vbi ex hoc infert, quod licet aliquis desierit esse mercator, pro ijs tamen, quæ gessit tempore quo erat mercator, poterit conueniri coram Consulibus eiusdem mercantiæ, Crot. in l. nemo potest num. 80. ff. de legat.
3 Tandem supradictis omnibus accedat, quod dicimus de clerico, qui fuit Notarius in Curia Episcopali, quamuis enim postea efficiatur bigamus, tenetur respondere coram Episcopo, si accusatur, vel conuentus sit pro gestis tempore notariatus, non ratione clericatus, aut bigamiæ, sed propter officium, quod habuit in Curia sua Castrens. in l. 2. quam repetijt simul cum d. l. 1. ad medium num. 2. & 3. C. vbi de rat. agi oport. vbi etiam allegat simile, de eo qui desijt esse scholaris, nam pro gestis tempore, quo erat talis tenetur respondere coram Rectore, prout etiam in milite, & similibus, de quibus etiam Gul. de Cun. in d. l. 1. C. vbi de rat. agi oport. Franc. d. decis. 417. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Apostolicus præsumitur in rei Ecclesiæ alienatione spatio triginta annorum interuenisse.*
2 *Assensus Apostolicus præsumitur interuenisse, dato, quod sit reseruatus in vim conditionis, ac etiam si instrumento non sit enunciatus nu. 3.*
4 *Assensus præsumitur annorum cursu supradicto interuenisse, dato quod Summi Pontificis sciẽtia probata non fuerit.*
5 *Assensus Apostolicus non præsumitur, quando de confirmatione Apostolica inualida infra illud tempus appareret, & quid si confirmatio ab eo, qui alienationem impugnat fuerit producta.*

An Assensus Apostolicus in alienatione rei Ecclesię, pręsumatur ex diuturnitate temporis.

DECIS. CXIV.

1 ASsensus Apostolicus ex cursu triginta annorum præsumitur, secundum Felin. qui

H de

de cōi testatur in cap. Albericus nu.4. vers. si autem instrumentum, de testibus, glos. in c. peruenit, vbi Imol. de emptio. & vendit. Anchar. conf. 152. & hæc opinio est recepta in Rota Romana, vt fuit dictum in causa Cauallerien. 10. Ianuarij 1579. coram Rubeo in Romana 18. Iunij 1593. coram Seraphino, & in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram eodē, & iterum in vna Eluen. Mineriorum 26. Decemb. 1581. corā Orano, & in vna Placentina decimarum 21. Ianuarij 1587. coram Rubeo, & Rota diuersorum decis. 372. lib. 2. & iterū in vna Romana Casalis longhezzę 28. Iunij 1593. corā Seraphino, & in Mediolan. rescissionis permutationis 20. Ianuarij 1597. corā Pamphilio, & sæpissimè in alijs causis, adest etiam decis. Rotæ diuers. 379. par. 2. & Put. decis. 365. lib. 2. quod am-
2 plia procedere etiam si assensus esset reseruatus in vim conditionis, vt fuit dictum in Rota Romana in vna Casalis longhezzæ 23. Maij 1594. coram Seraphino, & in vna Romana Casalis de Pichis 15. Iunij 1587. corā Seraphino. Amplia etiam si instrumento non sit enunciatus, Felin.
3 in d. c. Albericus nu.4. vbi de cōi testatur, vt fuit resolutum in d. Romana Casalis longhezzæ 28. Iunij, & 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram Seraphino, Quod ampliatur, vt
4 procedat etiam, si Papæ scientia non probetur, secundum magis veram, & communem opinionem, de qua per Alex. consil. 27. nu.4. Socc. consil. 254. lib. 2. Corn. consil. 181. lib. 3. & de communi Curt. Sen. consil. 73. nu. 3. Dec. conf. 36. nu. 8. vers. vltimo non obstat, Gemin. cōsil. 87. Franc. Marc. decis. 473. nu. 8. Grāmat. decis. 79. num. 2.
5 limita principalem conclusionē, quando appareret de confirmatione Apostolica infra illud tempus inualida, quia tunc valida ex cursu temporis non præsumitur, Paris. consil. 27. nu. 119. lib. 1. Aymon. consil. 134. nu. 44. Bellon. cons. 20. nu. 9. & tenuit Rota in vna Eluen. Mineriorum 26. Decemb. 1585. coram Orano: Sub limita, nisi confirmatio esset producta ab eo qui alienationem impugnat, quia tunc non tollitur præsumptio alterius confirmationis validæ ex diuturnitate temporis prouenien, Crescent. decis. 21. de probat. Put. decis. 356. lib. 1. Cassad. in decis. 3. de procurat. & fuit dictum in vna Cæsaraugustana parochialis 8. Nouemb. 1599. corā Pāphilio. In eodem iuris articulo scripsit eruditus iuuenis D. Io. Maria Nouarius Pisticinus prouinciæ Basilicatæ, cuius allegatio hic inseritur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ex tēporis diuturnitate nō præsumitur.*
2 *Tempus non inducit, nec tollit obligationem.*
3 *Ex diuturnitate temporis omnia præsumuntur sollemniter acta.*
4 *Sollemnitas ex diuturnitate temporis interuenisse præsumitur.*
5 *Sollemnitas semper præsumitur.*
6 *Illud præsumitur præcessisse, quod de iure præcedere debebat.*
7 *Clericatus præsumitur præcessisse collationem eadem die factam.*
8 *Ecclesiæ erectio præsumitur præcessisse vnionem beneficiorum et factam.*
9 *Appellationem præcessisse commissionem præsumitur, sic etiam mors impetrationem beneficiorum, quando vtraq; die sequuta reperiatur.*
10 *Præcessisse præsumitur id quod potius fieri debet.*
11 *In dubio pro actus validitate potius præsumitur, quam pro inualiditate.*
12 *Contractibus eodem die celebratis, illum præcessisse præsumitur, per quem vterque actus validatur.*
13 *Coniectura est fortior omnibus aliis, quæ facit actū valere, ac illa præsumptio est accipiēda, quæ pro actus perfectione facit.*
14 *Assensus Apostolicus præsumitur in rei Ecclesiæ alienatione ex diuturnitate temporis.*

Allegatio Io. Marię Nouarii.

1 DVo videbantur pro negatiua opinione obstare. Primo, illa communis conclusio Doctorum, quod mandatum ob temporis diuturnitatem non præsumitur, Bald. in l. 2. C. si ex falsis instrum. Bar. in l. Pomponius §. rati in fin. ff. de procur. Marsil. in sing. 223. Feli. in c. sicut nu. 31. de re iudic. Caualcan. in decis. 45. num. 22. par. 1. Boer. in decis. 274. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 33. Dec. in cons. 199. latè Gabriel. in lib. cōmun. conclus. conclus. 1. in tit. de procuratoribus, vbi nū. 3. ampliat etiam in mandato facto exequutori, quod ex tempore non præsumatur Ruin. cons. 68. col. 13. vol. 1. & cōmissio Iudicis, ex tēporis diuturnitate non præsumitur, vt dixit idē Rui. in cons. 69. col. penul. vol. 1. Secundo,
2 quia tēpus suaptè natura non inducit, nec tollit obligationē, nec si inualida est eā confirmat, ex l. obligationū ferè §. placet, ff. de action. & oblig. His tamen non obstantibus contrariū votan-
3 do cēsui, ex diuturnitate enim tēporis prçsumūtur sollemniter acta, Bald. in cons. 511. Grat. cōsil. 20. Dec. in l. 1. C. qui admitti ad bonorū possessionem possint, Capyc. in decis. 16. nu. 1. Grāmat. in decis. 90. Menoch. cons. 98. num. 30. &
4 ex diuturnitate temporis sollemnitas interuenisse præsumitur c. peruenit de censibus l. filiusfamilias C. de pet. hæred. l. qui in aliena §. 1. ff. de acquir. hæred. Dec. in consil. 222. nu. 6. Corn. in cons. 181. nu. 2. vol. 2. vbi dicit esse cōmunem opinionem, Decian. consil. 409. nu. 7. Cassad. decis. 3. de procuratoribus, Franc. Marc. in dec. 88. Magonius in decis. 14. num. 52. Caualcan. in decis. 46. num. 16. Boer. decis. 26. col. 2. latè Menoch. de præsumpt. par. 1. lib. 3. casu 132. Ga-
5 briel. in lib. cōmun. cōcl. conclus. 132. nā solemnitatem semper esse præsumendam, ostendit nobis textus in l. sciendum, ff. de verbor. obligation. §. scriptum inst. de fideiussor. l. 1. C. de contrahenda, & committenda stipulatione cap. sicut de re iudic. l. iuris gentium, §. quod ferè ff. de pactis, & ideò appellatio in dubio intrà congruum tempus interposita prçsumitur, l. 1. vbi Castr. & alij ff. si quis cautio. latè Mascar. de probat. conclus. 117. & 120. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 96. Rota in nouis decis. 13. par. 1. & fuisse decisum refert Gaspar Thesaur. in forensi quæst. 66.

quæst. 66. num. 7. præsumitur enim illud adfuisse,
6 se, quod de iure adesse debebat, vt dicimus, quod de iure præcedere debebat, vt ait Bald. in lege cum in testamento §. hæc verba ff. de hæred. in-
7 stit. sicut in simili clericatus præsumitur præcessisse collationem eadem die factam, Crescentius decis. 6. de præsumpt. Cassador. decis. 20. de præben. item Ecclesiæ erectio præsumi præcessisse
8 vnionem beneficiorum ei factam, Crescent. de-
9 cis. 6. de præsumpt. & appellatio commissionem Rota decis. 202. in nouiss. sicuti mors impetrationem beneficiorum quando vna die sequuta reperiatur, Cassadorus in decis. 22. de præbend. & excommunicatio appellationem Rota decis. 316. in antiq. sicuti sententia inhibitionem, Thesaur. decis. 49. Achill. de Grassis decis. 34. de ap-
10 pell. quę oia propterea præcessisse præsumitur, quia de iure præcedere debent, sm Bald. cit. l. cũ in testamento, & in cap. cum adeo nu. 3. & seq. de procur. Alciat. in l. ostensas in 1. col. in princ. ff. de verb. signif. & pręcessisse id præsumitur secundum Crescent. decis. fin. de præsumpt. quod prius fieri debet, vnde cum assensus interuenire debeat in alienatione rerum Ecclesiæ proinde in dubio interuenisse est præsumendum, quia cum validitas alienationis dependat ab assensu proinde præsumitur illum interuenisse, qui validat actum, Crescent. decis. 1. de exceptionibus, post Felin. in c. pastoralis vers. ad identitatẽ col.
11 3. de rescriptis, in dubio enim præsumendum, quod actus magis valeat, quàm pereat, l. quoties ff. de rebus dubijs, hãc enim esse benignã interpretationem, testatur Soccin. in d. l. cum in testamento 2. notab. de quo meminit de Franch. decis. 594. & dicit Grat. l. 1. ff. de donat. quod vbi
12 reperiuntur duo contractus eodem die celebrati, & non constet quis præcesserit, præsupponendũ esse illum prius fuisse celebratũ, qui debebat fieri per præambulum, & per quem vterq; actus validatur, secundum Cyn. & Bart. in d. l. cum in testamento, & dicit Imol. in cap. 1. nu. 7. de præ-
13 sumpt. quod coniectura, quæ facit actum valere est fortior, ac potior omnibus alijs coniecturis, imò illa præsumptio capienda est, quæ facit actũ perfectiorem, glos. 1. in l. 1. ff. de iudicijs, & ibi Lancellot. col. 3. vers. in fin. glos. Cagnol. nu. 37. vers. 3. colligitur, & præsumptio validitatis actus est vt efficiatur quacunq; alia probatione contraria Lopez in repet. l. si puer nu. 26. vers. in cõfirmationẽ alia ratione C. de hæred. instit. & hinc
14 euenit, quod assensus Apostolicus ex diuturnitate tẽporis præsumitur interuenisse in alienatione rerum Ecclesiæ, vt habetur per Felin. qui de communi testatur in cap. Alber. nu. 4. vers. si autem instrum. de testib. sequitur glos. in c. peruenit, vbi Imol. de empt. & vend. Anchar. in cons. 152. Rota diuers. in decis. 372. lib. 2. & 379. Puteus in decis. 365. lib. 2. & Nouissime sequitur Riccius in decis. 114. 2. par. vbi iuxta hanc opinionem dicit fuisse decisum in Rota Roman. in causa Caualerien. 10. Ianuarij 1579. coram Rubeo Romana Casalis 18. Iunij 1595. coram Seraphino, & in eadem 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram eodem, & iterum in vna Eluen. mineriorum 16. Decemb. 1585. corã Orano, & in vna Placentina decimarum 21. Ianuarij 1587. coram Rubeo, & iterũ in vna Romana Casalis longhezzæ, 28. Iunij 1593. coram Seraphino, & in Mediolanẽs. rescissionis permutationis 10. Ianuarij 1587. coram Pamphilio, & sæpissime in alijs causis. Io. Maria Nouarius.

SVMMARIVM.

1 *Ad hoc, vt clericus locator possit expellere conductorem durante conductione pro necessitate proprii vsus, quæ concurrere debeant, & num. 2.*

Necessitas proprii vsus qualis esse debeat, vt locator valeat durante locatione expellere conductorem.

DECIS. CXV.

IN quamplurimis, varijsq; causis pendentibus semper fuit dictum, quod, vt clericus locator
1 possit expellere conductorem durante conductione pro necessitate proprij vsus, duo debebãt concurrere; Primum, quod necessitas superueniat post contractum locationis, secus enim, si iminebat tempore celebrati contractus, vt habetur per Gomes. de contractibus in tit. de locato, & conducto sub nu. 6. Lup. in cap. per vestras §. 9. nu. 10. de donat. inter virũ, & vxor. Rebuff. de except. num. 673. Soccin. in cons. 86. lib. 1. & consil. 2. lib. 3. Corn. cons. 103. col. penul. Bald. in l. eodem num. 11. C. locati, vnde secundum Caroccium de locato, & conducto par. 4. quæst. 2. necessitas debet esse vrgẽs, & vera, vtputa, secundum Angel. in d. l. eodẽ, si Pontifex veniat Neapolim volo auferre domum, vt carius locem, nã non est bona ratio, & pariter, si fierent spectacula in loco domus conductæ, & similia, quæ tendunt in auaritiam, & non veram necessitatem; cautus igitur erit Iudex in hoc, vt sciat causam ne decipiatur, Magon. Rot. Lucens. decis. 75. nu. 8. Nauar. in manu. præcept. 7. c. 17. num. 103.
2 secundum, vt necessitas sit inopinata, quæ prouideri non potuerit tẽpore contractus, Natta consil. 416. vol. 2. ponens exemplũ in bello post superueniente, Bertrand. cons. 411. lib. 4. & ad supradicta facit bonum simile de debitore fugitiuo, nam debet superuenire suspitio post contractũ, secus si eo tempore iminebat l. si creditores ff. de priuil. cred. l. ab arbitrio vbi notãt omnes ff. qui satisd. cog. item vt debitor in diem, vel sub cõditione posset cogi ad cauendũ ante tẽpus ex causa post contractũ, secus si tẽpore non iminebat, & hęc arbitrio Iudicis remittuntur l. si fideiussor §. satisdari vers. si Iudici sederit ff. qui satisd. cog. Vrsil. ad Affl. decis. 108. num. 3. Ioseph. Ludou. conclus. 8. limit. 7. & iuxtà supradicta tenuit Rot. Genuæ in decis. 29. apud Marilianum.

SVMMARIVM.

1 *Pueros sollicitans non debet puniri ex poena qua punitur attentans, & vide num. 5.*
2 *Sollicitatio puerorum connumeratur inter species delictorum.*
3 *Persuadens malum pueris, in Insulam deportatur.*

4 *In maleficiis voluntas potius, quàm exitus expectatur.*
5 *Attentans, seù sollicitans de crimine nefando impunè potest interfici.*

Qua pœna puniatur sollicitans pueros de crimine nefando.

DECIS. CXVI.

1 NOn loquor hic de eo, qui attentauit pueros, vel cum eo consumauit crimen nefandum, nam de his alias latè diximus alibi, sed loquor de illo, qui pueros sollicitauit, quare, cum reperiretur quidam clericus de hoc crimine inquisitus, fuit dubitatũ, qua pœna esset plectendus, & prima facie videbatur dicendum, esse puniendum
2 eadem pœna, qua punitur attentans hoc crimen ex pluribus, & primo, quia sollicitare pueros, cõnumeratur inter species delictorum, l. aut facta ff. de pęnis, cap. aut facta de pœnitent. dist. 1. Caualc. in decis. 13. nu. 1. vol. 5. Graff. de adult. consil. 1. vol. 1. Enriq. cons. 23. nu. 2. quia tex. in c. sollicitatores §. qui puero de pęnit. dist. 1. voluit, q
3 qui puero malum persuaserit in insulam deportatur, voluit etiam tex. in l. 1. §. qui puerum, ff. de var. & extraord. crim. & ita Gomes. in l. Taur. 80 nu. 14. Farinac. de delictis carnis q. 147. nu. 60. & hinc est, quod dicitur attentare ille qui delictum persuadet, c. noli putare de pęnit. dist. 1. & dicitur facere ille, qui ad faciendum mouetur, c. homicidium de pęnit. & non ideò minus deliquit cui sola deest facultas c. si cui de pęnit. dist. 1. hinc est, quod furti tenentur, qui solo timore non fu-
4 rantur. Tum tertio, quia in maleficijs voluntas potius, quã exitus expectatur l. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. c. omnis de pęnit. dist. 1. vnde cum præfatus Clericus sollicitando censeatur habuisse animum consumandi delictum, cum per eum non steusset, puniri debet pœna, de qua supra.

Cæterum præfatis non obstantibus contrariũ fuit decisum, de qua decisione mirandũ non est, qm̃ contra inquisitum non aderant indicia, sed tantũmodò dictum cuiusdã pueri sollicitati, cui non est standũ in hoc crimine l. fin. C. de accus. l. quoniam liberi C. de testibus, Paris. cons. 163. col. 1. vol. 4. Peguer. in decis. 5. Grãmat. decis. 28. & in proprijs terminis Mart. in decis. 138. est ta-
5 men notandum, quod tentans, seù sollicitans de hoc nefando crimine impunè potest interfici à tentato, seù sollicitato, vt tenet Ferret. in suo tractatu de re militari fol. 155. nu. 67. quẽ refert, & sequitur Scap. in tract. iuris nõ scripti lib. 5. cap. 141. nu. 12. vbi dicit, quod ipso patrocinante fuit propterea liberatus quidã Pistoris famulus Bononiæ, vt refert Baiardus in § sodomia num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Curiarum stilus & consuetudo, præsertim circa iudicia seruanda sunt.*
2 *Potius est standum stilo, quàm consuetudini.*
3 *Sententia lata contra stylum dicitur nulla.*
4 *Stylus Curiarum est seruandus, siuè quò ad ordinẽ, siuè quò ad decisionem.*
5 *Sufficit, vt Iudex in stylo se extraiudicialiter informet.*
6 *Quod procedit etiam quãdo stylus est notorius, vel quando agitur de stylo loci, vbi capitur informatio, quod non est contra ius.*
7 *Et tunc huiusmodi stylus, vel non est admittendus, vel saltem est legitimè præscriptus, & per testes est concludenter probandus,*
8 *Et talis probatio est facienda in loco, in quo sententia fuit lata.*
9 *Stylus Hispaniensis est, quod citationes fiant ad videndũ iurare testes, absq; appositione certa diei.*

Stylus Curię quomodo sit probandus.

DECIS. CXVII.

1 CVriarum stylus, & consuetudinem præsertim circa iudicia seruãda esse, ex multis cõcludit Guid. Papa in proemio decis. & potius es-
2 se standũ stylo, quã consuetudini, dicit idẽ Guid. Papa decis. 292. nu. 3. Cappella Tholos. dec. 155. Afflict. in decis. 79. nu. 4. Cacheran. in decis. 22. nu. 7. Verall. decis. 88 nu. 5. & in decis. 331. nu. 2. lib. 3. Viuius in decis. 297. nu. 1. 2. Gratian. decis. 237. nu. 18. Ludou. in decis. Lucens. 39. nu. 8. Mastrill. decis. 1. nu. 2. Anna in sing. 497. Caualc. in decis. 6. nu. 17. & in decis. 19. nu. 15. par. 1. Cornaz. in decis. 72. nu. 6. Bellon. in decis. 206. nu. 3. Francis. Marc. in decis. 158. nu. 3. vol. 1. hinc sen-
3 tentia contra stylum lata nulla est l. prolatã C. de sent. & interloc. omn. iud. Cacher. in d. decis. 22. nu. 6. ante eum Guid. Papa in decis. 292. n. 2. Cucch. Instit. canonic. maior. lib. 1. tit. 8. nu. 31. & Curiarum stylus est seruandus, siuè quòad or-
4 dinationem, siuè quòad decisionem causarum, Affl. decis. 79. nu. 4. Cacher. decis. 22. nu. 7. Grat. decis. 237. nu. 18. Raudens. decis. 6. num. 67.

His sic præmissis fuit pluries decisũ, qđ super
5 stylo sufficit vt Iudex se extraiudicialiter informet, ex doctrina Bar. cõiter recepta in l. 3. §. fin. ff. de testib. & in l. de quibus ff. eod. nu. 22. Alex. cons. 14. nu. 2. lib. 5. Pedem. dec. 22. nu. 16. q pro-
6 cedit, qñ stylus est notorius, Socci n. cõs. 63. nu. 5. lib. 1. vel qñ agitur de stylo loci, vbi capitur informatio quod non est contra ius, secus si sit contra ius, vt stylus pronunciandi, siuè scriptis, q est contra formã traditã in l. 2. & 3. C. de sen. ex breu. re
7 cit. tunc. n. huiusmodi stylus, vel nõ est admittendus, Alex. cõs. 36. in fi. lib. 2. Natta cons. 212. nu. 6 lib. 1. vel saltẽ debet esse legitimè pręscriptus, & per testes cõcludenter est ꝓbãdus, Alex. d. cõs. 36. in fi. Rocch. de cõsuet. sect. 1. in fi. si autẽ est contra ius, & talis ꝓbatio est facieda in loco vbi sen-
8 tentia fuit lata, Paleot. decis. 3. q̃ incipit Iudex in ciuitate, & corã Iudicibus delegatis, uõ autẽ corã ordinario, Put. decis. 342. lib. 3. nisi extarent aliæ sententiæ latæ super eodẽ stylo, ex quarũ lectura stylus probaretur absq; alio examine, vt habetur per Bal. in l. 1. in fi. C. ad Velleian. Curt. Sen. cõs. 117. col. 4. vers. & faciũt notata per Paris. cõs. 12.
9 n. 142. lib. 2. prout in stylo, qui viget in Hyspania q citationes fiant ad videndũ iurare testes absq; appositione certæ diei, qui stylus cum fuerit probatus in pluribus causis, probat quòad omnes, Pereg. decis. 32. super recognitione autem scripturæ Notarij fecit sequẽtem allegationem Ioannes Maria Nouarius, quæ hic inferetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Scriptura Notarii habetur pro plenè recognita, secundum stilum Curiæ, quando testes deponunt, se cognoscere manum, vel scripturam, & personā Scribentis.*
2 *Recognitio scripturæ si testes sint mortui, vel non reperiantur fit per comparationem cum aliis scripturis publicis eiusdem Notarii.*
3 *Comparatio scripturarum facit plenam probationē, quando ex ea apparet de omnimoda similitudine litterarum, si autem adsit aliqua dissimilitudo, tunc probat semiplenè, & nu.4.*
5 *Recognitio in transsumpto antiquo non requiritur.*
6 *Assensus Apostolicus permittitur in rei Ecclesiæ alienatione ex diuturnitate temporis.*
7 *Assensus Apostolicus præsumitur interuenisse, quod sit reseruatus in uim conditionis, ac si etiā si in instrumento non sit enunciatus.*
8 *Assensus ex diuturniate temporis præsumitur interuenisse, dato, quod Papæ scientia probata non fuerit.*
9 *Ex diuturnitate temporis omnia sollemniter acta censentur.*
10 *Ex temporis diuturnitate sollemnitas in actu interuenisse præsumitur.*

Scriptura Notarii stylo Curiæ quomodo sit recognoscenda.

Allegatio Io. Mariç Nouarii.

QVoties insurgit dubitatio de scriptura Notarij, an sit scripta, vel subscripta eius manu iuxta stilum Curiç habetur pro ple-
1 nè recognita, quando testes deponunt se cognoscere scripturam, vel manum, & personam Scribentis, vt habetur per Rot. diuers. in decis. 124. num.2. par.2. sequitur Vestr. in sua praxi cap.1. num.8. lib.6. Rota in antiquis in decis. 554. & decis. 709. & præsertim vbi sunt instrumenta de partibus, quia non possunt in Curia reperiri testes, qui deponant illum vidisse scribere instrumentum de quo agitur, vt fuisse decisum in quadam Maioricen. coram Augustino testatur Caputaquens. in decis. 27. lib.1. & si testes fuerint
2 mortui, vel non reperiantur; tunc pro cognitione facienda est comparatio cum reliquis instrumentis publicis ab ipsomet subscriptis, l. in comparatione, Cod. de fide instrumentorum, Menoch. de arbitr. iud. casu 114. num.29. seū cū scripturis eiusdem Notarij repertis in archiuio publico, vt habetur per Salyc. in d.l. comparationes col.4. vers. & ex prædictis, & licet Curt. Sen. in l. admonendi ff. de iure iurando num.114. dicat, quod litteræ debeant esse omninò similes, tamen hoc intelligendum puto, quoties adesset dissimilitudo non in vna tantum, sed in pluribus litteris, vt apparet de mente Angel. in §. si quis igitur in auth. de fide instrumentorum num. 3.
3 quamuis si ex comparatione de omnimoda litterarum similitudine appareret, eo casu comparatio plenam facit probationem, vt habetur per Curt. Sen. in l. admonendi nu.118. ff. de iureiu-
4 rando, vbi etiam sequitur Roman. num.64. licet si adsit aliqua dissimilitudo nō plenam probationem minimè facit, sed tantum plenam, vt communiter sentire DD. ostendit Ripa in cit. l. admonendi num.113. ff. de iureiurando, & quādo adsit omnimoda dissimilitudo, aut litteræ sint aliqualiter dissimiles, arbitrio Iudicis remittitur, vt est doctrina Romani ab omnibus recepta in d. l. admonendi num.61. & prædicta quidem locum habent, nisi agatur de transumpto antiquo, quia tunc recognitio non esset necessaria, cum per antiquitatem præsumantur omnia necessaria pro legitima transumptione interuenisse, vt fuit resolutum in vna Casertana beneficij 13. Maij 1597. pœnes Penā Put. in dec.259. nu.6. lib.2. post Innoc. Host. & reliquos in c. si. de fide instrument. & in cap. Albericus de test. Ias. in Auth. si quis in aliquo nu.5. C. de edēdo, & in leg. publicati nu.5. C. de testament. hinc
6 enim Assensus Apostolicus ex diuturnitate temporis prçsumitur in alienatione rerum Ecclesię, Rot. diuers. in dec.372. lib.2. & decis.379. Put. in dec.365. lib.2. post Anchar. in cons.152. Feli. qui de communi testatur in ca. Albericus nu.4. ff. de test. glos. in c. peruenit, vbi Imola de empt.
7 & vendit. quod procedit etiam si assensus esset reseruatus in vim conditionis, vt fuit dictum in Rota Rom. in vna Casalis longhezzæ 23. Maij 1593. coram Seraphino, & in vna Roman. Casalis de Pichis 15. Iunij 1587. coram Eodem, &
8 etiam si in instrumento non sit enunciatus, vt habetur per Felin. in d.c. Albericus num.4. vbi de communi testatur, & fuit resolutum in d. Romana Casalis longhezzç 28. Iunij, & 2. Aprilis, & 21. Maij 1593. & 23. Martij 1594. coram Seraphino, & etiam si Papç scientia non probetur, secundum magis veram, & communem DD. opinionem, de qua per Alex. in cons.27. num.4. Socci. cons.254. lib.2. Gram. deci.79. nu.2. Frāc. Marc. in dec.473. num.3. Corn. cons.181. lib.3. Gem. cons.87. Dec. cons.36. n.8. & diuturnitate
9 enim temporis omnia præsumuntur sollemniter acta, Grat. cons.2. Capic. dec.16. n.1. Gram. dec.90. Menoc. cons.90. nu.30. Bal. in cons.511. Dec. in l.1. C. qui admitti ad bonorum possess.
10 possint, & ex diuturnitate temporis sollemnitas in actu interuenisse præsumitur l. filiusfamilias ff. de petit. hæred. c. peruenit de censibus, l. qui in aliena §. 1. ff. de acquirend. hered. Dec. cons.222. nu.6. Franc. Mar. dec.88. Mogon. dec. 14. nu.52. Caualc. dec.45. num.16. Boer. dec.28. Corn. in cons.181. nu.21. vol.2. vbi de communi DD. sententia testatur, Cassad. in decis.3. de procur. Decian. in cons.409. num.7. & sic iuris censeo esse Ego Io. Maria Nouarius a Pisticio Prouinciæ Basilicatæ Oppido, salua &c.

SVMMARIVM.

1 *In iurepatronatus succeditur in stirpes, & non in capita, & quare.*
2 *Vniuersitates obtinentes iuspatronatus, quælibet vnam habet vocem.*
3 *In iurepatronatus si succeditur iure legati, vel donationis, vel singuli vti siguli succeditur in capita non autem in stirpes.*

4 *Et quid si adest obseruantia, quod semper succedatur in capita.*
5 *Consuetudo pro lege est seruanda.*
6 *Consuetudo in loco vincit legem.*
7 *Curiarum stilus, & consuetudo sunt seruanda.*

In Iurepatronatus quomodo succedatur.

DECIS. CXVIII.

1 ABsque difficultate semper fuit dictum in casibus occurrentibus in iurepatronatus succedi in stirpes, non autem in capita, per dispositionem textus in clem. si plures de iurepatronat. & ratio est secundum Innoc. in cap. 1. eodem tit. quia hæc successio regulatur ad instar successionis hæreditatis, in qua locum habet successio in stirpes §. quod placuit Inst. de hæred. quæ ab intestato deferuntur, & late tradunt Scribentes in Auth. cessante, C. de legit. hæred. Bald. in consil. 23. vol. 1. Alex. cons. 32. vol. 2. ita quod secũdum eundem Innoc. si plures vni patrono succedunt, illi plures loco vnius habentur, argumento text. in leg. si qui fundus ff. de cognit. & demonstrat. & hanc sententiam sequuti sunt Abb. & reliqui omnes in d. cap. 1. & præsertim Bero. nu. 59. vsq; ad 63. Decian. in cons. 32. n. 6. vol. 1. Ruin. cons. 50. num. 4. vol. 5. Rocchus de iurepatronat. in verbo ipse nu. 2. Lambert. in eiusdem nominis trac. libr. 1. 2. par. q. 1. artic. 24. Citadin. in eodẽ tractatu parte 1. ampliat. 6. nu. 6. & in casu proposito in Curia Archiepiscopali, talis erat facti species, nam tres erant patroni, qui morientes, vnus reliquit quatuor filios hæredes, alter quinque, alter verò octo, & fuit resolutum, quod isti filij succedant in stirpes, non autem in capita, & in hac præsentatione operabitur tantum vox octo filiorum, quantum vox illorum quatuor, & quinque, cum illi octo repræsentent vnum, illi quatuor vnum, & illi quinque pariter vnum, & sic de reliquis, iuxta textum in cit. clement. si plures de iurepatronat. de cuius ratione videnda est celebris glosa in cap. si plures in verbo commu. 16. quæst. 7. & hinc euenit, quod si plures Vni-
2 uersitates obtinent iuspatronatus, quælibet Vniuersitas habetur pro vna voce, nec sunt considerãda singula hominum capita, vt tradunt Merend. cons. 28. Parisius cons. 123. Menoch. cons. 316. vol. 4. licet si succedatur alio iure quam hæ-
3 reditario, puta legati, vel donationis aliter esset dicendum, quia tunc si donetur iuspatronatus familiæ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes Alexand. cons. 62. num. 3. & 4. Bal. in l. 2. sub nu. 4. C. de veris, & legit. hæred. & sic fuit tentum in Rota Romana in vna Regien. 13. Nouembris 1601. Coram Penia, & sic pariter dicimus, quando iuspatronatus pertinet ad singulos vti singulos, & nõ vti vniuersos, siquidem quando competit alicui Collegio, seu familiæ, vt vniuersis, fit præsentatio per stirpem, & non per capita, Lambert in. de iurepatron. 2. parte lib. 1. art. 25. quæst. 1. num. 17. & sic iudicauit Rota Romana in vna Statutien. iurispatronatus 11. Ianuarij 1583. Coram Pamphilio, idẽ
4 quoque est dicendum vbi obseruantia, & consuetudo esset contraria, vt fuit in Rota resolutum in vna Burgent. Abbatię 16. Iunij 1586. Coram
5 Penia; consuetudinis enim, & obseruantiæ vis magna est, ità vt illa pro lege seruetur, annuit textus in l. de quibus, & l. diuturna, l. cum de cõsuetudine l. sed ea quæ l. immò magis ff. de legibus, ità quod Puteus in decis. 176. num. 7. libro
6 3. dixerit consuetudinem in loco legem vincere, hinc Curiarũ stilus, & consuetudo sunt seruãda,
7 vt ex multis concludit Guido Papa in prohem. decisionum.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius gaudet priuilegio fori.*
2 *Nouitii infra annum probationis sunt personæ Ecclesiasticæ.*
3 *Nouitii subiacent suis Prælatis, sicut, & professi, ita vt possit Prælatus cõtra tales pro homicidio tunc perpetrato procedendo etiam torquere, n. 4.*

An Nouitius gaudeat priuilegio fori ob delictum perpetratum extra claustra, ad ampliationem text. in c. religioso §. 1. de sent. excommunicat. in 6.

DECIS. CXIX.

1 FVit casus prædictus decisus affirmatiuè, scilicet, quod talis gaudeat priuilegio fori, & consequenter quando sit conueniendus coram Iudice Ecclesiastico, vt in proprijs terminis sequuti sunt Ias. in Auth. si qua mulier, n. 59. C. de Sacros. Eccl. latè Farin. in pract. crim. q. 16. nu. 46. in 16. ampliat. vbi dicit, quod hæc ampliatio habet locum in Nouitijs, quia hoc casu tractatur de eorũ fauore, quos magis interest puniri à Iudice Ecclesiastico, qui mitius castigare solet, quam à laico; & ibi allegat alias authoritates, & rationes, Eugen. in cons. 26. nu. 10. Bar. in repet. Auth. ingressi col. penul. vers. pro hoc tamen iudicio, C. de Sacros. Eccle. Castrens. in cons. 431. col. 2. vers. tertio principaliter, vsque ad finem, Bellug. in specul. princip. rubrica 11. §. videndũ,
2 n. 5. in fine, vbi dicit, quod Nouitij infra annum probationis sunt personæ Ecclesiasticæ allegat text. in cap. religioso de sent. excommunic. in 6. Boss. in pract. crimin. in tit. de foro competent. nu. 127. Lambert. de contract. glosa 2. q. 19. nu. 27. Decian. in trac. crim. par. 1. lib. 4. c. 9. nu. 24. vbi alios adducit, Nauarr. in cons. 6. de foro cõ-
3 petenti, & probatur hęc sententia, ea ratione, quia Nouitij post habitum susceptum subiacent Prælatis quoad iurisdictionem, & superioritatem saltem commutabiliter, & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt Nouitij, sicut professi, & cognitio, & punitio delictorum Religiosorum qui sunt professi pertinet ad Iudices Ecclesiasticos, & Prælatos eorum, vt tradit latissimè Pan. post. Ioan. de Lignam.

gnam. in cap. cum contingat, num. 21. & quatuor seqq. de ætate, & qualitate, vbi probat, quod delicta eorum pertinent ad cognitionem, & castigationem Prælatorum, etiam si sint homicidia. & alia grauia delicta. Secundo, quod præfatum delinquentem poterit Iudex Eccle-
4 siasticus, & Prælatus torquere si meruerit torturam ob indicia delicti, seruatis seruandis in quæstionibus, siue torturis, iuxta notata in cap. cum in contemplatione de reg. iur. & in cap. 1. de deposito, & in l. 1. & toto titulo ff. de quæstionibus. Tertio, quod Prælatus poterit torquere præfatum delinquentem, si opus fuerit per aliquem clericum, vel Religiosum, & non per laicum, nisi in Terris, in quibus consuetudo id facit licitum, iuxta notata in ca. vniuersitatis de sent. excomm. & in alijs locis ordinarijs.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest renunciare clericatui.*
2 *Intellectus cap. si diligentis & c. significasti de foro competenti.*
3 *Clerici in minoribus absque gradu dicuntur esse.*

An clericus possit renunciare clericatui.

DECIS. CXX.

1 FVit pluries practicatum in Curia Archiepiscopali, posse Clericum renunciare clericatui, vnde secundum Genuen. in sua praxi cap. 38. seruatur in dicta Curia, quod Archiepiscopi, qui faciunt gratiam pœnæ exilij, carceris, vel similium pœnarum aliquibus clericis discolis cõstitutis in minoribus condemnatis per Curiam, imponi solet conditio, dummodo ipsi clerici prius dimittant habitum clericalem, & cum iuramento se obligent ad illum non reassumendum, & hoc vt timore Curiæ sæcularis magis abstineant à delictis, cum non gaudeant priuilegio fori, ob non delationem habitus clericalis, iuxta Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. de reformat. quæ opinio fundamentum habet in regula text. in cap. quoties, & ibi glos. 1. quæst. 7. vbi habetur, quod potest clericus se obligare ad amissionem ordinis, vt voluit etiam glo. in cap. cum dilectus de elect. Felyn. in cap. contingit il primo de sentent. excomm. Ioan. Andr. in cap. Ioann. de
2 cleric. coniug. & pro hac opinione non obstat, quod clericus non possit priuilegio clericali renunciare, cap. si diligenti, & cap significasti de for. competent. cap. contingit de sentent. excomm. glos. penult. in cap. fin. de vita, & hon. Cler. immo quod per dimissionem habitus, & tonsuræ, & immistionem sæcularibus negotiationibus clericale priuilegium minimè amittitur, nisi post trinam monitionem, vel sit declaratus incorrigibilis, cap. ex litteris de vit. & honest. cleric. c. contingit, il secundo & ibi glos. & cap. in audientia, vbi etiam gl. final. de sent. excommunicat. glos. communiter approbata in cap. ex parte, il terzo de priuileg. clem. 1. de vita, & honest. cleric. Alex. cons. 8. vol. 1. per totum, Andr. de Isern. & Afflict. in const. apostatantes, nu. 10. Mascard. concl. 112. vol. 1. nu. 20. & seq. quia respondetur, prædicta procedere, quando quis existens clericus, & incedens in habitu, & tonsura, vellet renunciare priuilegio clericali, secus verò quando per renunciationem desinit esse clericus non deferendo habitum, & tonsuram, & remanet vt simplex laicus, Non obstat denique, quod clerici in minoribus ordinibus constituti habeant ordinem indelebilem, cum per receptionem ordinis, in eis impressus fuit character, qui est indelebilis, & ad tollẽdum effectum dicti characteris necessaria est sententia degradationis. iuxta cõmunem, de qua per DD. in c. at si clerici de iud. Barb. in c. cum non ab homine col. ead. Diaz in praxi, c. 132. Viu. opinio. 1011. vol. 1. quia respond. quod in clericis in minorib. istud minimè procedit, cum per text. in cap. clericus de vita, & hone. cler. tales in minoribus
3 dicantur esse absque gradu; sequitur Corset. in eius singularibus verb. accusatio, & Viu. in loc. cit. Tamẽ aduerte quod d. praxis cogẽdi clericos ad renũciandũ clericatui ex supradictis non placet aliquibus Consultoribus Curiæ, qui dicunt in casibus huiusmodi esse maturè procedendum.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis est natus ex vxore in domo mariti ipsis cohabitantibus, & vicinis scientibus est filiationis coniectura.*
2 *Filius præsumitur mariti, qui natus est ex vxore in domo ipsius, etiam si mater neget dicatquè, natum esse ex adulterio.*
3 *Filius præsumitur mariti, etiam si tempore conceptionis vxor esset adultera.*
4 *Filius potius præsumitur mariti, quam adulteri, etiam si mulier cohabitaret in domo cum adultero, dummodò maritus ad illam haberet accessum.*
5 *Filius præsumitur mariti, & non adulteri etiam si ex facie referat adulterum.*
6 *Filius natus ex Concubina in domo retenta præsumitur filius Concubinarii.*
7 *Vbi sunt coniecturæ in contrarium filius non præsumitur natus ex viro.*

Filius vxoris, an semper præsumatur natus ex marito.

DECIS. CXXI.

1 PRo indubitato fuit habitum, filium natum ex vxore in domo mariti cohabitãte simul cum ipso marito, & vicinis scientibus, præsumi verum, & proprium filium viri legitimum; vt habetur communiter per DD. in l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. non epistolis C. de probat. in l. si Vicinis C. de nupt. in cap. per tuas, vbi Abb. nu. 1. de probatio. & in c. trãsmissæ, qui fil. sint legitim. Dec. in cons. 272. col. 2. & in cons. 278. in princ. Alex. in cons. 74. nu. 1. vol. 2. Paris. in cons. 10. nu. 2. vol. 2. Dec. in c. per tuas

tuas in prin. de prob. Benedict. Capr. in cons. 2. nu. 1. latè Barb. in cons. 27. per totũ vol. 1. Lanfr. de Oria. in trac. de rest. nu. 98. cũ add. ibi Paleot. in trac. de noth. & spur. c. 22. n. 3. quod adeo ve-
2 rum est, vt si mater negaret illum esse filium mariti, natumq; ex adulterio, nihil obstaret, quin etiam præsumeretur filius ipsius mariti, Abbas in c. per tuas n. 3. & 4. de probationibus Bal. cõs. 74. lib. 1. Barba. cons. 58. col. 2. lib. 2. Ias. in l. Gallus nu. 63. ff. de liberis, & posthu. gl. in l. si posth. §. fi. ff. eod. Alex. in l. neque professio, C. de test. Boer. in dec. 289. nu. 6. Gozad. in cons. 12. nu. 27. Mars. in l. 1. §. ad quęst. nu. 35. ff. de quæst. Paris. cons. 10. nu. 14. lib. 2. & etiam si tempore conce-
3 ptionis vxor esset adultera, quia etiam hoc casu præsumeretur filius mariti, per text. in leg. miles §. defuncto ff. ad leg. Iul. de adulter. quem text. dicit singularem Bald. in rub. C. de prob. col. vlt. & l. si matre, C. de suis, & legit. hæred. Cremensis in sing. 126. Alciat. de præsumpt. regula 3 pręsumpt. 39 Bertrand. cons. 121. volum. 2. Castr. in l. 3. ff. de lib. & posth. Couarr. in Epit. c. 8 §. 3. par. 2. nu. 8. vbi multos allegat, & ratio est, quia illud est honorabilius, & fauorabilius pro ipso filio, quam quod dicatur vulgo conceptus, vt tradit Abbas in d. c. per tuas, quẽ sequitur Paris. in cons. 4. & 10. vol. 2. & etiã, quia subsistit fauor matrimonij, & in dubio præsumptio est, maritum cum vxore vti actu coniugali, nisi contrarium probetur, vt ex ibi per eum addu-
4 ctis, & etiam si mulier cohabitaret in domo adulteri, dummodo maritus haberet ad illam liberum accessum, adhuc etiam potius præsumitur filius mariti, quam adulteri, vt tradit Bald. in l. sed à matre, C. de suis, & legitim. Abb. in c. accedens de purg. canon. & in c. officij de pęnit. & remiss. Barba. cons. 58. vol. 2. Dec. cons. 654. in fi. Paleott. de notis, & spurijs, c. 24. num. 1. Ias. in cons. 125. col. 1. vers. 1. vol. 4. Alex. cons. 87. col. pen. vers. præterea volu. 3. Paris. cons. 64. col. 1.
5 volu. 1. & etiam si filius matris ex facie referret adulterum, nihilominus staretur pro præsumptione, quod filius esset mariti, & non adulteri; potuit enim id contingere ob cogitationem mulieris tempore conceptionis, secundum glo. in l. quæret aliquis ff. de verb. sign. Castr. in cõs. 275. vol. 1. Ias. in cit. l. Gallus in princip. circa fin. ff. de liberis, & posthu. & sic etiam dicimus proce-
6 dere in Concubina domi retenta, quoniam in eo casu natus ex ea præsumitur filius Concubinarij, Bal. in l. si vicinis, C. de nuptijs, Abb. in c. trãsmissę, qui filij sint legitimi, Paleot. de noth. & spur. c. 22. & 28. Ancha. in cons. 29. col. 2. Dec. in c. per tuas, nu. 1. de prob. vbi etiam Fely. Ias. in cons. 125. Socc. in cons. 65. vol. 3. Boer. in dec. 299. & de communi opinione testatur Paris. in cons. 10. n. 34. vol. 2. Bened. in c. Rainutius in 3. p. car. 33. col. 3. in prin. de testam. vbi concludit, hanc pręsumptionem non solum habere locum in legitimis, & naturalibus, sed etiam in spurijs, vt ijs probatis emergat probata quasi possessio filiationis, quia sicut probatur quis filius legitimus, probato, quod illi essent vir, & vxor, per text. ex l. filium diffinimus, ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, ità etiam debet pręsumi spurius, vel naturalis natus ex eis, non probato matrimonio inter eos, vt probat apertè Bald. in l. 1. nu. 12. C. qui accusare non possunt, licet in eadẽ Curia fuerit dictum, supradicta omnia minimè
7 procedere, quoties coniecturæ essent in contrarium, vt scilicet reputatione illegitimitatis, educatione extra domum, mulieris adulteræ tractatione, fama viciniç, & confessione parentum, q erat illegitimus, nam cessat dispositio prædictorum iurium, vt fuit resolutum in Rota Rom. in vna Placentina 13. Martij 1536. coram Sarnen. vt testatur Mohed. dec. 1. & 2. qui filij sint legitimi, Cresc. dec. 1. eod. tit. quibus addo Paul. de Cast. cons. 115. col. 3. vers. super vlt. lib. 1. Corn. cons. 1. col. 1. vol. 3. Capr. cons. 2. in princ. Alex. cons. 88. num. 7. lib. 7. Anchar. cons. 225. dub. 2. Barbat. cons. 68. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Triennium experientiæ à quo tempore computandum sit ad dissoluendum matrimonium, & an illud debeat esse continuũ, nec ne, & n. 4. & seq.*
3 *Tempus legale in dubio debet esse continuum.*
4 *Triennium experientiæ non debet esse continuum.*
5 *Et quid tempore infirmitatis.*
6 *Triennium experientiæ sumi debet morali modo, & non metaphisicè.*

A quo tempore computandum sit triennium experientię, ad dissoluendum matrimonium, & an illud debeat esse continuum, nec nè.

DECIS. CXXII.

1 APerta sunt iura, triennium indulgendũ esse naturaliter frigidis ad experientiã copulę nuptialis c. laudabilem in principio de frigid. & maleficiat. & omnes ferè fatentur trienniũ hoc non esse numerandũ à tempore contractus matrimonij, sed à tẽpore, quo cęptum est à coniugibus copulæ vacare, quare tex. in d. c. laudabilem decidens, q tẽpore celebrati contractus cohabitẽt per trieniũ, debet intelligi, & suppleri à tẽpore cohabitationis, immo nec sufficit cohabitare nisi dent operã copulæ carnali, vt in c. requisisti 33. q. 1. ità specialiter gl. in proprio loc. in verb. celebrari, & in summa in verb. quod autẽ in fin. eadem causa, & quæst. nempe 33. quæst. 1. Inno. & cæteri cõmuniter in c. laudabilem de frigid. & malef. nec est, qui contradicat, vt ostendit Sãchez de matrim. lib. 7. disp. 110. num. 1.

Dubitationis tñ insurrexit articulus, si trieniũ
2 experiẽtiæ deberet esse cõtinuũ, & dubitationẽ pro affirmatiua sẽtẽtia faciebat tex. in c. fi. de frig. & malef. ibi per cõtinuũ trienniũ insimul habitasse, quia immò generalẽ regulã habemus in iu-
3 re, q in dubio tẽpus legale debet esse necessariò cõtinuũ, vt cũ alijs pbauit Gutt. in lib. 1. Cano. quæst. c. 12. nu. 24. & in præscriptionis tempore requisito, quod si semel intermittatur debeat de-

denuo incipere probat Couarr. in regula possessor de regul. iur. in 6. in 2. par. §. 12. nu. 7. & idem ex omnium verissima sententia locum habet in anno Nouitiatus, teste Sanchez de matrimonio, lib. 7. disp. 111. nu. 1. & in specie, & in proprijs terminis experientiæ coniugum, ex d. c. fin. de frigid. & malefic. tenet Card. ibidem in fine, & voluit Archidiac. in summa, num. 333. q. 1. & ibi etiam Bellamera num. 2.

4 Quidquid sit, ex supra relatis, contraria sententia visa est verior, ex eo, quod text. in d. cap. fin. de frigid. & malefic. est intelligendus ciuili modo, nempe, vt toto triennio vacauerint coniuges copulæ debitis horis, & locis, & non Mathematicè continuè, quia id esset moraliter impossibile, sæpè namque morbus intermittit tempus illud, & si aliud diceremus impedirentur peregrinationes, & alia negotia, quibus virum oportet vacare gubernationi domesticæ, & in proprijs terminis sic sequuti sunt Hostiens. & alij quamplures Authores, quos sequitur late id comprobans Sanchez de matrimonio d. disputatione 111. nu. 2. & 3. Lopez in l. 5. in verbo fatta esse placo, tit. 8. par. 5. & in eãdem quoque sententiam concurrit eruditus adolescens Dom. Ioannes Maria Nouarius, qui pro hac opinione allegauit Mascardum, & alios allegantẽ de probat. concl. 889. nu. 9. qui etiam dicit, quod tempus,
5 quo coniux infirmitate, aut alijs negotijs non cohabitauit copulæ vacans, supplendum est alio tempore cohabitationis, vt sic triennium cõpleatur, vt habetur etiam per Ioan. Andr. in d. cap. fin. de frigid. & malefic. & alij penes eumdem Mascard. in cit. conclus. 889. nu. 8. sequitur Sanchez de matrimonio vbi supra, nu. 5. vbi num. 6. probat contra Henriquez non sufficere maioris partis anni habitationem, sed necessarium esse triennium compleri, atque ita suppleri tempus
6 interpellatum, non tamen hoc Metaphysicè esse intelligendum, quasi quod cumque breue tempus interpellatum supplendum sit, sed quando est notabile arbitrio Prudentis, ita, vt moraliter loquendo non censeatur plena triennij experiẽtia, vnde tenet sufficere cohabitare triennio, sum pro morali modo. vt communiter solẽt cohabitare coniuges, vt ibi optimẽ, & cum iudicio probat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus nõ potest relictum ad certum pium vsum ad alium commutare, sed quãdo possit vide nu. 7. & seq.*

2 *Deputata ad certos pios vsus nõ possunt deputari ad alios, absque authoritate Papæ, etiam cum cõsensu Legati à latere. & etiam si commutatio fieret in melius, & etiam cum hæredis consensu, num. 4.*

3 *Volũtas testatoris pro lege est seruãda.*

5 *Põtifex potest absque causa rationabili mutare volũtatem testatoris.*

6 *Papa potest apponere Rectorem perpetuum in Hospitali, etiam cõtra dispositionem testatoris.*

7 *Episcopis cõceditur commutatio relictorum ad certum pium vsum, iustis existentibus causis.*

8 *Vbi testatoris volũtas adimpleri non potest, valet Episcopus disposita ad certum pium vsum in alium commutare.*

9 *Quãdo non in totum, sed pro tempore infringitur testatoris volũtas, potest Episcopus relicta ad vnum vsum, in alium commutare.*

10 *Redditus Cappellæ deputati pro missis celebrãdis possunt pro vna vice cõuerti inemptionẽ paramẽtorum pro dicta celebratione.*

11 *Quãdo testator pecuniam reliquisset pro nouo opere faciendo, vt pro construenda Ecclesia, vbi sunt aliæ plures ad sufficiẽtiam si antiquum Ecclesiæ ædificium indigeret reparatione, cui aliter subueniri non posset, tunc Episcopus valet commutare dictam pecuniã in reparatione ædificiorum ruinosorum.*

An redditus Cappellæ deputati promissis celebrandis valeant pro vna vice conuerti in emptionem paramentorum pro dicta celebratione.

DECIS. CXXIII.

1 Clara est iuris conclusio, & ab omnibus recepta, non posse Episcopum relicta ad certum vsum pium ad alium commutare per text. expressum in l. legatum ff. de administratione rer. ad ciuit. pertinẽt. l. 1. C. de mancma. lib. 10. & de iure canonico est tex. in clem. quia contingit de relig. domib. vbi habetur id minimè fieri posse absque Apostolica authoritate, quæ conclus. adeo vera est, vt ne quidem à Legato de la-
2 tere huiusmodi commutatio fieri possit, secundum Imol. & reliquos in d. clem. quia coniugit; item etiam si commutario fieret in melius, Panor. in cap. tua nobis, num. 4 de testam. ratio est,
3 quia voluntas testatoris pro lege est seruanda l. in conditionibus primum locum ff. de cond. & demonst. facit cap. vltima voluntas 13. quæst. 2.
4 quod procedit quoque etiam hæredis consensu accedente, quia cum non agatur de voluntate ipsius, sed testatoris, propterea eius consensus nõ est in consideratione, Felyn. in cap. cum accessissent, nu. 19. de constitutionibus, & in Sac. Conc. Triden. disponitur per hæc verba videlicet, In commutationibus vltimarum voluntatum, quæ non nisi ex iusta, & necessaria causa fieri debent; Episcopi tamquam delegati Sedis Apostolicæ, summariè, & extraiudicialiter cognoscant, nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum, priusquam commutationes p̃dictæ exequutioni demandentur, licet Summus
5 Pontifex possit absque causa rationali mutare voluntatem testatoris, secundum Oldrad. cons. 61. in fin. Gemin. cons. 63. in princ. Alex. consil. 2. visis codicillis, nu. 59. in fin. Ancharan. consil.
6 282. pro decisione in princip. Abb. cons. 13. nu. 3. & 15. lib. 2. quare potest apponere Rectorem perpetuum in Hospitali, etiam contra dispositionẽ testatoris, & idẽ præcipere potest nullã rõnẽ reddi hæredibus Calder. in conf. 3. de religiosis domibus. Epi-

7 Episcopis verò, iustis de causis, permittitur cõmutatio, quare auctoritate eius potest transferri Monasterium monialium de loco ad locum, licet regulariter non esset transferendum cap. ea, quæ semel de reg. iur. in 6. puta propter infestationem persecutionum, cap. temporis 7. quæst. 1. vel propter aeris qualitatem cap. quorumdã 74. distinct. 1. inter iustas vero, ac legitimas causas commutandi testantium voluntatem connumerantur nonnullæ, præsertim.

8 Prima, & principalior est vbi testatoris voluntas adimpleri non posset, tunc enim est aliter adimplenda, secundum Anch. in c. vos extra de testam. & in specie voluit Glos. in l. fin. §. tunc vero aliqui de instrumen. edit. vbi habetur, quod si testator legauit pro cõstructione Cappellæ in Ecclesia Fratrum Minorum, si ibi non potest cõstrui, potest Episcopus commutare, vt in alia Ecclesia construatur, Bald. in cons. 453. circa fin. volum. 2. vnde secundum Bart. in cons. 26. vol. 1. si testator legauerit, Ecclesiam construi domibus suis, & post viuens domum alienauerit, vel commutauerit, si Ecclesia non potest construi in domibus permutatis Episcopus de consensu interesse habentium in alio loco potest cõsentire quod fiat, Ad hoc facit, quod scriptũ reliqui Rocch. de Curt. de iur. patron. in vers. pro eo, nu. 3. scilicet, quando res legata non potest deseruire pro vsu destinato impedimento iuris, vel facti, tunc potest fieri conuersio in alios vsus pios auctoritate Episcopi, sequitur Felyn. in cap. cum accessissent, nu. 5. & seq. de constit. Vbald. de Canonic. Episcop. cap. 7. in princ. Socc. de obligat. libr. 9. quæst. penult. Mandos. de signat. gratiæ, in tit. de commutation. vltim. volunt. per totum, & Innoc. in c. nos quidem de testam. dicit, quod Episcopus potest fructus fabricæ Ecclesię destinatos ad vnum vsum, in emptionem librorum, & aliarum necessitatum ex causa rationabili, vel necessaria cum consensu Capituli conuertere, idem voluit Calder. in cons. 3. de religios. domib. quare refert iudicatum Guid. Pap. in dec. 556. quod potest Episcopus commutare quæcumque legata pia in alios vsus pios, quando vsus legatus non potest impleri, allegat tex. in cap. 3. de testam. quemadmodum illud quoq; ei permittitur, vbi legatum non sufficeret pro illo vsu, secundum Calderin. in cõs. 14. de testam. Federic. de Senis in cons. 175. vnde Castrens. in cons. 303. col. fin. vol. 1. voluit, quod si non sufficit legatum factũ pro construendo Monasterio, tunc commutatio poterit fieri in alium pium vsum, de consensu hęredis ad hoc obligati.

9 Secunda causa est, quando non in totum infringeretur testatoris voluntas, sed solum pro tempore non obseruaretur, & immineret aliqua Ecclesiæ necessitas, cui aliter prouideri non posset, quo casu de licentia Episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in illam necessitatem, secundum Ioan. Andr. in cap. fin. extra de testastam. vbi si testator reliquit annuatim viginti pro Aniuersario faciendo in aliqua Ecclesia, quæ reparatione indiget, nec aliundè reparari possit, tũc de auctoritate, & licentia Episcopi posset illa pecunia ad tempus conuerti in Ecclesiæ reparationem,

10 ita text. singular. in l. 1. C. de expens. Ind. lib. 11. ex quo fuit resolutum in Curia Archiepiscop. quod redditus cuiusdam Cappellæ deputati promissis celebrandis poterant pro vna vice conuerti in emptionem paramentorum.

11 Tertia causa, quando testator pecuniam reliquisset pro opere faciendo, vt pro conseruanda Ecclesia, vbi sunt aliæ plures non aliæ sufficientes, etenim eo casu, si antiquum Ecclesiæ ædificium indigeret reparatione, cui aliter subueniri, vel prouideri non posset, tunc dicta pecunia cõuerti posset in reparationem ædificiorum ruinosorum, ita Io. And. & Imol. in d. cap. cum esset extra de testam. dummodò illo vsu finito conuertatur in ædificationem, ad quam relicta fuerat prædicta pecunia, secundum Barto. in l. 1. C. eod. de expens. Indic.

SVMMARIVM.

1 *Agenti ad restitutionem spoliatæ rei est necessarium probare suam ipsius possessionem, & nouam conuenti.*
3 *Probata antiqua possessione, noua præsumitur clandestina, & vitiosa.*
3 *Pro antiquiori possessore est præsumptio.*
4 *Spoliatus non præsumitur suum iactasse.*
5 *Delicta non præsumuntur.*
6 *Satis dicitur probatum de spolio, eo ipso, quod appareret probatum de antiquiori possessione.*
7 *Qui olim possidebat tempore spoliationis, possidere præsumitur.*
8 *Qui olim possedit, præsumitur hodie, & possidere.*

Spoliato agente ad restitutionem spoliatæ rei quid incumbat probare.

DECIS. CXXIV.

IN casu occurrenti fuit resolutum, spoliato agenti ad restitutionem spoliatæ rei ex remedio c.
1 reintegrandæ 3. quæst. 1. duo necessariò esse probanda, suam possessionem, & nouam conuenti, Innocen. in c. sæpè col. 2. sub nu. 2. versic. imo videtur de restit. spoliat. vbi ait, quod si aliquis possidebat bona fide, & alius eandem possessionem occuparet bona fide, nisi constiterit priorem bonæ fidei possessorem amisisse, fiet ei restitutio possessionis, etiam non probata spoliatione ex leg. si coloni, Cod. de agricol. & censit. lib. 11. §. quod si in Auth. de mandat. principum, & d. cap. reintegrandæ 3. quæst. 1. quod dicit esse notandum pro possessoribus prioribus Ecclesiarũ, qui amittunt earum possessionem, nec possunt probare suam canonicam institutionem, fiet enim restitutio probata antiquiori, licet non probent spoliationem, quæ repetijt in cap. post electionem, in fine versic. vel dic, quod hæc decretalis de concess. præbend. Lapus allegat. 51. nu. 6. Abb. in cap. cum sedem num. 28. de restitut. spoliat. Dec. in cons. 252. sub num. 1. Viuius in Sylua commun. opin. in verbo spoliatus versic. possessorio recuperandæ, late Gabriel. in suis cõmun. conclus. conclus. 5. num. 67. de restit. spoliat.

liat. Menoch. de recuperand. possessio. remed. 15. q. 31. num. 383. cuius quidem pristinæ possessionis probatio absq; alia spoliationis probatione satis esset ad implorandū Iudicis officiū, p recuperāda possessione; c. ex litteris de restit. in inte
2 gr. cuius sententiæ est ratio, quoniā probādo ipsam antiquiorem possessionē, noua statim præsumitur clandestina, & vitiosa, cap. licet causam de probat. cum duo insolidū possidere nequeāt l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. possess. vt docet Bar. in l. si duo nu. 4. ff. vti possidetis, latè Mascard. de probat. conclus. 1194. nu. 5. & sequent. & in hoc remedio sic responderunt Crauetta in cons. 248. num. 6. vol. 2. & cons. 258. num. 21. eodem vol. Afflict. in decis. 327. num. 2. Ruin. in
3 cons. 12. nu. 10. latè Alex. in cons. 103. vol. 7. cū itaque sit præsumptio pro antiquiori possessore, probandi onus in nouum possessorem transit, qui si vult probare se iusta causa adeptum fuisse possessionem, probare debet ipsum spoliatum
4 agentem, sua culpa, & negligentia amisisse. cum non præsumatur spoliatū suum iactasse, l. cum de indebito ff. de probat. Barba. in cons. 24. col. 2. versic. nam agens vol. 4. & multo minus negli
5 gentiam, & culpam, ex quo delicta non præsumuntur l. merito ff. pro socio, negligentia enim non præsumitur, Crauetta in cons. 240. nu. 3. volum. 2. latè Mascard. de probation. concl. 1093. qui ergo per negligentiam dicit amissam esse possessionem, probare debet, secundū Menoch. de recuperand. possess. dict. remed. 15. quest. 31.
6 nu. 384. & 385. & hæc omnia sunt vera etiā nulla probata spoliatione, nam satis dicitur probatum de spolio, eò ipso, qood appareat probatū de antiquiori possessione, & de iuniori ipsius conuenti; nam ex hoc apparet de spolio re ipsa, vt habetur per Bart. in cons. 217. sub nu. 1. vol. 2. & refert Afflict. in decis. 327. numer. 2. vbi ait fuisse benè decisum, & conclusum in Sacro Consilio, quod quamuis sit regula, vt agens interdicto recuperandæ possessionis debeat duò necessariò probare, scilicet se possedisse rē, cuius possessionem petit sibi restitui, & se spoliatum fuisse, vt in l. 1. §. interdictum autem hoc ff. de vi, & vi armata, & in cap. consultationibus vbi cōmuniter Scribentes de offic. deleg. tamen istam conclusionem cessere, vbi agitur de remedio dict. reintegrandæ 3. q. 1. & idem affirmat Abbas in cap. cum ad sedem de restitut. spoliat. nu. 28. vbi præterea ait se in facti contingentia consuluisse, Rectorem Ecclesiæ agentem ad restitutionem rei, quam Ecclesia possederat conditione d. cap. reintegrandæ debuisse obtinere restitutionem, probando dumtaxat suam pacificam possessionem, licet non probauerit causam amissionis, vt exempli gratia dolum, metum & similia, vt sequuntur etiā Barba. in ōit. cons. 24. Decian. in responso 37. nu. 56. & hoc etiam plurimis auctoritatibus tuetur Cæphal. in cons. 289. nu. 18. vol. 2. Pontan. de spol. cap. 14. libro 2. num. 80. Viuius in Sylua commun. opin. in verbo spoliās num. 3. & 4. & hæc omnia supradicta etiam sunt vera, & si non probetur illius temporis possessio, in quo actor se spoliatum dicit, sufficit enim allegare possessionem illius quidem temporis in quo contingit spolium, & deinde probare se olim possedisse, nam tunc præsumitur, qui olim
7 possidebat, & tempore spoliationis possedisse, Abb. in d. cap. cum ad sedem col. 6. num. 17. & in cap. cum Ecclesia Sutrina nu. 20. de caus. possess. & propr. Alex. cons. 133. sub nu. 21. vol. 2. vbi tradit, q ad probandū q possidebat tēpore spoliationis, qui habet probare se spoliatum, sufficit, quod deducat & probet se tempore anteriori possedisse, licet testes non deponunt de tempore propinquo spoliationi, nam si asserat se cōtinuasse possessionem vsque ad tēpus spolij vtiq; possideret, idque sufficit ad victoriam reportandam in possessorio recuperandæ, etiam si sit interdictum vnde vi, per ea quæ ibi allegat, & idē latè comprobat Couarr. in c. possessor 2. parte de regul. iur. in 6. Menoch. de recuperanda possess. d. remed. 15. q. 31. nu. 468. Gabriel. in d. cōclus. 5. de restit. spoliat. nu. 100. Pontan. de spolio
8 d. cap. 14. sub num. 80. qui olim enim possedit, præsumitur, & hodie possidere cap. olim il 3. de restit. spol. cap. suborta de re iudicata, latè Mascard. de probat. conclus. 1196.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter præsumuntur falsa testimonia, quando testes eadem de re interrogati contraria, & repugnantia attestati sunt.*
2 *Idē quādo varia dixerūt testimonia, & puniri possunt sicut ii qui falsum attestati sunt.*
3 *Testis repugnantia, & varietas efficit, vt nullæ ipsius attestationi fides adhibeatur.*
4 *Iudex non debet ferre sentētiam pro eo cuius testes varii sunt, & pugnantes.*
5 *Testis varians dictum suum neque pro pia causa fidem facit.*
6 *Varietas, et repugnātia in teste arguit dolū, & ideo punitur de falso.*
7 *Testis varietas, & repugnātia in dicto suo tolerabilis minimè vitiat testimonium, vt si proueniat ex causa obliuionis temporis.*
8 *Idem quando dicta pugnantia, & contraria possunt conciliari, & quomodo possint conciliari num. 9.*
10 *Dicta testium sunt iuuanda, vt conueniāt, nō autem cauillanda.*
11 *In dubio præsumitur, testes esse contestes, sed limita, vt nu. 12.*
13 *Testes quando attestantur de his, quæ per ætatem scire non potuerint præcisè, non ex hoc falsum dixisse censentur.*
14 *Idem quando essent varii, & contrarii in aliquibus accidentalibus & accessoriis, licet minuatur eorum fides, vt nu. 15.*
16 *Testes non præsumuntur falsi quoties ob nimiā incertitudinem veritas ignoratur, et hinc inde producti sunt inuicem contrarii.*
17 *Idem si ignorantia, & fatuitas potius, quam malitia, & dolus ex qualitate personæ conicitur.*
18 *Idē in varietate, & diuturnitate verborum, quæ tamen eiusdem sint substantiæ.*

An,

An, & quando falsum testimonium ex contrarietate, & repugnantia præsumatur.

DECIS. CXXV.

1 FVit pluries resolutum, falsa præsumi testimonia, quando testes eadem de re interrogati contraria attestati sunt l. eos in princip. ff. ad l. Cornel. de fals. & l. qui falso, vel variè ff. de testibus, vbi habetur, quod qui varia dixerunt
2 testimonia puniuntur vt ij, qui falsum attestati sunt, sequitur Dec. in cons. 8. num. 8. voluit Paris. in cons. 53. nu. 20. & cons. 61. nu. 10. post Bart. in cit. l. eos ff. de falsis, Alexander in l. inter stipulantem §. si Stichum ff. de verb. oblig. & hinc
3 ipsis attestantibus fides nulla adhibetur, & ob id
4 Iudex non debet sententiam pro eo, cuius testes varij sunt ferre, vt habetur per Gram. in consil. crim. 26. nu. 20. cons. 31. nu. 8. cons. 33. nu. 2. consil. 38. & cons. 44. nu. 10. & in voto 31. num. 19. post Innoc. in cap. præterea de testibus, Butrig. in c. cũ in tract. col. fin. de testibus, imò nec in p-
5 pria causa fidem facere respondendo scripsit Paris. in cons. 24. num. 22. lib. 3. & cum de varieta-
6 te, & repugnantia apparet, dolus præsumitur, atque ita tenetur de falso, vt tradit Alciat. de præs. reg. 2. præs. 31. nu. 3. Aret. in c. in nostra de testibus, licet aliter sit, quando sumus in tolerabili
7 contrarietate, vt in ea, quæ ex obliuionis causa oritur, Bar. in l. qui bona §. si quis stipulatus ff. de damno infecto, Barba. in cons. penult. col. 9. lib. 2. Archid. in cap. nihilominus 3. q. 9. vt etiam di-
8 citur, quod non procedat, quando pugnantia possunt conciliari, vt in pluribus comprobant Alciat. de præsumption. regul. 2. præsumpt. 31. Soccin. Iun. in cons. 125. nu. 6. lib. 1. Boer. in decis. 252. num. 2. Dec. in l. vbi repugnantia num. 4. ff. de regul. iur. Paris. cons. 102. nu. 19. libro 1. vt exempli gratia, quando actus de quo testes dixe-
9 runt testimonium est reiterabilis, sicuti cum testes aliqui dixerint se fuisse rogatos à Notario, alij fuisse rogatos à partibus, ex quo enim actus rogationis est reiterabilis, conciliari possunt, vt semel à partibus, & iterum à Notario fuerint rogati, Ias. in cons. 124. col. 4. libro 1. & secundum Socc. in l. si quis cum totum num. 5. ff. de except. rei iudic. conciliari possunt testes, quando aliqui dixerint possessorem possedisse totum fundum, alij dixerunt possedisse fundum, ita vt intelligatur hæc indefinita æquipollere vniuersali, etiam si impropriè id eueniat; sequitur Imola in cons. 101. nu. 3. quod si aliqui attestantur possessorem possedisse per plures annos, alij possedisse, vt in capitulis ab ipso possessore deductis, & si ea capitula plus, vel minus cõtineãt, conciliatio fit, vt conueniant attestationes, & ad hoc facit, quod
10 dicta testium sunt iuuanda, vt conueniant, non autem cauillanda, Dec. in cons. 100. num. 2. & 3. qui multis hoc confirmat Curt. Sen. de testibus conclus. 60. & in dubio præsumitur testes esse
11 contestes, Crauetta in cons. 78. num. 9. Gram. in cons. crim. 27. num. 12. licet non procedat, quando testes de tempore sint attestati, nam eo casu
12 præsumuntur singulares, vt habetur post alios per Ruin. in cons. 35. nu. 16. cons. 36. num. 5. libro 4. & in consil. 12. num. 15. libro 5. & supradictam sententiam non habere locum, quando te-
13 stes attestantur de his quæ per ætatem scire non potuerunt præcisè, nam faciendam esse interpretationem quod id dolo non dixerint, egregiè multa pro hac re scribunt Soccin. Sen. in consil. 56. num. 14. libr. 4. & Comens. in cons. 91. col. 2.
14 vt pariter non procedit si testes essent varij in aliquibus accidentalibus, & accessorijs, nõ enim arguitur dolus, & falsitas, glos. in cap. dudum de conuers. coniug. Bald. in l. si ex falsis C. de transact. Alex. in l. 2. num. 15. & ibidem Iason nu. 9. C. de bon. possess. contra tab. Dec. in l. 2. §. creditum num. 7. ff. si certum petatur, & in cons. 105. col. pen. Ruin. in consil. 36. num. 3. lib. 4. Alciat. in l. 1. §. sed simili num. 58. de verbor. oblig. licet
15 horum testium fides minuatur, secundum Bald. in d. l. si ex falsis, Crauett. in cons. 260. num. 5. & secundum Alciat. loco cit. hoc est intelligendum
16 nisi accidentalia hæc ad causam aliquo modo pertineant, & quando ob nimiam incertitudinẽ veritas ignoratur, sicuti contingit, quando testes hinc inde producti à partibus sunt inuicem contrarij, neminem horum testium puniri posse de falso affirmat Alex. in l. duobus §. idem pompo. ff. de iureiurando, vbi etiam Ias. & idem scribunt Dec. in consil. 602. num. 8. & Gram. decision. 60. num. 3. & in voto 26. num. 15. qui multis comprobat similibus, & idem dicimus quan-
17 do ignorantia, & fatuitas potius, quàm malitia, & dolus ex qualitate personæ conijcitur, vt contingit in Idiota, & Rustico, secundum Angel. in §. licet in Auth. de testibus, Soccin. Sen. in l. si is qui ducenta §. vtrum ff. de rebus dubijs, Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumpt. 31. num. 3. &
18 sic pariter fatendum est, vt scilicet, non habeat locum in varietate verborum, cum tamen eadem sit substantia, nam tunc nec dolus, nec falsitas præsumitur, & testium fides manet, Bart. cap. nihil de verb. signific. Barba. in cons. 32. col. fin. lib. 1. vers. & accedat ad prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Principio, & fine probatis, media quoque præsumuntur probata.*
2 *Possidere si quis hodie aliquem probauit, & ante decennium possedisse, censetur etiam, & is medio tempore possedisse, & possessionem continuasse.*
3 *Obligatus ad annuũ reditum si probet solutionem primorum & posteriorum annorum, quod soluerit, etiam medio tempore præsumitur.*
4 *Actus si in principio constat quod non est voluntarius, & multo tempore idem apparet præsumitur etiam medio tempore, quod non fuerit voluntarius.*
5 *Furiosus si quis fuit ab initio, atque etiam ex post, præsumitur etiam medio tempore fuisse talis.*
6 *Extremis probatis media etiam censentur probata, quæ do medium habet coniunctionem cum extremis, secus vero quando extrema sunt omnino separata, & saltem verisimiliter nihil inferunt, et secus.*

secus, quādo mediū est de sollemnitate nu. 7. vt quādo statutū requirit plenā probationem nu. 8.

Extremis probatis, media, an & quando probata censeantur.

DECIS. CXXVI.

INcidenter in quamplurimis causis pro vero fuit habitum, quod cum extrema, nempè principium, & finis probata sint, media ipsa etiam
1 esse præsumenda, vt in specie tradit Alciat. de præsumpt. Regul. 2. præsumpt. 22. num. 1. adductus ex dispositione textus in cap. inter dilectos, vbi Butr. Abb. Felin. col. 3. de fide instrum. glosa in cap. ex parte de rescriptis, & in cap. accedens de conuers. coniug. & in cap. per tuas de condit. apposit. sequitur Rota Romana in decis. 545. nu. 2. parte 1. diuers. & probato hodie aliquem pos-
2 sidere, & ante decennium possedisse, præsumitur medio tempore possessionem continuasse, Bartol. in l. sicut ff. quib. mod. pign. vel hypotheca soluatur, Alciat. de præsumpt. d. regula 2. præsump. 22. & hinc si obligatus ad censum, vel annuum redditum probat solutionem primorum,
3 & posteriorum annorum præsumitur quod medio tempore soluerit l. quicumque, Cod. de apoch. public. libr. 10. Felin. in d. c. inter dilectos col. 3. de fide instrum. late Menoch. alios referēs de præsump. libro 3. præsump. 139. & huc etiam
4 pertinet, quod si ab initio actus constat non esse voluntarium, & multo tempore idem appareat, præsumitur medio tempore non fuisse voluntarium, glosa, & Abb. in cap. accedens de conuers. coniug. & hinc si probatum est aliquem in prin-
5 cipio fuisse furiosum, ac etiam ex post etiam medio tempore furiosus præsumitur, vt fuit resolutum in Rota Romana, vt patet in decis. Rotæ diuers. 134. in 2. parte, & respondent Anchar. in cons. 5. nu. 5. Alex. cons. 54. nu. 3. lib. 1. Ruin. cōs. 67. num. 11. libro 1. Curt. Iun. in cons. 292. num. 25. libro 3. licet supradicta non habeant locum,
6 quando medium non habet cōiunctionem cum extremis, quæ inferunt consequentiam necessariam, vel verisimilem, ita quod extrema sint omnino separata, atque ita nihil inferunt etiam verisimiliter, vt habetur per Imol. in cons. 9. sequitur Cardin. in cap. sicut 60. distinc. & voluit Al-
7 ciat. de præsumption. regula 2. præsump. 22. & sic etiam dicimus, quando medium est de sollemnitate, nam tunc probatis extremis, minimè præsumitur medium, vt declarat Euerard. in centuria legali in loco ab extremis num. 3. vers. aduerte tamen post Felin. in cap. 1. col. 6. num. 13. de iudic. qui scribit, quod licet probetur partem petijsse à Iudice aduersarium citari, & aduersariū citatum esse, non tamen inde præsumitur Iudicem mandasse Nuntio, vt citaret, cum commis-
8 sio illa de citando sit de sollemnitate citationis, & idem, vt quando statutum requirit plenā probationem, nam tunc secundum Puteum in decis. 75. lib. 3. extremis probatis, media minimè præsumuntur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus si diù possedit beneficium, præsumitur possidere cōsensu, & authoritate superioris.*
2 *Amplia vt non solum absoluatur à iudicio, quo iste fuit conuentus, qui est in hac quasi possessione, sed etiam, vt obtineat si actoris partes sustētaret.*
3 *Actus quilibet præsumitur factus, vt valeat, non autem, vt pereat, & semper præsumitur de validitate actus, donec de eius inualiditate constiterit num. 4.*
5 *Legis præsumptio nō ad infirmandum, sed confirmandum adaptatur.*
6 *Princeps licet non præsumatur vti plena, & absoluta potestate, præsumitur tamen vti quando aliter actus non valeret, etiam ad tertij præiudicium.*
7 *Prioritas licet præsumatur, secundum ordinem litteræ, secus tamē est, quādo actus alias redderetur nullus.*
8 *Relatio licet regulariter fieri debeat ad præcedētia, fallit tamē, quādo actus vitiatur.*
9 *Verba, quando non possunt verificari in iure expressè constituto, verificantur in differenti, vt actus valeat.*
10 *Sylua vsus si sit legatus, quia sub ratione vsus non valet legatum, sumitur interpretatio, ut præsumatur relictus vsusfructus.*
11 *Testator si in legato vtitur verbis significātibus potius proprietatem, quam vsumfructum, si legatarius est incapax proprietatis præsumitur legasse vsumfructum.*
12 *Verba præsentis temporis licet non trahantur ad futurum, tamen, vt actus valeat extenduntur.*
13 *Dispositio testatoris præsumitur facta in eo casu quo de iure fieri potest, vt valeat.*
14 *Actus non potest in esse produci, nisi certo modo, & certa forma, si simpliciter factus reperitur, præsumitur sub illa forma factus, nè pereat.*
15 *Pro sentētia confirmante maior est præsumptio, quā pro infirmante.*

An clericus, qui diù possedit beneficium censeatur possidere authoritate, & consensu superioris.

DECIS. CXXVII.

1 FVit affirmatiuè resolutum, scilicet clericum qui iamdiù possedit beneficium, vel prælaturam præsumi possidere authoritate, & consensu superioris, Bald. in l. si filiusfamilias, C. de petit. hæred. & ibidem Castrens. Ang. Imol. & communiter omnes in l. qui aliena in princi. ff. de acquirend. hæred. Gemin. in c. ordinarij, de officio ordinarij, Bellam. dec. 645. Cassan. in cons. 11. nu. 25. Lapus allegat. 86. Anchar. consil. 317. latè alios referens Menoch. de præsūp. lib. 6. præsūp. 65. vbi nu. 2. dicit procedere non solum, quoad hoc, vt absoluatur à iudicio, quo iste, q̄ est in hac
2 quasi possessione cōuentus fuit, sed etiā, vt obti-

 neat,

neat, se actori partes sustinere, vt ante ipsum voluerunt Ioan. Andr. in cap. illud de præsumpt. & ibidem Butr. Anchar. col. 1. Cardin. col. 2. & Felin. num. 5. Alex. in conf. 134. col. 1. libro 4. & in consil. 219. col. 4. libro 6. Dec. in l. si certis annis num. 17. Cod. de pactis, Grat. conf. 121. col. 2. libro 2. Gram. in conf. 144. col. 2. in ciuilibus, Boer. in decis. 124. num. 7. & in decis. 171. num. 15. cuius conclusionis ratio fuit, quia actus ita
3 præsumitur gestus, vt omninò valeat, nõ autem, vt pereat, l. 3. ff. de testam. milit. l. quoties de verbor. oblig. & c. Abbate sanè de verb. signifi. & apertè censuit glos. in l. si post diuisionem in verbo non posse C. de iuris, & facti ignor. quod
4 præsumitur pro validitate, actus donec de inualiditate constiterit, & idem tradunt Bald. in l. 2. in fin. Cod. de edicto diui Adria. tollen. & alij quos commemorat Vantius in tract. de nullitate in tit. quid sit nullitas nu. 24. & accedit quod
5 legis præsumptio non ad infirmandum, sed confirmandum adaptatur Bald. in l. si quis filio in princ. de legat. 1. & illum secuti sunt Ias. in l. 1. in princ. nu. 1. ff. de eo quod certo loco, & idem in l. quoties col. 1. versic. 4. adde de verb. oblig. Decius in consil. 77. num. 2. in fine & lege in cõtrahenda num. 5. de regul. iuris quo loci num. 7. subiungit ipsemet Dec. hanc præsumptionem esse cæteris firmiorem, ac efficaciorem, id quod scripsit idem Decius in consil. 140. num. 6. & in consil. 448. nu. 17. in l. postquam liti num. 23. C. de pactis, & in cap. super eo col. 7. & cap. quoniam Abbas de officio delegat. & idem affirmarunt Purpur. in l. rogasti §. si tibi nu. 38. ff. si certum peta. Galliaula in l. Centurio nu. 143. ff. de vulg. & pupill. subst. Alcia. in tract. de præs. in reg. 3. præs. 34. nu. 1. & Neuizan. lib. 6. Syluę nuptial. nu. 4. vers. item in dubio, quod actus, &
6 hinc licet princeps non præsumatur vti plena, & absoluta potestate, pręsumitur tamen vti quãdo aliter actus non valeret etiam ad tertij præiudicium, ita Alex. & alij in l. quamquam C. de testam. vide Decium in l. si donatione nu. 12. C. de collat. in l. in testam. nu. 12. C. de test. milit. & in d. l. contrahenda nu. 5. ff. de regul. iur. Galliaula in d. l. Cẽturio nu. 103. & Alciat. in d. præsump. 34. nu. 2. Crauetta in conf. 52. num. 4. & in conf. 278. col. 4. vers. 7. vbi res, Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 43. vbi differit de præsumptio-
7 nibus, quæ versantur circa rescripta principum, hinc quoque fit, quod licet prioritas prę sumatur secundum ordinem litteræ, l. cum in testam. §. hæc verba ff. de hered. instituend. attamen hæc prioritas non præsumitur, quando alias actus redderetur nullus, secũdum Bal. Angel. & Imol. in d. §. hæc verba Alex. in conf. 81. num. 7. lib. 3. & in conf. 112. num. 4. lib. 5. Dec. in l. si donatione num. 12. C. de collat. & in l. in testam. nu. 13. C. de testam. milit. l. in contrahenda num. 8. de regul. iur. in cap. quoniam Abb. in cap. prudentiam in fine princip. de offic. delegat. Marsil. in singu. 672. Vant. de nullit. in tit. quid sit nullitas nu. 26. qui aliquot similibus exornat, sequuntur Crauet. in conf. 52. num. 2. & conf. 278. col. 4. Alciat. de præsumpt. regula 3. præsumpt. 34. num. 2. & ad rem hanc quoque facit, quod licet regu-
8 lariter relatio fieri debeat ad præcedentia, non tamen tunc fit, quando alias actus vitiaretur, vt tradit Barto. in l. cum vulgari ff. de dot. præleg. Ias. in l. talis scriptura in principio num. 4. de legat. 1. & in l. quoties col. 1. versic. 3. adde de verbor. oblig. Dec. in l. in testam. num. 13. C. de testam. milit. & l. in contrahenda nu. 10. de regul. iuris, & in conf. 11. num. 13. Vant. de nullitat. in d. tit. quid sit nullitas num. 27. Crauet. in conf. 70. num. 4. Soccin. Iun. in conf. 98. num. 41.
9 lib. 1. & huc etiam spectat, quod quando verba non possunt verificari in iure expresse constituto, verificantur in iure differenti, vt actus valeat, Aretin. in l. quod in rerum ff. de legat. 1. Ias. in l. 1. num. 1. ff. de eo quod certo loco, & in l. quoties col. 1. versic. 2. addo ff. de verbor. oblig. Dec. in consil. 77. num. 3. ex l. diuus ff. de vsu, &
10 habitat, vbi relictus erat vsus syluæ, & quia sub ratione vsus non valebat legatum, facta est interpretatio, vt præsumatur relictus vsusfructus, &
11 sic est simile, quod si testator legando verbis significantibus potius proprietatem, quam vsumfructum, si legatarius est incapax proprietatis, præsumitur legasse vsumfructum ita Angel. in l. cum hi §. si vni, vbi etiam Ias. num. 5. ff. de transac. Boer. in decis. 66. num. 4. hinc quoque dicere
12 solemus, quod & si verba præsentis temporis non trahãtur ad futurum, tamen, vt actus valeat extenduntur, pro vt tradit Bart. in l. solemus, numer. 4. ff. de condit. & demonstr. & in l. cum stipulantur num. 1. ff. de verbor. oblig. & ibidem
13 Ias. num. 4. Dec. in cap. quoniam Abb. nume. 7. de officio deleg. Ruin. in conf. 10. num. 19. libr. 2. vnde etiam scripsit Ias. in l. gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posthum. dispositionem testatoris intelligi factam eo casu, quo de iure fieri potest, vt valeat ex l. dotis fructus cum l. sequẽt. vbi glos. ff. de iure dot. & confert lex. 2. ff. de testam. milit. & hinc pariter dicimus, quod si actus
14 non potest in esse produci, nisi certo modo, & certa forma, & simpliciter factus reperitur, præsumitur sub illa forma factus nè pereat, ita Ias. in d. §. quidam rectè in sexto notab. & huc deni-
15 que pertinet, quod dicimus maiorem esse præsumptionem pro sententia confirmante, quam pro infirmante, vt docuit Bal. in Auth. si quis litigantium. num. 3. C. de Episcopali Audientia.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio verbalis sufficit ad excusandum debitorem à mora, quãdo creditor recusat recipere.*
2 *Operatur etiam respectu futuri temporis, si constat de animo creditoris, quod nõ vult in futurum recipere. & nu. 4. & 7.*
3 *Sufficit in legato annuo donec creditor mutat volũtatem.*
5 *Capyc. in dec. 16. nu. 6. declaratur.*
6 *Citatio legitimè facta non est vlterius facienda in aliis terminis, quãdo citatus expressè recusauit nolle amplius comparere in iudicio.*
8 *Argumentum à citato ad creditorem morosum valet.*

9 *Obla-*

9 *Oblatio verbalis, vt dicatur legitimè facta plura requiruntur.*

10 *Creditor non tenetur acceptare partem crediti sibi oblatam à debitore, quando totum debitum est clarum, si autem sit illiquidum, vel debitor partem debiti confiteatur, & partem neget, tunc tenetur recipere partem quam debitor confitetur, & nu. 11. & 12.*

13 *Item cogitur acceptare sortem principalem, quando vsuræ, seu fructus sunt illiquidi, vel in iudicio negantur.*

An oblatio verbalis sit per se sufficiens ad excusandum moram debitoris, quoties creditor recusat recipere.

DECIS. CXXVIII.

1 CIrca istius articuli difficultatem orta fuit decisio, quod quamuis alias oblatio verbalis non sufficiat ad excusandum debitorem à mora, tamen sufficit, quoties creditor recusat recipere, l. qui decem de solut. Boer. in dec. 124. num. 26. & sequent. Gabriel. de solut. conclus. 8. num. 1. Alex. in l. si mora sub num. 5. versic. quinto fallit ff. de verb. obligat. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glosa 6. nu. 21. Ruin. cons. 70. nu. 4. lib. 1. Soccin. consil. 199. num. 3 lib. 2. Natta cons. 3. num. 4. lib. 1. Cæpol. in consil. ciuil. 107. num. 15. Bal. in l. 1. nu. 4. C. ne lic. test. prouoc. ꝙ procedit etiā
2 in annuis seu tēporalibus pstationibus, nā semel oblata vna præstatione. & reuocata oblatio non est amplius facienda, & vsuræ non currunt, vt probat textus in l. si per te non stat C. de vsuris qui tex. loquitur in vsuris, quæ quotidiè currebant, & in l. qui Romę §. seia ff. de verbor. oblig. vbi pariter agitur de vsuris debitis ex transactione, quā quis impugnabat, & in l. pater seuerinā
3 §. si de condit. & demōstr. vbi quod in legato annuo sufficit oblatio donec creditor mutat voluntatem; idem etiam tradit Cassan. in cōs. 41. col. 2. sub nu. 3. Fulg. cōs. 201. nu. 2. & eò magis hoc
4 est annuendū, dum cōstat de animo creditoris, quod non vult tunc, nec in futurum recipere, vt declarat Gabriel. in d. cōcl. 8. nu. 5. de solut. post Cassan. in cit. cōs. 41. nu. 3. Claud. de Seissel. in l. si mora nu. 10. ff. soluto matr. de quo animo et in futurum dicitur constare per coiectutas, vt p Fulg. in cōs. superius citato 201. nu. 2. vbi creditor recusabat accipere pecunias, quia dicebat, ꝙ volebat bona, & concludit ex hoc impediri cursum vsurarū pecuniæ, quod pariter probatur in cit. §. seia, vbi ille qui litigabat super transactione censetur recusare vsuras ex trāsactione debitas, vt ibi not. Bar. nu. 1. & Ias. nu. 191. quod maximè verū est ad excusādum ipsū debitorē, qui potest propterea credere, quod sicuti creditor semel recusauit vnā pręstationē, ita etiā sit recusaturus in futurum, Ruin. cons. 113. sub nu. 1. libr. 1. & nec facit, qnod de oblatione facienda pēdente iudicio tradit Capyc. dec. 16. nu. 6. quia ipse Capyc.
5 cū alijs per eū congestis loquuntur, quando pendet iudiciū super caducitate, sed non qn̄ vlterius creditor, seu Dn̄s neget recipere, quia tūc omnis mora & caducitas penitus cessat, vt probatur in cit. §. seia, & sequuntur ferè oēs in principio citati, qui loquuntur quoad excusandū à pœna, & à caducitate, & hoc indubitatū videtur, si creditor expresse dicat, ꝙ non vult acceptare etiā in futurū, p quo benè facit. ꝙ dicitur de citatione, quia
6 sicut citatio legitimè facta nō est vlterius facienda in alijs terminis, quando citatus expresse recusauit nolle amplius cōparere in iudicio, glosa in l. tres denunciationes C. quomodo, & quādo Iudex, Bar. in l. ex consensu §. fin. in fin. ff. de appell. glosa in cap. de illicita 24. q. 3. & ibi Archidiac. glosa in d. l. tres denūciationes, vbi Bar. Bal. Ang. Castrens. & Salyc. C. quomodo, & quando Iudex, Rota in nouis in decis. 49. Vigel. in decis. 21. cent. 6. & est cōmunis opinio, de qua attestatur Alex. in cons. 81. lib. 2. & sic etiam oblatio semel legitimè, & benè facta non est vlterius faciē
7 da, si creditor recusauerit nolle amplius recipere, etiā respectu futuri temporis, quod argumen
8 tū à citato ad creditorem morosum valet secundū Doct. in cit. l. qui Romæ, in princip. de verb. oblig. & tradit Socc. in Regul. 269. num. 11. vbi fuit dictū, quod ad hoc, vt debitor propter morā excusetur oblationem non dici legitimam, tria
9 copulatiuè concurrere debent; Primo, quod sit facta purè, & non cōditionaliter, Grat. cons. 93. col fin. lib. 1. secundò, quod creditor expresse eā recusauerit, Gabriel. concl. 8. de solut. nu. 2. tertio quod recusatio sit iniusta, quia si creditor habeat iustam causā recusādi oblationem factam, debitor à mora minimè excusatur, Grat. in d. cōsil. 93. col. fin. Gabriel. in d. cōcl. 8. nu. 3. de solut.
10 vnde si pars debiti tantū offeratur, creditor non cogitur eam recipere, Alex. in l. quidā existimauerūt nu. 8. vbi Ias. nu. 6. vers. primò intellige ff. si certū petat. Salyc. in l. 1. nu. 36. de solut. & hoc
11 quando totum debitū est clarum, neque à debitore reuocatur in controuersiā, in quibus terminis loquitur textus in l. tutor §. huius ff. de vsur. secus quando debitor partem debiti confitetur, & partē neget, quia tunc creditor non habet iustam causam recusandi, sed tenetur recipere partē debiti, quam Reus confitetur, & Iudex ad id potest eū compellere per dispositionē textus in cit. l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet. & ibi notant omnes, vt per Alex. ibi num. 7. & seqq. &
12 idem est quando pars debiti est liquida, pars vero indiget liquidatione, quia tunc creditor tenetur recipere id quod est liquidū, nam ante liquidationē pars non potest dici in mora, vt tradit Afflict. in dec. 205. post Alex. in d. l. quidam nu. 5. in fine, vbi inquit, creditorē nō habere causam recusandi partem debiti, si alias pars sit illiquida, vt etiam fuit resolutū in Rota in vna Tauoren. fructuum 27. Nouembris 1585. Corā Cātuccio, vbi cum præsupposito etiam, quod vsuræ
13 sint pars debiti principalis fuit dictū, quod quādo fructus, seu vsuræ sint illiquidæ, vel alias in iudicio negantur, sortem principalem creditor acceptare cogitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit à sententia lata in causa reformationis pensionis, & declaratur text. in clem. 1. de iure patronatus, & congrua assignanda, & à sententia, quae eam assignat, an possit appellari num. 2. & declarantur plures decisiones Sacri Concilii Tridentini, & nu. 5. & 6. & 7.*
3 *Appellatio declaratur, an detur in causa alimētorū & nu. 9. & 10.*
4 *Quaestio an possit appellari à sentētia lata in causa reformationis resoluitur, & nu. 6. vbi ad contraria respondetur.*
8 *Appellari, an possit à procedente secūdum conscientiam.*

Vtrum à sententia lata in causa reformationis pensionis in fauorem Rectoris, cui est assignata pars congrua valeat appellari quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuum.

DECIS. CXXIX.

1 RAtio dubitandi pro opinione negatiua quod scilicet non possit appellari saltem quoad effectum suspensiuum erat primo propter text. in Clem. 1. de iur. patr. quem text. vltra ibi Scribentes latè declarant Rebuffus in tractatu de cōgrua portione, q. 4. per totam, Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 3. artic. 9. quæst. 10. vbi probatur, quod Episcopus in assignatione congruæ portionis debet procedere secundum conscientiam, semotis omnibus exceptionibus, & allegationibus & consequenter semota appellatione, vt videtur etiam probare Concil. Trident. cap. 7. sess. 7. & cap. 16. sess. 25. de reformat. & cap. 8. sess. 21. & cap. 4. eadem sessione, quæ omnia pro-
2 bant, quod ab assignatione congruæ portionis non admittitur appellatio, saltem quoad effectū suspensiuum, & cum in præsenti casu simus in materia assignationis congruæ partis, non poterit appellari à sententia, quæ eam assignat, saltē quoad dictum effectum, & confirmatur hoc argumentum ex glosa in d. clemen. 1. in verbo onerarmus, quam ibi Cardin. Ancharan. & cœteri sequuntur, Lambertin. vbi supra artic. 33. qui dicit, quod si Episcopus assignat de nouo Rectori congruam portionem, & appellatur ab excessu assignationis Episcopus non tenetur deferre appellationi quoad effectum suspensiuum, si verò sit contentio super congrua portione ab antiquo assignata, quæ tunc allegatur insufficiens, & Episcopus maiorem assignet, à qua assignatione appelletur Episcopus non tenetur deferre appellationi quoad dictum effectum suspensiuum, itaq; nullo casu tenetur dictæ appellationi deferre, quia est ei onerata conscientia, & procedit ex dicto arbitrio, & sententia, & de iure non appellatur à Iudice, cui est onerata conscientia ex dicta glosa, quæ admodum in iure est singularis, & eam plures sequuntur, vt est videre apud Menoch. de arbitr. Iudic. libro 1. quæst. 8. num. 40. & in materia appellationis cum compluribus alijs eam defendit idem Menoch. in dicto tractatu, lib. 1. quæst. 70. per totam, sequitur etiam cū Franco, & alijs Lancellot. de attent. cap. 12. par. 2. limit. 10. per totam: ergo ad casum nostrum redeundo casus glosæ oneramus est casus nostræ quæstionis, nam sicut ibi erat quæstio super congrua antiqua augenda, ita in præsenti, & sicut ibi Episcopus non tenetur appellationi deferre quoad effectum suspensiuum, ita erit hic ob congruæ fauorem, & sic dicta glosa iuncto text. ineuitabiliter facit pro hac negatiua sententia.

3 Secundo pro hac opinione facit, quia in causa alimentorum non conceditur appellatio à sententia lata in fauorem alimentorum, saltem quo ad effectum suspensiuum, vt notat ibi per text. Bar. in l. final. ff. de appell. recipiend. nu. 1. vbi cœteros quamplures antiquos allegat, glosa in cap. qua fronte in verbo decedat de appellat. Corduba de alimentis, §. si vel parens, num. 26. vbi de communi Doctorum sententia testatur, Lancellot. de attentat. limit. 24. num. 5. cum sequēt. Pontan. de alimentis, cap. 19. per totum, latissimè post alios Valasc. in decis. 1. si igitur in causa alimentorum non conceditur appellatio, quia res dilationem non recipit, ita pariter erit in causa congruæ, quæ alimentis æquiperatur, vt notat Gigas de pension. quæst. 95. & notant Doctores in d. Clement. 1. & Rebuffus vbi supra, & in titulo de sententijs prouisionalibus in præfat. nu. 137. & hanc sententiam sequuta est Rota coram Grato in causa decimarum Legionensis, de qua decisione meminit Lancellot. in dict. tractatu de attent. limitat 24. numer. 6. & 7.

4 Supradictis tamen non obstantibus contrarium fuit decisum, vt scilicet, possit appellari à sententia lata in causa reformationis pensionis in fauorem Rectoris, cui est assignata pars congrua quoad vtrumque effectum suspensiuum, & deuolutiuū, in iure enim semper, & in omnibus casibus permittitur appellatio quoad vtrumque effectum, suspensiuum, & deuolutiuum, nisi inueniatur prohibita, vt in locis vulgaribus, at vero in hoc casu non inuenitur prohibita, vt patebit infra ex responsione ad contraria, ergò erit
5 permissa, & hanc opinionem tenendo, pro qua sic extitit decisum, & teneri debet, & vera est, & semper vidi practicari: non obstant contraria,
6 nam ad primum respondeo, quod loquitur, quādo Episcopus ex officio assignat congruam portionem Curato, quam antea non habebat, & nō per viam actionis à parte intentatæ, vt in præsenti quæstione, & ita etiam procedunt decisiones Sacri Concilij supracitatæ, cū .n. Episcopus procedat ex officio, procedit secundum suam conscientiam ad assignanda alimenta Rectori, vt commodè possit Ecclesiæ deseruire, & procedit summariè, & de plano, vnde non mirum si appellatio non sortiatur effectum suspēsiuum quan-

quando verò assignata est congrua à Sūmo Pontifice, vt in præsenti casu; procedi per viam actionis; & ad partis petitionem, & sic quo ad vtrumque effectum semper conceditur appellatio propter præsumptionem, quæ est pro assignatione antea facta, & quia tunc non est periculum in mora, nec maxima inopia ex parte Rectoris, cum possit sibi prouidere congrua as-
7 signatione facta. Neque obstat dicta glosa in verbo oneramus, in secundo casu, nam iure nō probatur, nec eam probat dicta Clementina, quæ solum loquitur, quando de nouo congrua assignatur Rectori, quæ antea nunquam fuerat assignata, ideo securè contra illam tenendum est: tum quia Imol. ibi in fin. d. clem. intelligit, quādo Episcopus procedit ex officio ad assignationē congruæ, & est quando inter eum, & patronum est quæstio super congrua assignata, non vero quando procedit ordinariè ad partium petitionem, & est quæstio inter patronum, & Recto-
8 rem: neque etiam obstat, quod à procedente secundum conscientiam non detur appellatio, nā vt videre est apud Menoch. & Lancellottum, hæc opinio non est secura, & multi contra eam tenent, & si demus, quod vera sit, quando Iudex non grauat nimis partem, nec excedit notabiliter, si tamen excederet, daretur appellatio quoad vtrumque effectum, vt vult Franch. in cap. statutum §. assessorem in verbo conscientiæ
9 de rescriptis in 6. Ad secundum respondetur, quod dupliciter proceditur in causa alimentorum, primò summariè, & ex officio Iudicis, scilicet quando pupillus qui non habet vnde se alat, petit alimenta infanti, pupillo, vel minori, vel filijs, vel parentibus, vel quando aliquis petit hæreditatem ascendentium, & lite pendente petit sibi decerni alimenta, quia non habet vnde se alat, & expensas litis faciat, vt in casibus, quos cumularunt latè Pontanus de alimentis, cap. 19. per totum, Lancellottus de attentatis limit. 24. num. 6. & 7. & tunc à sententia, vel decreto alimentorum non conceditur appellatio, vt supradicti existimant, tum propter necessitatem naturæ, & præsumptionem iustitiæ, tum etiam nè procedatur in infinitum,
10 & sic practicatur: Secundo proceditur ordinariè, & ad partis petitionem, & per viam actionis, vt in præsenti casu, vt quando alimenta debentur ex contractu, & tunc proceditur ordinariè, & habet locum appellatio, maximè si litigans possit se aliundè alere, & ita declarat Corduba de alimentis, §. vel si parens, nu. 33. qui allegat Abb. Didac. Perez, & alios.

SVMMARIVM.

1 *Relegatus potest finito tempore redire absq; licentia ad locum, à quo fuit relegatus.*
2 *Prohibitum ad tempus, post illud censetur permissum.*
3 *Priuilegium cōcessum ad tempus extinguitur elapso tempore.*
4 *Suspensus ad tempus, elapso tempore non indiget absolutione.*
5 *Remotus ab officii exequutione, elapso tempore reuocatur.*
6 *Feudum concessum ad tempus, elapso tempore potest auferri à feudatario, nullo dato tempore, quod iudicatis datur, immò redit ipso iure ad concedentem.*
7 *Assensus Apostolicus concessus ad tempus alienandi bona Ecclesiæ pro necessitatibus contingentibus, non extenditur vltrà tempus.*
8 *Vis limitati temporis est, vt contrariam contineat dispositionem.*

An Relegatus finito exilio possit redire absque licentia Curiæ.

DECIS. CXXX.

1 Proposito huiusmodi dubio, fuit resolutum affirmatiuè, videlicet, quod Relegatus finito exilio possit, & valeat redire absque licentia Curiæ, vt in specie, & in proprijs terminis sic docuit consulendo Bald. in consil. 35. volum. 3. & in cap. ex literis, num. 22. de constit. & in leg. actione §. Labeo, ff. pro socio, & eum sequuti sunt Dec. in consil. 61. vol. 1. Alban. consil. 60. num. 6. cum seq. Bursat. consil. 123. Mandel. cō-
2 sil. 31. num. 4. prohibitum enim ad tempus, post illud censetur permissum, ad tex. in l. Imperator ff. de postulando, l. fratres, ff. de pœnis, Dec. in d. consil. 61. num. 4. Angel. in l. si vnus, §. cum
3 reo, ff. de pactis, hinc priuilegium concessum ad tempus, elapso tempore extinguitur, cap. cum in cunctis, cap. nè pro defectu de elect. cap. si propter de rescriptis, cap. statutum de præbend. in 6. l. quoties, C. de precibus Imperatori offerendis; Scribentes in cap. cum accessissent de cōstit. quo casu expirat ipso iure, cap. de causis, vbi Bald. de
4 officio delegati: hinc suspensus ad tempus, elapso tēpore non indiget absolutione, vt tradit Abb.
5 in cap. 1. de iudicijs, & remotus ad tempus ab officij exequutione, tempore elapso reuocatur glosa in cap. placuit 21. quæst. 2. hinc est, quod
6 feudum concessum ad tempus, potest elapso tēpore auferri à feudatario, nullo dato tempore, quod datur iudicatis, vt post Bald. in cap. 1. nu. 8 de content. inter dom. & fidel. voluit Paris de reintegr. in c. Dominus. sine alijs Iudicijs; nu. 2. fol. 76. immò elapso tempore redit feudum, & possessio ipso iure, tanquā si naturaliter moriatur, Bald. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 62. de constit. Alex. in consil. 124. num. 2. & 3. vers. plus lib. 1. Ias. in l. clàm possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. hæred. quod tamen verum non est, quando feudum ab alio possidetur, eò enim casu possidens est citandus, non autem spoliandus, vt docuit Afflict. in constit. pacis cultum, num. 27. finito tamen feudo per lineam extinctam, in Regno absque vlla sententia fiscus spoliat agnatum, qui aperto iure non succedit in feudo, vt post Afflict. in dicta constit. pacis cultum scrip-
7 sit Campagna in cap. Regni dudum ex præsumptuoso, num. 13. & hinc Assensus Apostolicus cōcessus ad tempus alienādi bona Ecclesiæ pro necessitatibus contingentibus non extenditur vltra
8 tempus, quia vis limitati temporis operatur, vt contrariam contineat dispositionem, vt habetur per tex. in d. l. fratres, ff. de pœnis, sequitur Dec. in cit. consil. 61. num. 4. post Angel. in l. si vnus, §. si cum reo, ff. de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Dominus agens ad caducitatem rei emphyteoticæ tenetur probare illius dominium.*

2 *Item probatio hæc debet fieri per scripturam, vel saltem per solutionem continuatam per triginta, vel quadraginta annos, quæ coadiuuetur scriptura facta de emphyteusi, vel alia coniectura euidenti, & num. 3.*

4 *Res quælibet sui origine libera præsumitur, & seruitus è contrario non habet causam naturalem, sed aut impositiuam, aut præscriptam.*

5 *Dominium rei emphyteoticæ ad effectum deuolutionis concludenter, & exactè probari debet, ita ut non admittatur iuramentum suppletorium, & num. 6.*

7 *Item nec locationes, aut solutiones, pro illius probatione sufficiunt, & num. 9.*

8 *Locatio concurrentibus adminiculis, puta solutione canonis, & confessione probat dominium; quando non agitur ad deuolutionem.*

10 *Dominus agens ad rem feudalem, concludenter eius dominium probare tenetur, quod res sit illamet, quam ipse concessit in feudum.*

11 *Amplia etiam, si res sit posita intra fines Castri, seù feudi, & inuestitura sit generalis, cũ pactis, terræ, & c. reprobata opinione contraria, & num. 12.*

13 *Item siuè res intrà fines feudi comprehensa possideatur à tertio; siuè ab ipso inuestito de feudo.*

14 *Bona præsumuntur libera, nisi seruituti obnoxia doceantur.*

An Dominus agens ad caducitatem rei emphyteoticæ, illius dominium probare teneatur.

DECIS. CXXXI.

1 CIrca istius articuli difficultatem, affirmatiua inoleuit decisio, scilicet, quod Dominus agens ad caducitatem rei emphyteoticę, illius dominium probare teneatur, vt in proprijs terminis fuit resolutum in Rota in vna Foroliuiens. parochialis 3. Iunij 1588. apud Mellinum, & in vna Romana prætensæ deuolutionis, 13. Nouembris 1596. coram Litta, & sequuti sunt Bero. in consil. 99. num. 4. & 5. lib. 3. & Speculator in titul. de locato §. nunc vero, versic. 72. & seq.

2 & hanc probationem esse faciẽdam per scripturam, innuit glos. ex magis communi in l. 1. & ibi Bald. & Ias. nu. 61. cum seqq. C. de iure emphyteotico, quã sequuti sunt Afflict. in decis. 72. num. 7. in fin. Guid. Papa in decis. 24. in princ. & in decis. 582. sub num. 3. multis comprobat, hanc esse communem opinionem. Idem asserit Iul. Clar. in §. emphyteosis, quæst. 4. plenius Cacheran. in decis. 52. num. 1. Viuius in decis. 390. num. 2. Milanens. in decis. 1. nu. 123. lib. 1. Surd. in decis. 10. num. 1. Barz. in decis. 50. nu. 27. post Bartol. Alex. Angel. Io. de Platea. Barthol. Socc. cin. & Iacobin. quos allegat Cęuallos practicar. opin. commun. contra cõmun. quæst. 356. lib. 1. Crauet. in consil. 112. nu. 8. Misinger. in §. adeò, num. 25. instit. de locat. & conduct. Valascus in consult. 87. nu. 9. vol. 1. Publ. in consuet. Aluern. titul. 21. artic. 16. nu. 4. Turret. in consil. 33. nu. 3. vol. 1. Fachin. controuers. iuris lib. 1. c. 84. Bur-

3 sat. in cons. 26. num. 16. vol. 1. aut saltem per solutionem continuatã per 30. vel 40. annos, quæ adiuuetur scriptura facta de emphyteusi, vel alia coniectura euidenti, vt est reseruatio dominij, vt post Roman. consil. 127. tradit Siluan. cons. 57.

4 num. 43. alias enim quælibet res in sui origine præsumitur libera, l. altius, C. de seruit. & seruitus à contrario non habet causam naturalem, sed aut impositiuam, aut præscriptam, Bald. in cap. cũ omnes, nu. 31. de constit. Ias. in l. si prius, num. 40. cum seqq. ff. de oper. nou. nunc. Vnde

5 hoc casu dominium probari debet concludẽter l. 1. C. de alien. Iudic. mut. cau. fact. Bald. in leg. cum res in fine, C. de probat. Alex. cons. 10. cum

6 duobus seq. in tantum quod non admittatur iuramentum in supplemẽtum, Ias. in l. admonendi, num. 112. ff. de iureiurand. Neque locationes

7 confessiones, aut solutiones pro illius probatione sufficiunt, cap. inter dilectos propè finem, de fide instrum. l. ad probationem, C. locat. Alex. in l. rem alienam in princ. ff. sol. matrim. & cõsil. 12. num. 4 lib. 4. Ruin. consil. 47. nu. 6. lib. 1. Calcan. consil. 32. num. 8. Boer. q. 105. num. 13. Caputaq. decis. 280. par. 1. & fuit resolutum in vna Romana domus S. Agnetis 19. Iunij 1589. corã Orano, & in alia Romana domus 11. Maij 1592. coram Card. Mellino, in qua fuit dictum, quod licet locatio concurrentibus adminiculis,

8 puta solutione canonis, & confessione alias sufficiat ad probationem dominij, Bar. in l. ad probationem, C. locat. Angel. in l. officium, num. 2. ff. de rei vendic. Socc. Sen. cons. 89. nu. 11. lib. 1.

9 Dec. cons. 146. nu. 14. Nihilominus ad effectum deuolutionis non sufficit, sed requiritur probatio concludens, & exacta, ex traditis per Caputaq. d. decis. 280. par. 1. Et istud procedit etiam

10 vbi agitur ad rem feudalem; Nã Dominus concludenter dominium suum probare tenetur, & quod res sit illamet, quam ipse concessit in feudum, cap. 1. vbi glos. 1. de controuers. inter mascul. & fœmin. Io. Andr. & alij in cap. nimis de iureiuran. Alexand cons. 129. num. 1. lib. 1. Af-

11 flict. decis. 267. quod procedit etiam si contineatur intra fines Castri, & inuestitura sit generalis cum pactis terræ, &c. quia non ex hoc sequitur, quod bona in particulari sint feudalia, vt per Brun. cons. 90. num. 2. & 3. quem sequuntur Natta cons. 514. num. 26. cum seqq. & cons. 520. num. 5. Aymon cons. 54. nu. 9. & 253. num. 7. Roland. cons. 82. num. 11. vbi de communi, & num. 14. lib. 2. & consil. 98. num. 16. & consil. 25. lib. 3. Decian. consil. 35. lib. 1. Neque

12 est vera eorũ opinio, qui tenent, quod quidquid est intra fines feudi sit feudale, vt per Afflict. in dicto cap. 1. num. 12. & seq. de controuers. inter masc. & fœm. Bellon. cons. 10. nu. 11. idẽ Afflict. dicta decis. 267. Clarus in §. feudum, quęst. 18. & fuit resolutum coram Bubalo in vna Asten. feudi 27. Aprilis 1584. & deinde coram Orano in vna Romana Census 13. Iunij 1586. & licet aliqui

aliqui velint hoc procedere quòad bona, quæ intra fines feudi, seù Castri possidentur à tertio, secus quòad ea, quæ possidentur per ipsum investitum de feudo, Decius consil. 517. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 161. num. 5. versic. hic casus, Natta consil. 406. at-
13 tamen Rota hanc declarationem non approbat; sed indistinctè tenet, quod bona in territorio Castri contenta, siuè intra fines feudi cóprehensa libera præsumantur, nisi feudalia do-
14 ceantur, & hoc siuè illa possideantur à tertio, siuè ab illo inuestito, & ita tentum etiam in vna Leodien. hæreditatis, 14. Nouemb. 1603. coram Seraphino.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla parte opponente non potest confirmari, sed debet omninò super nullitate pronunciari.*
2 *Iudex non potest facere numerum sententiarum aduersus ius litigatoris.*
3 *Sententia nulla non potest confirmari parte opponente, etiam si nullitas primæ sententiæ influat in secundam confirmatoriam.*
4 *Sententia, quamuis in totum non sit nulla, sed pro parte, tamen non potest confirmari, nisi diuersa capita contineat.*
5 *Absque appellatione sententia nulla rescinditur.*
6 *Forma, & non materia in sententiis consideratur.*

An sententia nulla, parte opponente confirmari possit.

DECIS. CXXXII.

IN casu occurrenti pro vero fuit habitũ, quod licet sententia nulla certis casibus confirmari possit, vt notatur in l. si expressim ff. de appell.
1 non tamen Iudex parte opponẽte potest illam confirmare, sed debet omninò super nullitate pronunciare, Bar. in l. si vt proponis in fine, C. quomodo, & quando Iudex, Crauet. in cons. 270. vers. posito, Franc. in cap. dilecta, num. 25. de appell. Bald. in l. tale §. fin. quæst. 12. ff. de pactis, Alex. cons. 3. sub nu. 4. lib. 5. Put. in dec. 72. lib. 3.
2 alias grauaret partem, & faceret numerum sententiarũ contra ius litigatoris, Caputaq. in decis. 266. par. j. & fuit resolutum in Rota in vna Vercellen. prætensi spolij 5. Maij 1586. coram Plato, & in vna Patauina decimarũ 9. Iulij 1576.
3 & prædicta locum habent etiam si nullitas primæ sententiæ influat in secundam confirmatoriam, quia sicut prima non potest confirmari, Alex. cons. 112. nu. 77. lib. 2. Crauet. in cons. 171. col. penul. versic. secundo, ita nec ipsa confirmatoria, cum sit etiam ipsa nulla, per ea, quæ scribit Roman. in consil. 738. Felin. in cap. ea quæ post num. 2. versic. sed Innocent. præsupponit, de re
4 iudic. & procedunt etiam, quamuis sententia non sit nulla in totum, sed pro parte, quia nec etiam sententia pro parte nulla reformari, aut confirmari potest pro ea parte, quæ est valida, nisi contineat diuersa capita, vt est communis Doctorum opinio in l. final. ff. de iurisd. omn. iudic. vbi Bologn. nu. 13. Put. in decis. 320. lib. 1. Rota diuers. in decis. 205. par. 2. vbi ad l. 1. §. item si calculi, ff. quando sententia sine appell. rescind. ad ea, quæ ex aduerso allegabantur fuit responsum; quod dispositio illius tex. potius faciebat in contrarium, dum decidit, quod ab hu-
5 iusmodi sententijs non est necesse appellare, quia absque appellatione rescinduntur, & licet Bald. in l. 2. num. 2. C. de re iudic. aliter teneat, tamen Salyc. ibi reprehendit ipsum optima
6 ratione, in sententia enim forma, & non materia consideratur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati largo modo hæretici dicuntur.*
2 *Cedulones affiguntur, vt excommunicatus videns se ab aliis vitari, agnoscens confusionem suam erubescat, & conuertatur.*
3 *Excommunicatus est statim absoluendus propter mala, quæ affert excommunicatio.*
4 *Cedulones possunt affigi contra excommunicatos, si comparent, & petunt absolui.*
5 *Debent publicari excommunicati, donec satisfecerint.*
6 *Cedulones non solum affiguntur, vt excommunicatus conuertatur, sed vt alii ipsum euitent.*
7 *Excommunicatio dicitur medicinalis non solum propter excommunicatum, vt conuertatur, sed vt alii de Communitate terreantur.*
8 *Excommunicari potest ille, cui excommunicatio non est profutura.*
9 *Expedit Reipublicæ aliorum delicta nota esse.*
10 *Ex publicatione nullum præiudicium fit excommunicato.*
11 *Appellatione pendente fit denunciatio.*
12 *Quod tibi non nocet, & alteri prodest fieri debet.*

An Cedulones possint affigi contra excommunicatos, si comparent, & petant absolui.

DECIS. CXXXIII.

QVoniam aliqui, & præsertim in hac fidelissima Ciuitate Neapolis, inobedientes Illustris. Archiepiscopo, dum contra eos infligitur excõmunicatio magis timent affixionẽ cedulonũ, quam ipsam excõmunicationem, propter in-
1 famiam, nam excõmunicati solent largo modo vocari hęretici, secundum Archidiac. & Gemin. in c. 1. de hæret. in 6. antequam affigantur cedulones, cõparent in dicta Curia petentes absolui; propterea fuit dubitatum, an hoc non obstante cedulones contra eos affigi possent, & pro nega-
2 tiua sententia adducebatur, quod cedulones affiguntur, vt excõmunicatus videns se ab omnibus vitari, aspiciens confusionẽ suam, erubescat, & conuertatur, Clem. 1. de pęnis, & ibi Anchar. nu. 15. c. 1. de except. in 6. qui finis in excommu-
3 nicato conuerso petente absolutionem cessat, & præterea, quia excõmunicatus est statim absoluẽdus, propter mala, quæ affert excõmunicatio, vt testatur glosa communiter ab omnibus recepta in cap. qua fronte de appellat. & sic frustra affiguntur, si statim absolutio sequi debeat.
4 Tamen quidquid sit ex supra relatis contrariũ pluries

pluries fuit decisum, & seruatũ, videlicet, quod cedulones affigãtur contra excõmunicatos, etiã, quod cõparuerint, & petierint absolui, nã tex. in
5 d. Clem. 1. §. & quia de pęnis, dicit, ꝙ debent publicari excõmunicati, donec satisfecerint, & ibi addit. Zabar. & absoluantur, idẽ sequitur Abb. in c. ea noscitur per illũ text. notab. 2. de sentent. excõmun. dicens ad officium Prælatorũ spectare denunciare excõmunicatos, etiã nemine requirente, & eos vitari facere, donec satisfecerint, &
6 fuerint absoluti, & insuper facit, quod cedulones non solũ affiguntur, vt excõmunicatus conuertatur, sed vt alij ipsum euitent, donec fuerit absolutus, c. curæ 11. q. 3. Vgolin. de censuris, c. 21.
7 §. 2. tab. 1. & excõmunicatio dicitur non tantum medicinalis propter excõmunicatum, vt conuertatur, sed vt reliqui de Cõmunitate terreãtur, vt latè probat Couar. in c. alma mater de sent. ex-
8 commun. in 6. & propterea dicunt DD. ꝙ Episcopus potest excõmunicare illum, cui excõmunicationem non profuturã scit, vt alios terreat, nisi excõmunicatus deterior efficeretur, Felin. in c. ad Apostolicæ, de except. Abb. in c. ab excõmunicato de rescriptis, & in specie ꝙ expediat Reipublicę publicare excommunicatos, tradit Anchar. in Clem. 1. num. 15. de pęnis, & expedit
9 Reipublicę aliorum delicta nota esse, l. eum qui
10 nocentem, ff. de iniurijs: maximè cũ ex publicatione non fiat aliquod præiudiciũ excõmunicato, declaratio enim nihil noui inducit, l. hęredes palam, ff. de testam. c. pastoralis, §. verum de ap-
11 pellat. & hinc etiã appellatione pendente fit denunciatio d. §. verum de appellat. & talis affixio prodest Reipublicæ, ergo fieri debet ex regula,
12 quod tibi non nocet, & alteri prodest, fieri semper vtiq; debet, l. 1. §. debita ff. de aqu. pluu. arc. glos. in l. 2 ff. sol. matrim. tantò magis, quod res per sententiam erat effecta notoria, c. cum olim de verb. signif. Butr. in c. per vestras de cohabit. cleric. & mulierum, & præterea, si vt magis quis confundatur, potest pro pœnitentia absolui in multitudine gentiũ, & ex tali causa differri etiã absolutio, glos. in c. si quis autẽ 18. dist. eodẽ modo poterunt affigi cedulones ad maiorẽ confusionem, & ex his patet responsio ad contraria.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest accusare laicum de aliquo delicto, vbi veniret imponenda poena sanguinis.*
2 *Accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis.*
3 *Clericus potest accusare laicum de delicto, cum protestatione citra poenam sanguinis.*
4 *Clericus potest accusare laicum, vbi prosequeretur propriam, vel suæ Ecclesiæ iniuriam dummodò ex tali accusatione accusato non veniret imponenda poena sanguinis.*
5 *Clericus potest accusare, quando prosequitur propriam iniuriam, vel suæ Ecclesiæ, vbi pro crimine veniret imponenda poena perpetui carceris, vel fustigationis, vel seruitutis.*
6 *Clericus potest agere, cum protestatione citra poenam sanguinis contra interfectorem fratris, & aliorum propinquorum.*
7 *Iniuria facta vni de familia, censetur facta omnibus de familia.*
8 *Consanguineum offendens frangit pacem.*
9 *Inimicus consanguinei mei dicitur meus inimicus.*
10 *Quando iniuria est communis, ex quo illata est vni de familia, censetur facta omnibus de familia.*

An Clericus possit agere cum protestatione citra pœnam sanguinis aduersus interfectorem fratris, & aliorum propinquorum.

DECIS. CXXXIV.

1 APerta sunt iura, Clericum non posse accusare laicum de aliquo delicto, vbi veniret imponenda pęna sanguinis, cap. nullus clericus 11. quæst. 1. cap. sacerdotes, 2. q. 7. Abb. in cap. cum P. Manconella, nu. 8. & 10. de accus. Turrecrem. in cap. sicut sacerdotes, num. 172. 3. q. 6. & in c. 1. vbi etiam Innocent. & Soccin. num. 18. quæst. 1. Cumia de sindic. cap. 23. num. 27. vbi dicit, quod accusatio erit nulla, si pars accusata de hoc se opponat Frecc. qui multos congerit, in tractatu de præsent. instrum. par. 13. q. 1. num. 8. Eugen. in consil. 76. num. 177. Zecchus de priuileg. Eccles. priuileg. 112. num. 18. & priuileg. 138. nu. 5.
2 & seq. accusatio enim dicitur genus illaudabilis intentionis, cap. si quis Episcopus 2. q. 7. & ideò clericus debet ab ea abstinere, cap. cum ab omni spe, de vita, & honest. cleric. Foller. super constit. Regni, cap. Item quod nullus, in tit. de Episcop. & cleric. Eugen. dicto consil. 76. num. 177. licet
3 possit Clericus accusare laicum, cum protestatione citrà pęnam sanguinis, iuxtà tex. in cap. prælatis de homicid. in 6.

His sic præmissis fuit dubitatum, an possit clericus agere cum protestatione citrà pęnam sanguinis contra interfectorem fratris, & aliorum
4 propinquorum, & dicebatur, quod clericus potest accusare laicum, vbi prosequeretur propriã, vel suæ Ecclesiæ iniuriam, dummodò ex tali accusatione, accusato non veniret irroganda pœna sanguinis cap. cum sit generale de foro competenti, cap. prælatis de homicid. in 6. cap. olim de iniurijs, cap. grauis de restit. spoliat. Turrecrem. in cap. sicut Sacerdotes, nu. 4. 3. quæst. 6. Decian.
5 in tract. crimin. par. 2. lib. 6. cap. 12. num. 3. ideò quando prosequitur quis propriam iniuriam, vel suæ Ecclesiæ poterit laicum accusare, vbi pro crimine veniret imponenda pęna perpetui carceris, vel fustigationis, vel seruitutis, cuius loco hodie est pœna remigandi super triremibus, cap. si res 14. quæst. 6. cap. grauis, cap. cum multæ 15. quæst. 5. Goffred. in summa in titulo de homicid. num. 13. Anchar. in cap. postulasti, num. 3. eodem titul. Clarus in §. fin. q. 14. num. 3. item quia text. in dicto cap. prælatis concedit licentiam clerico agendi cum dicta protestatione contra malefactores suos, & non dicit suorum, & proinde omnes DD. ibi communiter concludunt, quod dicta protestatio non suffragatur agẽtibus causas alienas, nec testi, nec Aduocato, nec Iudici, lat. Couar. in clem. si furiosi de homicid. in 2. par. §. 5.

His

6 His tamen in nihil obstantibus contrarium fuit decisum, scilicet, quod clericus possit agere cum protestatione citra pœnam sanguinis contra interfectorem fratris, & aliorum propin-
7 quorum, ex eo quod iniuria facta vni de familia censetur facta omnibus de familia, Bar. in l. lex Cornelia ff. de iniur. Bal. in l. 1. C. de raptu virgin. in §. notab. Butr. & Fel. in cap. cum oporteat de accusat. Cacher. in decis. 104. num. 3. & decis. 15. Tiraq. de pœnis, caus. 51. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 262. Grammat. in decis. 23. hinc
8 pacis fractor dicitur, qui consanguineum illius offenderit, cum quo facta est pax, Marsil. in sing.
9 204. & 331. hinc inimicus consanguinei mei dr meus inimicus, Bar. & Add. in l. tutor, §. si tutor. ff. de suspect. tutor. Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, num. 21. ff. de verbor. obligat. Bal. in l. Athletæ, ff. de suspect. tutor. Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 5. de quæst. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. de probat. delict. num. 14. in fin. & propterea sicut oritur capitalis inimicitia ex offensa propriæ personæ, ità & personæ consanguinei, Gig. de crimine læsæ maiestat. tit. quomodo, & per quos quæst. 2. & hinc dicitur tractari
10 de proprio interesse, quando iniuria est communis, ex quo illata est vni de familia, Dec. in cons. 133. num. 4. Gramma. in d. decis. 23. idem tenet Nauarr. de iniur. & damno dato cons. 3. vbi concludit, patrem clericum posse agere contra interfectorem filij cum protestatione prædicta, idem Couarr. in d. §. 5. nu. 4. ibi, aut saltem suis, & propinquis.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare, vel accusare quilibet tenetur haereticos, maleficos, & committentes alia delicta, quæ tendunt in perniciem Reipublicae.*
2 *Accusatio debet fieri in scriptis.*
3 *In causis Sanctae Fidei denunciator habetur pro teste.*
4 *Testium depositiones sunt subscribendæ, vt probent.*

An denunciatio hęreticorum, & maleficorum sit facienda in scriptis cum expressione nominis denunciantis, & subscriptione eiusdem.

DECIS. CXXXV.

1 Communis est DD. conclusio, quod quilibet tenetur accusare, vel denunciare Iudici omnes committentes delicta tendentia in perniciem Reipublicæ, vt sunt hæretici, rebelles, nigromantici, malefici, assassini, proditores Ciuitatis, aggressores itinerum, & similes, & talis denũciatio non debet esse fraterna, quæ tẽdit ad correctionem fratris, sed iudicialis, quæ tendit ad vindictam publicam, & parum differt ab accusatione, naturali enim ratione, quælibet persona cum sit pars Reipublicæ tenetur quasi pars toto ei succurrere, vbi viderit illam contagione infici, vel sceleribus corrumpi, adeundo publicam potestatem, vt metu pœnarum homines benè viuant, & bonum commune non perturbetur, Sotus de iustitia, & iure, lib. 4. q. 5. art. 1. & de denunciatione hæreticorum facienda habetur in Bulla Greg. IX. Bulla Innoc. IV. & in Bulla Nicolai III. in quibus præcipitur excommunicari non denunciantes hæreticos, vel de heresi suspectos, quæ Bullæ sunt positæ in fine Directorij Inquisitorum.

Fuit tamen dubitatum, an talis denunciatio hæreticorum, & maleficorum sit facienda in scriptis cum expressione nominis denunciantis, & subscriptione eiusdem, & fuit resolutum affirmatiuè, scilicet quod tales denunciationes non recipiantur, nisi denunciator cum iuramento examinetur cum expressione, & subscriptione proprij nominis, tanquam quilibet testis, & sic seruatur, & quidem rationabiliter primo, quia
2 accusatio debet fieri in scriptis, cap. accusatorũ 2. quæst. 8. & sic tenet Sotus de iustitia, & iure,
3 quæst. 5. ar. 2. secundo, quia in causis sanctę fidei denunciator habetur pro teste, cap. in omni negotio de testibus, & testium depositiones sunt
4 subscribendæ, cap. quoniam contra de probat. & qualitas personæ testis, dictum, ac modus deponendi consideranda sunt, l. 3. ff. de testibus, quæ sine scriptura non facilè fiunt. Tertio, quia si nomen denunciantis non prodatur, non posset succurri damno Reipublicæ, siquidem iura damnant procedi ad inquisitionem per occultas cedulas, cap. inquisitioni de accusat. & hanc sententiam sequitur Zecch. de casibus reseruatis, casu 2. & colligitur ex Eymerico in 3. parte direct. inquisit. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem, vbi tradit modum redigendi in scriptis per Notarium, denunciationem, & interrogandi denunciantem, cum interrogatorijs, iniuncto ei silentio, licet fuerit dictum prædicta esse intelligenda, quod scilicet non sit obligatus denuncians in scriptis denunciare, quia potest verbo denunciare, sed debet pati, quod denunciatio redigatur in scriptis, & exprimat nomen suum, & cum iuramento super ea deponat, vt habetur per Eymeric. in d. 3. part. direct. inquisit. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem; nec prædictis videntur obstare bullæ supracitatæ, dum dicunt, denunciationem posse fieri Confessario; siquidem non simpliciter id concedunt, sed taliter, quod ad Prælati notitiam perueniat, quare non prohibent, quin possit, si opus fuerit denunciãtem cogere ad examen, nec dicunt denunciatorem ad id non teneri, aut satisfecisse, quamuis nomen suum minimè prodat, & scribi sinat, & cum iuramento non deponat. Debent tamen Confessarij hortari pœnitentes, quod libenter denuncient tales personas cum magno eorum merito, & Reipublicæ vtilitate, & certiorare eos, quod eorum nomina nunquam inquisitis de fide pandentur, iuxta cap. statutam, §. iubemus de hæret. in 6.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Regulae standum, donec probetur exceptio, cum pro ea praesumatur, nu. 2.*
3 *Regulam, qui pro se habet, ab onere probandi releuatur.*
4 *Regulam aduersus se habens, & limitationem adducens, illam debet probare, etiam si persona sit priuilegiata, nu. 6.*
5 *Pro regula in dubio est pronunciandum.*

An habens regulam pro se releuetur ab onere probandi.

DECIS. CXXXVI.

1 REgulæ standum, inherendumque est, donec contrarium probetur, idest donec probetur exceptio, seu eius fallentia, l. ab ea parte, ff. de probat. glos. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Menoch. in cons. 238. nu. 17. & cons. 251. nu. 35. volum. 3. Gabriel. in cons. 102. nu. 6. volum. 2. latè Viuius alios referens, in dec. 135. vbi assignat rationem, quia præsumitur pro regula, vt
2 ante eum voluerunt Bar. & Dec. in l. 1. num. 8. ff. de regul. iur. Cephal. cons. 469. num. 4. vol. 4. regulæ enim iuris tenaciter re ipsa obseruandæ sunt, nisi in contrarium appareat specialis dispositio, vt tradit Bertrand. in cons. 255. nu. 2. vol. 6.
3 & hinc fuit apud Nos pluries obseruatum, quod regulam habens pro se, habet intentionem fundatam, ita quod ab onere probandi subleuetur, vt tradit Bar. in l. quoties, ff. si quis caut. & in l. 2. vbi etiam Ias. n. 33. ff. si quis in ius voc. non iuer. Dec. in d. l. 1. num. 6. ff. de regul. iur. Menoch. cons. 98. nu. 13. cons. 53. num. 11. & cons. 90. nu. 91. & in tractatu de arbitr. Iudic. quest. 80. num. 108. Decian. in respons. 53. num. 8. & 9. volum. 1. Bertazzol. in cons. 72. num. 7. Alex. cons. 79. num. 5. vol. 7. Gabriel. cons. 2. num. 13. Bellam. in cons. 33. num. 46. glosa in d. l. omnis diffinitio ff. de regul. iur. Caualc. in decis. 2. nu. 21. part. 1.
4 & ideo qui aduersus se regulam habet, & limitationem adducit, probare tenetur, vt inquit Cagnol. in d. l. 1. nu. 21. & ibid. Dec. ff. de regul. iur. Felyn. in cap. quoniam frequenter, col. 3. vt lit. non contest. Caualc. de tut. & curat. num. 155. Menoch. cons. 72. num. 3. Neuiz. consil. 30. nu. 1. Decian. respons. 80. num. 16. volum. 3. Dec. in cons. 103. col. 2. Roland. cons. 5. nu. 6. volum. 4. Bellamer. in cons. 33. num. 46. alias pro regula
5 semper erit pronunciandum, & iudicandum, Bal. in cap. 1. num. 2. de alienat. iudic. mutand. caus. fact. Dec. in cons. 397. Menoc. cons. 54. nu. 11. Abb. in cons. 25. Rimin. in cons. 224. nu. 99. vol. 2. Decian. in d. respons. 53. num. 10. vol. 1. & secundum Bal. in l. in fraudem in fine, ff. de test.
6 milit. ampliatur procedere etiam in præiudicium personarum priuilegiatarum, contra quas regula probat, nisi specialiter exemptionem probauerint, & nisi sint priuilegiatæ in materia de qua agitur, vt etiam scripserunt Dec. in l. pactum, quod dotali, col. 2. C. de pact. & in l. 2. C. vnde liberi, Crot. in leg. si constante, colum. 4. ff. solut. matrim. Alciat. in l. in generali petitione, ff. de verb. significat. Ripa in l. 1. colum. 4. ff. solut. matrimon. & in leg. fin. num. 51. Cod. de reuocand. donat. Cagnol. in d. l. 1. num. 22. ff. de regul. iur.

SVMMARIVM.

1 *Actus in dubio praesumitur factus nomine proprio potius, quam alieno.*
2 *Tutor licet faciat nomine suo, censetur tamen facere nomine pupilli.*
3 *Procurator licet non exprimat nomine Domini facere, tamen praesumitur facere nomine ipsius.*
4 *Actus praesumitur factus nomine vtriusque, quãdo potest pertinere partim ad alium, & partim ad se ipsum.*
5 *Actus praesumitur factus nomine illius, qui erat obligatus ipsum facere, quando non constat de nomine.*
6 *Actus censetur celebratus nomine eius, ad quem negotium pertinet.*

Actus in dubio, cuius nomine censeatur factus.

DECIS. CXXXVII.

1 INcidenter in quamplurimis casibus occurrentibus fuit pro vero habitum, quod actus in dubio præsumitur factus nomine proprio potius quam alieno arg. l. magis ff. de solut. l. si stipulatus, la secta § Chrysogonus ff. de verbor. obligat. l. si pactum, ff. de probat. l. si non verum, & l. filij, C. de donat. inter virum, & vxorem l. Titium §. præfectus ff. de administratione tutorum, & sic communi Scribentium calculo recipitur, vt per Abb. in consil. 2. num. 1. Alex. cons. 173. colum. 3. Bart. in l. post dotem ff. solut. matrim. Decium in cons. 21. num. 11. Roma. cons. 174. Cephal. cons. 250. nu. 45. volum. 2. Castr. in l. Titius in fin. ff. de constit. pecun. Bald. in l. ad prob. la prima in fin. C. de prob. licet aliter fuerit dictum, quando quis facit id quod nomine
2 alieno est obligatus agere, vt in tutore, qui licet faciat nomine suo, præsumitur tamen, & censetur facere nomine pupilli, per l. Lucius §. tutorem ff. de administrat. tut. per Bar. in l. Titium, §. altero, vers. 3. casu eod. tit. per Abb. in d. cons. 2. nu. 3. & per Grat. in cons. 24. num. 4. volum. 1.
3 per text. in l. eius, qui in prouincia, ff. si cert. pet. vt etiam dicimus in procuratore, qui licet non exprimat nomine Domini facere, vt per Bar. in l. post dotem, num. 11. ff. solut. matr. & Ias. in l. cum procurator, num. 2. ff. de oper. nou. nunc. & in l. 1. §. nunciatio, cum ibi adductis, eo tit. per Paris. in cons. 72. num. 34. volum. 2. cum ibi adductis, & Silu. in cons. 8. num. 2. & ibi adduct. & Grat. in cons. 96. num. 11. volum. 1. & pariter
4 quando quis facit actum, qui potest pertinere partim ad alium, & partim ad se ipsum, quia tũc præsumitur nomine vtriusque factus leg. post mort. §. tutor, vbi Bart. & l. fin. ff. quando ex facto tutor. Abb. in d. cons. 2. num. 4. & idem dicitur,

5 tur, quando actus fuerit factus ab aliquo, sed nō constat, cuius nomine id factum sit, quia præsumitur tunc factus nomine illius, qui obligatus erat ad ipsum agendum, arg. l. fin. vbi DD. C. de aliment. pupill. præst. per quem text. ità decidit Bart. in l. cum seruus, ff. de verbor. obligat. Fely. in cap. sicut, colum. 16. num. 31. de re iudic. Soccin. Iun. in consil. 10. volum. 3. Bald. in leg. si plures, columm. 5. vers. item oppon. C. de cond. insert. Alexan. cons. 25. col. 3. vers. nec habent, vol. 2. Castr. in d. leg. cum seruus, de verbor. oblig.
6 vt etiam quoties in actu fieret mentio alterius ad quem negotium pertineret, quia censeretur tunc actus celebratus nomine illius, vt si quis vēderet rem Francisco, vel rem communem cum alio, nam vendere censeretur nomine Francisci, aut nomine socij per text. in l. ab vno, vbi Alex. ff. de neg. gest. Bart. & DD. in l. si fundum per fideicommissum, ff. de legat. 1. Crauett. in cons. 304. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in iudicio probat, & præiudicat.*
2 *Confessio facta in iudicio magis operatur, quam alia species probationis.*
3 *Confessio in iudicio criminali facta, probat in ciuili etiam contra eum, qui de eodem delicto tenetur, concurrentibus tamen adminiculis.*
4 *Confessio extraiudicialis de æquitate canonica probat plenè contra confitentem.*
5 *Confessio ante partis acceptationem non nocet confitenti, & reuocari potest etiam si sit facta in iudicio, nu. 6.*

An confessio ante partis acceptationem reuocari possit, ita quod confitenti in nihil præiudicet.

DECIS. CXXXVIII.

1 ET si clara sint iura; confessionem factam in iudicio probare, & præiudicare, vt habetur sancitum in capitulo finali, & capitulo vestra, & ibi glosa de cohabitatione clericor. & mulier: in cap. cum olim in fine, de verborum significatione, & cap. finali de restitut. spoliat. l. 1. C. de confessis, leg. 2. C. de custodia & exhibit. reorum, leg. 1. §. diuus, ff. de quæst. cap. veniens de testament. cap. 1. de accusat. in festo, cum alijs per Duen. in reg. 117. & per Mascard. de probat. conclus. 348. ita quod secundum Roman. in
2 singul. 22. iudicialis confessio producit actionē, & dicitur maior probatio quolibet alio publico instrumento, magisque operatur, quam alia species probationis, prout hæc, & multa alia adducunt Crauetta in consil. 117. num. 10. Bal. in l. cum mulier col. 13. vers. deinde quæro ff. soluto matrimonio, Roland. in consil. 75. num. 23. & sequent. libr. 2. consil. 21. num. 7. & sequent. libr. 1. & consil. 71. num. 40. & sequent. libr. 2. Alex. consil. 127. num. 2. lib. 4. Marsil. in singul. 12. & 201. Hercul. de negatiua num. 196. Bossius in titul. de confession. num. 87. latè Cephal. in consil. 191. libro 2. quinimo confessio facta in
3 iudicio criminali, probat in ciuili, etiam contra eum, qui de eodem delicto tenetur, concurrentibus tamen adminiculis, secundum glos. in l. 2. §. si absens in verbo iudicio ff. si ex nou. caus. agat. vbi etiam Bartol. num. 1. Bal. num. 4. Ang. num. 1. & Alexan. num. 4. sequitur glosa in l. interroganti, C. de quæstion. & sic fuit resolutum per Rotam Romanam in vna Romana locorū montium 23. Ianuarij 1604. coram Mellino, &
4 similiter confessio extraiudicialiter facta, de æquitate canonica probat plenè contra confitentem, vt per Felyn. in cap. si cautio num 23. de fide instrument. & habetur per Put. in decis. 11. num. 3. libro 2. Alex. in consil. 115. colum. 1. vol. 7. Marsil. in sing. 220. Lanfranc. in cap. quoniam contra num. 38. de probat. Dec. in consil. 163. col. 5. Ruin. cons. 104. col. fin. volum. 3. Paris. in cons. 120. vol. 1. Soccin. in cons. 64. col. fin. volu. 3. latè Gabriel. alios referens in conclus. 1. de confessis nu. 46.
5 Tamen fuit dictum, quod acceptatio partis requiritur, ad hoc, vt præiudicet dicta confessio, vt de communi DD. sententia testatur Paris. in cons. fin. num. 18. libro 1. Ripa in rubrica de verbor. obligat. num. 22. vbi Alciat. num. 3. Felyn. in cap. si cautio num. 23. vbi Abb. num. 6. de fide instrum. Crot. in cons. 182. num. 54. libro 2. Roland in cons. 26. num. 8. qui etiam de communi testatur, Gabriel. de confessis conclus. 2. num. 1. Cotta in memoralibus in verbo confessio potest versic. sed hæc omnia, Bertrand. in cons. 221. nu. 1. libro 3. Port. in cons. 176. num. 4.
6 vnde ante acceptationem confessio potest reuocari, licet sit facta in iudicio, Ias. in l. error nu. 3. C. de iur. & facti ignor. Alex. consil. 20. num. 1. libr. 2. Cacher. in decis. 59. num. 8. & tenuit Rota in vna Tirasonen. Cappellaniæ 31. Maij 1606. coram Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Bullæ Clement. VIII. series refertur.*
2 *An habeat locum in hospitiis.*
3 *Habitare quis propriè dicatur.*
4 *Monasterium dicitur omnis Monachorum statio.*

Bulla Clement. VIII. de non concedenda licentia mendicantibus noua ædificandi Monasteria, an comprehendat hospitia.

DECIS. CXXXIX.

1 FVit resolutum in Curia Archiepiscopali, Bullam Clement. VIII. disponentem non posse Ordinarios licentiam ad nouos conuentus cuiusuis medicantium Ordinis in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendos impartiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eiusdem Ciuitatibus, & locis existētium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & alijs interesse habentibus, & causa cognita, ac ser-

seruatis seruandis constiterit in eisdem Ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos Cóuentus, sinè aliorum detrimento commodè sub-
2 stentari posse, non comprehendere hospitia, ex regula iuris, quod appellatione Monasterij non venit hospitium, Gallia. conf. 316. num. 6. Hartama. conf. 13. num. 4. & seq. hinc est, quod Heremitis ordinis Camaldulensium, quibus prohibetur Conuentus facere probè Ciuitates secundum Tap. in Auth. ingressi in verb. monasteria cap. 40. C. de sacros. Ecclef. permittitur nihilominus habere propè Ciuitates ipsa hospitia, quia tunc ibidem considerantur vti viatores, secundum Ias. in l. quia plerique num. 18. ff. de
3 in ius voc. nec dici possunt ibidem propriè, & & verè habitare l. 1. §. habitare, ff. de his qui de re cer. vel effud. l. pen. ff. nauta, caup. & stabular. quare dixit Bald. in l. ea quæ in fin. C. quom. & quand. iud. quem sequitur Ias. in l. cit. quia plerique quod si statutum puniat offendentem ali-
1 quem in domo nõ comprehendit offendentem in hospitio, sequitur Alciat. in l. subsignatum nu. 4. ff. de verb. signific. Alex. consil 213. nu. 5. vol. 2. Rub. consil 22. Cacher. consil. 22. num. 5. non
4 obstat, quod Monasterium dicitur omnis Monachorum statio, secundum Panorm. in c. Monasteria de vita & honest. cler. quem sequitur Ias. in l. 2. §. mutui datio ff. si certum pet. quia respõdetur procedere de firma habitatione Monachorum, non autem de illa quæ fit per trãsitum prout in casu nostro.

SVMMARIVM.

1 *Euictio non debetur, nisi re euicta effectualiter.*
2 *Sententia non inducit euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione.*
3 *Ad hoc, vt dicatur res euicta, oportet quod per sententiam res sit ablata emptori.*
4 *Res vt dicatur euicta esse debet à manibus emptoris abdicata.*
5 *Tunc dicitur committi stipulatio, quando res est verè ablata, siuè ipsius pretium solutum.*

An sententia non exequuta inducat euictionem.

DECIS. CXXXX.

1 APerta sunt iura, venditorem minimè teneri de euictione pro re vendita, nisi de re euicta effectualiter, l. si plùs vel minus ff. de euict. l. qui rem C. eodem tit. Bursat. consilio 198. num. 41. libro 2. Misinger. singul. obseruat. centuria 1. obseruat. 56. Thesaurus in decis. 85. & in deci. 102. Cyn. & DD. in l. 3. ff. de euict. ideò in facti contingentia fuit decisum in Curia Archiepisco-
2 pali, sententiam non inducere euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione l. habere licere ff. de euictionibus, vbi Bald. notabiliter in-
3 quit, quod ad hoc vt dicatur res euicta, oportet, quod per sententiam res sit ablata emptori, & in secundo responso eiusdem textus disponitur, quod si aduersario remissum, siuè donatum sit id quod in sententia dictum est, agi de euictione non potest, quod expresè notat Bal. in secundo
4 notabili, nam vt res dicatur euicta, esse debet à manibus emptoris abdicata, textus in l. euicta §. duplex ff. eodem, vbi disponitur, quod tunc committitur stipulatio dupli, cum est restituta res petitori, sicque consideratur realis, & effectiua rei restitutio, nec sufficit sententia, d. l. habere licere, & cum prædicta opinione concordant Fulg. optimè ibidem, glosa, & Bart. in l. vt qui natura §. cum me absente ff. de negotijs gestis, Alex. cõsil. 4. column. 1. vol. 3. Ias. in l. quoties num. 48. de rei vendicat, Cępolla cautela 71. Benintend. decis. 25. Beccius conf. 106. de Franchis dec. 200. numer. 8. Anna in singulari 471. & quod sententia non inducat euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione, sequitur in proprijs terminis Minsinger. in d. obseruat. 56. num. 3. & iuxta hanc opinionem consuluit Anna in consilio 15. vbi num. 5. pro hac sententia affert etiam textũ in l. si seruus venditus §. cũ igitur ff. de euiction. vbi cum neque corpus rei, neque pecunia absit emptori, non committitur stipulatio: bene verũ est, quod si emptor accepto iudicio esset victus, & litis æstimationem soluisset, stipulatio cómissa dicitur, etenim si emptor pretium non soluisset, rem amisisset, sicque ablata esse dicitur res ab eo, cuius pretium si non soluisset, iam illam amisisset, & propterea magis emptor dicitur habere rem ex secunda emptione, & solutione litis æstimationis, quam ex priori, & ex hoc tex.
5 apertè patet, quod tunc dicitur committi stipulatio, quando res est verè ablata, siuè ipsius pretium solutum, Alber. in summa illius §. quem legit in §. idem Iulianus dicit, quod quando res non abest, nec aliquid absuturũ est, actio de euictione committi non potest, quem etiam sequuti sunt Cacher. in decis. 181. num. 4. Thesaur. in d. dec. 102. & decis. 85. vbi dicit hoc fallere, quãdo conuentum est, quod lite mota super re vendita teneatur de euictione, vel ad restitutionem pretij, quamuis res nondum sit euicta, leg. si libertatem, C. de euictionibus.

SVMMARIVM.

1 *Emphiteuta Ecclesiæ per biennium, & priuati per triennium canonem non soluentes cadunt à iure suo.*
2 *Amplia etiam si in vno nummo canonis deficeret, nihilominus aperitur via caducitati.*
3 *Emphyteota alienans emphytheosim irrequisito domino, cadit in commissum, & priuatur emphyteosi.*
4 *Amplia etiam si esset in euidentem domini vtilitatem.*
5 *Etiam si illam recuperet.*
7 *Declaratio Domini exigitur, vt cadat emphyteota in commissum.*
7 *Emphyteuta est citandus antequam expellatur.*
8 *De iure canonico datur celeris satisfactio ad purgandum moram.*
9 *Coeleris satisfactio remittitur arbitrio Iudicis.*
10 *Iudex debet inclinare in sententiam, per quã caducitas euitetur.*

De-

Deuolutio ob Canonem non solutum non datur statim in Curia Archiepiscopali, sed conceditur purgatio moræ.

DECIS. CXXXXI.

1 ETsi iura sint clara, quod si per biênium emphyteuta Ecclesiæ, & per trienniũ emphyteuta priuati non soluunt canonem cadunt à iure suo, Auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccl. l. 2. vbi Ias. nu. 54. C. de iure emphyteotico, Verall. in dec. 182. & in dec. 300. lib. 1. Ludouic. in dec. Perus. 54. Caroccius in decis. 65. nu. 8. Rota diuers. in decis. 692. parte 1. & in dec. 572. & in decis. 30. nu. 1. & 2. Cartar. in dec. 75. nu. 10. Colet. in dec. 24. Crescent. decis. 5. de locato, & conducto, Viuius in decis. 501. Cornazanus in dec. 46. Benintend. in decis. 37. Misinger. centuria 3. obseruat. 63. adeò quod si in vno nummo Canonis
2 deficeret, nihilominus adducitur via caducitati, Veral. in dec. 182. nu. 2. & dec. 30. nu. 3. Gramm. in dec. 41. & in dec. 116. Valasc. in dec. 35. & in deci. 86. Benintend. in dec. 6. Surdus in dec. 221. nu. 21. Cornazan. in dec. 1. n. 3. Rauden. in dec. 17. sub nu. 17. vt etiam dicimus in emphyteota
3 alienante emphyteosim irrequisito Domino, nam cadit in commissum, & priuatur emphyteusi, Affl. in dec. 97. Guid. Papa in dec. 162. Grammat. dec. 77. nu. 2. & 3. Gaballin. Milleloq. 212. quod procedit etiam si non tradiderit rem, sed per clausulam, consignauerit, tradiderit, Guid. in decis. 46. nu. 5. Vigel. in dec. 67. cent. 1. late Tiraquell. alios cumulans de iure constit. par. 3. limit. 26. nu. 5. adeò quod alienatio emphyteusis
4 irrequisito domino fieri nequit etiam si esset in euidentem Domini vtilitatem, vt post Berou in cons. 124. num. 16. vol. 1. voluit Rota diuersorum in dec. 3. nu. 12. par. 2. vt etiam alienans em
5 phyteusim irrequisito Domino, & si illam recuperet, cadit in commissum, vt post Bart. in l. sequitur §. item labeo in fin. ff. de vsucap. Butr. in cons. 34. Clar. in §. emphyteosis q. 13. vers. quid si emphyteuta, voluerunt Gamma in dec. Lusitan. 274. & Gaspar Thesaur. q. forens. libro 1. q. 34. nu. 36. licet intelligantur hæc omnia stante
6 Domini declaratione, vt habetur per Castador. in dec. 2. & 3. de locato, & conducto, Verall. in decis. 301. & ante declarationẽ nunquam cadit, secundum Misinger. centur. 6. obseruat. 86. Magon. in dec. Florent. 70. & in dec. 6. Caualc. in decis. 43. n. 47. nec Dominus directus poterit propria authoritate illum expellere, Affl. in dec. 97. & ibidem Vrsill. in addit. in fine, Guid. Pap. in dec. 107. Ludouic. in decis. Perus. 17. num. 4. Cornazan. in deci. 192. in fine, Mastrillus in dec. 192. Castillus in decis. 191. Caroccius in decis. 9.
7 Milanens. in dec. 17. par. 1. cuique ratio est, quoniam requiritur, vt citetur emphyteuta, vt pluries seruatum vidisse refert Bursat. in cons. 233. nu. 14. & melius in cons. 225. nu. 50. Magon. in dec. 61. & hoc ad effectum videndi si ei competat iusta causa excusandi à caducitate, Balbus in decis. 191. post Rubeum in cons. 292. de quibus videndi sunt Guid. Papa in decis. 101. Castillus in decis. 74. Rota Lucens. diuers. in decis. 134. Grammat. in dec. 191. & in decis. 192. Artaman. in decis. 3. de locat. Caput. in decis. 298. & in decis. 299. par. 1.

Quidquid tamen sit ex omnibus supra relatis Curia Archiepiscopalis iudicauit in quadã causa, vertente inter Doctorem Antonium Caracciolum, & quendam Parochum, minimè dari deuolutionem ob Canonem non solutum, sed esse concedendam purgationem moræ, prout effectualiter egit, quoniam secundum dispositionem iuris canonici, quod maximè innititur æquitati, potest quis moram celeri satisfactione
8 purgare cap. potuit de locato, quæ celeris satisfactio, quando dicatur est remittenda arbitrio Iu-
9 dicis, vt habetur per Ripam in l. insulam nu. 35. ff. de verborum obligat. sequitur Clar. in §. emphyteusis quæst. 8. nu. 15. & est communis Doctorũ sententia, vt refert, & testatur Dec. in cons. 139. post nu. 7. vers. ex quibus omnibus, & maximè versari debet Religio iudicare debentis, & in dubio antequam Dominus declarauerit velle esse locum caducitati, Iudex semper debet incli
10 nare in eam sententiam, per quam caducitas ipsa euitetur, tanto magis procedendo secundum æquitatem canonicam, vt refert Afflictus in decis. 174. & his omnibus addo, Sacrum Consilium Neapolitanum solere audire emphyteutã, quando Dominus directus propria anthoritate cepit possessionem, & causa cognita restitutionẽ fieri mandare, vt pluries in practica, & in facto se obtinuisse testatur Vrsillus in addit. ad Afflic. in decis. 392. nu. 21. & sequent. & iuxta hunc morem quotidiè seruari per Senatum Mediolanẽsem testis est Clarus in d. §. emphyteosis, q. 8. num. 15. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia ad obtinendum iuspatronatus est probanda.*
2 *Descendentia debet probari per gradus distinctos, imò etiam quod deueniat à linea legitima.*
3 *Refertur decisio.*
4 *Ad probandum quem esse de genere, vel parentela sufficiunt indicia, & præsumptiones.*
5 *In antiquis admittuntur leuiores probationes, & sufficit fama publica, vel testes de auditu.*
6 *Et quãdoquidem sufficiunt duæ enunciationes emanatæ à diuersis personis non suspectis.*
7 *Probatio descendentiæ patronorum ad effectum præsentãdi non requiritur, stante quasi possessione præsentandi.*

In iurepatronatus, descendentia quomodo veniat probanda.

DECIS. CXLII.

1 DEscendentiam esse proandam, ad effectũ obtinendi iuspatronatus, fuit decisum in Curia Archiepiscopali, dubitationis tamen articulus insurrexit, quomodo, & qualiter hæc pro-
2 batio esset facienda, & dicebam esse per gradus

seruatis seruandis constiterit in eisdem Ciuitatibus,& locis nouos huiusmodi erigendos Cōuentus, sinè aliorum detrimento commodè sub-
2 stentari posse, non comprehendere hospitia, ex regula iuris, quod appellatione Monasterij non venit hospitium, Gallia. cons. 326. num. 6. Hartama. cons. 13. num. 4. & seq. hinc est, quod Heremitis ordinis Camaldulensium, quibus prohibetur Conuentus facere probè Ciuitates secundum Tap. in Auth. ingressi in verb. monasteria cap. 40. C. de sacros. Eccles. permittitur nihilominus habere propè Ciuitates ipsa hospitia, quia tunc ibidem considerantur vti viatores, secundum Ias. in l. quia plerique num. 18. ff. de
3 in ius voc. nec dici possunt ibidem propriè, & & verè habitare l. 1. §. habitare, ff. de his qui de re cer. vel effud. l. pen. ff. nauta, caup. & stabular. quare dixit Bald. in l. ea quæ in fin. C. quom. & quand. iud. quem sequitur Ias. in l. cit. quia plerique quod si statutum puniat offendentem ali-
1 quem in domo nō comprehendit offendentem in hospitio, sequitur Alciat. in l. subsignatum nu. 4. ff. de verb. signific. Alex. consil. 213. nu. 5. vol. 2. Rub. consil 22. Cacher. consil. 22. num. 5. non
4 obstat, quod Monasterium dicitur omnis Monachorum statio, secundum Panorm. in c. Monasteria de vita & honest. cler. quem sequitur Ias. in l. 2. §. mutui datio ff. si certum pet. quia respōdetur procedere de firma habitatione Monachorum, non autem de illa quæ fit per trāsitum prout in casu nostro.

S V M M A R I V M.

1 *Euictio non debetur, nisi re euicta effectualiter.*
2 *Sententia non inducit euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione.*
3 *Ad hoc, vt dicatur res euicta, oportet quod per sententiam res sit ablata emptori.*
4 *Res vt dicatur euicta esse debet à manibus emptoris abdicata.*
5 *Tunc dicitur committi stipulatio, quando res est verè ablata, siuè ipsius pretium solutum.*

An sententia non exequuta inducat euictionem.

D E C I S. CXXXX.

1 APerta sunt iura, venditorem minimè teneri de euictione pro re vendita, nisi de re euicta effectualiter, l. si plùs vel minus ff. de euict. l. qui rem C. eodem tit. Bursat. consilio 198. num. 41. libro 2. Misinger. singul. obseruat. centuria 1. obseruat. 56. Thesaurus in decis. 85. & in deci. 102. Cyn. & DD. in l. 3. ff. de euict. ideò in facti contingentia fuit decisum in Curia Archiepisco-
2 pali, sententiam non inducere euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione l. habere licere ff. de euictionibus, vbi Bald. notabiliter in-
3 quit, quod ad hoc vt dicatur res euicta, oportet, quod per sententiam res sit ablata emptori, & in secundò responso eiusdem textus disponitur, quod si aduersario remissum, siuè donatum sit id quod in sententia dictum est, agi de euictione non potest, quod expressè notat Bal. in secundo
4 notabili, nam vt res dicatur euicta, esse debet à manibus emptoris abdicata, textus in l. euicta §. duplex ff. eodem, vbi disponitur, quod tunc committitur stipulatio dupli, cum est restituta res petitori, sicque consideratur realis, & effectiua rei restitutio, nec sufficit sententia, d. l. habere licere, & cum prædicta opinione concordant Fulg. optimè ibidem, glosa, & Bart. in l. vt qui natura §. cum me absente ff. de negotijs gestis, Alex. cōsil. 4. column. 1. vol. 3. Ias. in l. quoties num. 48. de rei vendicar, Cepolla cautela 71. Benintend. decis. 25. Beccius cons. 106. de Franchis dec. 200. numer. 8. Anna in singulari 471. & quod sententia non inducat euictionem, nisi facta effectiua, & reali exequutione, sequitur in proprijs terminis Minsinger. in d. obseruat. 56. num. 3. & iuxta hanc opinionem consuluit Anna in consilio 15. vbi num. 5. pro hac sententia affert etiam textū in l. si seruus venditus §. cū igitur ff. de euiction. vbi cum neque corpus rei, neque pecunia absit emptori, non committitur stipulatio: bene verū est, quod si emptor accepto iudicio esset victus, & litis æstimationem soluisset, stipulatio cōmissa dicitur, etenim si emptor pretium non soluisset, rem amisisset, sicquè ablata esse dicitur res ab eo, cuius pretium si non soluisset, iam illam amisisset, & propterea magis emptor dicitur habere rem ex secunda emptione, & solutione litis æstimationis, quam ex priori, & ex hoc tex.
5 apertè patet, quod tunc dicitur committi stipulatio, quando res est verè ablata, siuè ipsius pretium solutum, Alber. in summa illius §. quem legit in §. idem Iulianus dicit, quod quando res non abest, nec aliquid absuturū est, actio de euictione committi non potest, quem etiam sequuti sunt Cacher. in decis. 181. num. 4. Thesaur. in d. dec. 102. & decis. 85. vbi dicit hoc fallere, quādo conuentum est, quod lite mota super re vendita teneatur de euictione, vel ad restitutionem pretij, quamuis res nondum sit euicta, leg. si libertatem, C. de euictionibus.

S V M M A R I V M.

1 *Emphiteuta Ecclesiæ per biennium, & priuati per triennium canonem non soluentes cadunt à iure suo.*
2 *Amplia etiam si in vno nummo canonis deficeret, nihilominus aperitur via caducitati.*
3 *Emphyteota alienans emphytheosim irrequisito domino, cadit in commissum; & priuatur emphyteosi.*
4 *Amplia etiam si esset in euidentem domini vtilitatem.*
5 *Etiam si illam recuperet.*
7 *Declaratio Domini exigitur, vt cadat emphyteota in commissum.*
7 *Emphyteuta est citandus antequam expellatur.*
8 *De iure canonico datur celeris satisfactio ad purgandum moram.*
9 *Celeris satisfactio remittitur arbitrio Iudicis.*
10 *Iudex debet inclinare in sententiam, per quā caducitas euitetur.*

De-

Deuolutio ob Canonem non solutum non datur statim in Curia Archiepiscopali, sed conceditur purgatio moræ.

DECIS. CXXXXI.

1 ETsi iura sint clara, quod si per biênium emphyteuta Ecclesiæ, & per trienniũ emphyteuta priuati non soluunt canonem cadunt à iure suo, Auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccl. l. 2. vbi Ias. nu. 54. C. de iure emphyteotico, Verall. in dec. 182. & in dec. 300. lib. 1. Ludouic. in dec. Perus. 54. Caroccius in decis. 65. nu. 8. Rota diuers. in decis. 692. parte 1. & in dec. 572. & in decis. 30. nu. 1. & 2. Cartar. in dec. 75. nu. 10. Colet. in dec. 24. Crescent. decis. 5. de locato, & conducto, Viuius in decis. 501. Cornazanus in dec. 46. Benintend. in decis. 37. Misinger. centuria 3. obseruat. 63. adeò quod si in vno nummo Canonis
2 deficeret, nihilominus adducitur via caducitati, Veral. in dec. 182. nu. 2. & dec. 30. nu. 3. Gramm. in dec. 41. & in dec. 116. Valasc. in dec. 35. & in deci. 86. Benintend. in dec. 6. Surdus in dec. 221. nu. 21. Cornazan. in dec. 1. n. 3. Rauden. in dec. 17. sub nu. 17. vt etiam dicimus in emphyteota
3 alienante emphyteosim irrequisito Domino, nam cadit in commissum, & priuatur emphyteusi, Affl. in dec. 97. Guid. Papa in dec. 162. Grammat. dec. 77. nu. 2. & 3. Gaballin. Milleloq. 212. quod procedit etiam si non tradiderit rem, sed per clausulam, consignauerit, tradiderit, Guid. in decis. 46. nu. 5. Vigel. in dec. 67. cent. 1. late Tiraquell. alios cumulans de iure constit. par. 3. limit. 26. nu. 5. adeò quod alienatio emphyteusis
4 irrequisito domino fieri nequit etiam si esset in euidentem Domini vtilitatem, vt post Beroum in cons. 124. num. 16. vol. 1. voluit Rota diuersorum in dec. 3. nu. 12. par. 2. vt etiam alienans em-
5 phyteusim irrequisito Domino, & si illam recuperet, cadit in commissum, vt post Bart. in l. sequitur §. item labeo in fin. ff. de vsucap. Butr. in cons. 34. Clar. in §. emphyteosis q. 13. vers. quid si emphyteuta, voluerunt Gamma in dec. Lusitan. 274. & Gaspar Thesaur. q. forens. libro 1. q. 34. nu. 36. licet intelligantur hæc omnia stante
6 Domini declaratione, vt habetur per Cassador. in dec. 2. & 3. de locato, & conducto, Verall. in decis. 301. & ante declarationẽ nunquam cadit, secundum Misinger. centur. 6. obseruat. 86. Magon. in dec. Florent. 70. & in dec. 6. Caualc. in decis. 43. n. 47. nec Dominus directus poterit propria authoritate illum expellere, Afflict. in dec. 97. & ibidem Vrsill. in addit. in fine, Guid. Pap. in dec. 107. Ludouic. in decis. Perus. 17. num. 4. Cornazan. in deci. 192. in fine, Mastrillus in dec. 192. Castillus in decis. 191. Caroccius in decis. 9.
7 Milanens. in dec. 17. par. 1. cuique ratio est, quoniam requiritur, vt citetur emphyteuta, vt pluries seruatum vidisse refert Bursat. in cons. 233. nu. 14. & melius in cons. 225. nu. 50. Magon. in dec. 61. & hoc ad effectum videndi si ei competat iusta causa excusandi à caducitate, Balbus in decis. 191. post Rubeum in cons. 292. de quibus videndi sunt Guid. Papa in decis. 101. Castillus in decis. 74. Rota Lucens. diuers. in decis. 134. Grammat. in dec. 191. & in decis. 192. Artaman. in decis. 3. de locat. Caput. in decis. 298. & in decis. 299. par. 1.

Quidquid tamen sit ex omnibus supra relatis Curia Archiepiscopalis iudicauit in quadã causa, vertente inter Doctorem Antonium Caracciolum, & quendam Parochum, minimè dari deuolutionem ob Canonem non solutum, sed esse concedendam purgationem moræ, prout effectualiter egit, quoniam secundum dispositionem iuris canonici, quod maximè innititur æquitati, potest quis moram celeri satisfactione
8 purgare cap. potuit de locato, quæ celeris satisfactio, quando dicatur est remittenda arbitrio Iu-
9 dicis, vt habetur per Ripam in l. insulam nu. 35. ff. de verborum obligat. sequitur Clar. in §. emphyteusis quæst. 8. nu. 15. & est communis Doctorũ sententia, vt refert, & testatur Dec. in cons. 139. post nu. 7. vers. ex quibus omnibus, & maximè versari debet Religio iudicare debentis, & in dubio antequam Dominus declarauerit velle esse locum caducitati, Iudex semper debet incli
10 nare in eam sententiam, per quam caducitas ipsa euitetur, tanto magis procedendo secundum æquitatem canonicam, vt refert Afflictus in decis. 174. & his omnibus addo, Sacrum Consilium Neapolitanum solere audire emphyteutã, quando Dominus directus propria authoritate cepit possessionem, & causa cognita restitutionẽ fieri mandare, vt pluries in practica, & in facto se obtinuisse testatur Vrsillus in addit. ad Afflic. in decis. 392. nu. 21. & sequent. & iuxta hunc morem quotidiè seruari per Senatum Mediolanẽsem testis est Clarus in d. §. emphyteosis, q. 8. num. 15. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Descendentia ad obtinendum iuspatronatus est probanda.*
2 *Descendentia debet probari per gradus distinctos, imò etiam quod deueniat à linea legitima.*
3 *Refertur decisio.*
4 *Ad probandum quem esse de genere, vel parentela sufficiunt indicia, & præsumptiones.*
5 *In antiquis admittuntur leuiores probationes, & sufficit fama publica, vel testes de auditu.*
6 *Et quãdoquidem sufficiunt duæ enunciationes emanatæ à diuersis personis non suspectis.*
7 *Probatio descendentiæ patronorum ad effectum præsentãdi non requiritur, stante quasi possessione præsentandi.*

In iurepatronatus, descendentia quomodo veniat probanda.

DECIS. CXLII.

1 DEscendentiam esse probandam, ad effectũ obtinendi iuspatronatus, fuit decisum in Curia Archiepiscopali, dubitationis tamen articulus insurrexit, quomodo, & qualiter hæc pro-
2 batio esset facienda, & dicebam esse per gradus

distinctos probandam per text. expressum in c. licet ex quadam ibi singulos gradus, de testibus, sequitur Bald. in l. 1. sub nu. 14. C. de testamentis, & in c. series, vbi etiam Innoc. nu. 3. de testibus, imò nedũ debet probari per gradus distinctos, sed etiam quod veniat à linea legitima, vt voluit Roland. in cons. 3. nu. 47. vol. 1. post Decium in cons. 47. col. 2. Alcia. cons. 191. Alb. cõs. 18. iuxta quorum opinionem fuit resolutum in Rota, in vna Sutrina 18. Decembris 1588. corã
3 Pamphilio, verum intelleximus istud procedere, vbi lex vocans aliquem de descendentia, vel parentela, simul desiderat illũ esse in certo gradu, quia tunc benè requiritur descendentiæ probatio per gradus distinctos, secus in alijs casibus,
4 quia ad probandum quem esse de genere, vel parentela sufficiunt inditia, & præsumptiones, sm Aret. in cons. 37. nu. 2. post Bal. in cons. 69. n. 13. Soccin. cons. 89. col. 2. vol. 1. Mandell. cons. 83. nu. 6. lib. 1. & alij innumeri, quos recenset Mascar. concl. 409. & 511. n. 10. Sim. de Præt. de interpr. vlt. volunt. lib. 5. interpret. 2. dub. 4. n. 223. & iuxta hanc opinionem tenuit Rot. Rom. in vna Placent. Cappell. 10. Ian. 1598. coram Pen.
5 in antiquis verò admittuntur leuiores probationes, & sufficit fama publica, vel testes de auditu, c. licet ex quadam de testibus, Alex. cons. 90.
6 lib. 6. & quandoquidem sufficiunt duæ enunciatiuæ emanatæ à diuersis personis non suspectis, secundum Soccin. in cons. 194. sub num. 9. lib. 2. Achill. de Grass. in decis. 5. de iurepatron. Car. Put. in dec. 207. lib. 2. & fuit pluries per Rot. resolutum, & signanter in vna Rom. Cappellan. de Capizuc. de anno 1570. coram Cott. & iterũ in vna Vrbetan. fideicom. 31. Ian. 1565. coram Lancell. & tandem in vna Nouar. beneficij 5.
7 Nou. 1586. coram Pamp. & notandum in praxi summoperè, quod probatio descẽdentiæ patronorum, ad effectum præsentãdi non requiritur. stante quasi possessione præsentandi Seraph. in dec. 1334. Cresc. in dec. 9. de iurepatr.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio, & è contra ad testificãdum non admittitur, & admissus minimè probat.*
2 *Pater non potest esse testis pro extraneo in causa, in qua filius est procurator.*
3 *Pater recipitur in testem in causa matrimonii, sed limita nu. 4.*

An parentes in causa matrimonij testimonium ferre possint.

DECIS. CXLIII.

1 ET si vera sit regula, quod pater pro filio, & filius pro patre testis idoneus nõ est ad tex. expressum in l. parẽtes, C. de testibus l. testis idoneus, ff. eodem c. si testis, ver. item testis idoneus 4. q. 2. & 3. & per ista iura hanc regulam firmãt gl. in c. super eo circa fin. de testibus, Gram. dec. 48. nu. 13. & dec. 45. nu. 16. latè Masc. de probat. conclus. 1148. Gabr. de testibus, concl. 17. Viu. in lib. commun. opin. in verbo testificari, vel testis esse non potest pater pro filio, vbi ait, quod ita se habet communis omnium Scribentium opinio in varijs locis, adeò quod nec pater possit
2 esse testis pro extraneo in causa, in qua filius est procurator, secundum Bar. in l. qui testamento, § quæcumque in principio, ff. de test. vbi etiam Alc. nu. 4. Masc. de prob. concl. 1148. nu. 11. Lanfranc. de testibus nu. 6. vers. nonne, Gabr. de test. d. concl. 17. n. 3. Tamen pluries fuit decisum, regulam hanc locum non habere in causa matri-
3 moniali, in qua testimonium parentum recipitur, vt probat tex. in c. videtur, & ibi gl. in verbo coniugendo in fin. vers. consueuit tamen Iudici, & ibidem Butr. in 1. notab. Anchar. in 4. notab. extr. qui matrim. accus. poss. & idem probat tex. in c. super eo il secondo, sumpto ibi argumento à contrario sensu, & ibi gl. Host. & alij Doct. communiter ext. de testib. Bar. in l. parẽtes in princ. vers. idem est speciale, & ibi Alber. nu. 4. C. de testib. Alex. cons. 151. sub nu. 11. Dec. cons. 163. nu. 26. cum seq. Aret. cons. 13. Paris. cons. 55. nu. 28. Mascard. de probat. conclus. 109. & d. concl. 1148. nu. 23. cum seq. Aufr. de reprob. test. n. 76. Lanf. in c. quoniam contra in verbo testium de-
4 positiones, nu. 59. de probat. hoc tamen limitauimus, vbi esset disparitas in diuitijs, potentia, & stabilitate alterius sponsorum, tunc enim tale testimonium esse suspectum diximus.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *In delictis voluntas, & non exitus consideratur.*
3 *Exitus acta probat.*
4 *Decisio quæstionis.*
5 *Corpora mille perire melius est, quam vnam animam.*

An faciens præcantationes ad bonum finem sit puniendus,

DECIS. CXLIV.

1 DEtinebatur quędam mulier iam decrepita annorum octuaginta, quæ palam, & publicè multa simplicia sortilegia fecerat ad infirmos curandos, absque administratione rerum sacrarum, &c. dando similiter varia medicamenta pro curandis infirmitatibus cum quibusdam vanis obseruantijs, quare constituta coram Domino Vicario eiusdem interrogationibus respõdit se prædicta fecisse ob bonum finem, & infirmos adiuuandos; vnde fuit dubitatum, an veniret plectenda aliqua pœna, & dubiũ mihi faciebat pro opinione negatiua, quia in delictis, volũ
2 tas non exitus spectatur, l. Diuus ff. de sicarijs, cũ voluntas, & propositum distinguant maleficia, l. verum ff. de furt. vnde à simili, homicidium animo deliberato commissum in alterius personam cui homicida nocere nolebat, non punitur pœna ordinaria, iuxta opinionem, quam refert Thesaur. in decis. 242. item dicebatur, quod finis, & intentio præfatæ mulieris debebat attẽdi,

quæ si bona erat, actus quoque bonus præsumi debebat, ad text in l. rem non nouam in verbo causæ enim, de iudicijs, & dici solet, quod exi
3 tus acta probat, c. suscepimus de homicid. & finis non pugna coronat cap. qualis 25. dist. vnde Crauetta cons. 136. nu. 14. dicit, quod à fine omnia regulantur, sequitur Dec. in cons. 224. nu. 5. volu. 1. & dixit Bal. in l. 1. col. 2. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. quod ligę principum reputantur licitæ, vel illicitæ, secundum finem, ad quē fiunt, idem voluit Alex. in consil. 29. nu. 4. & Merend. cons. 60. nu. 6.
4 Cęterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit dictum, scilicet præfatam mulierem omninò esse puniendam, de qua decisione mirandum non est, siquidem pro ea extant text. in terminis, præsertim c. illos 26. q. 2. c. ex tuarum de sortileg. & c. fin. eod. tit. quibus iuribus probatur, quod facientes incantationes ad finem bonum de iure canonico sunt puniendi, quicquid de iure ciuili reperiatur sancitum in l. eorum, C. de malef. supra dictis accedebat regula illa, non licere inuocare auxilium Dæmonis etiam pro mille corporum sanitatibus, quia mi-
5 nus detrimentum est, quod pereant mille corpora, quam quod pereat vna anima, vt probatur expressè in c. admonet 26. q. 6. dicēs hæc omnia esse laqueos, & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidius genus humanum decipere nititur: tandem faciebat pro hac eadem doctrina decis. Franch. Marc. 729. quam refert, & sequitur Carottius in decis. 88. vbi habetur latè de hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Delictum committit audiens confessiones fidelium absque approbatione Ordinarii.*
2 *Redditur ratio huius conclusionis, & nonnulla similia adducuntur.*
3 *Omnes animæ sunt sub potestate, & protectione Episcopi.*
4 *Refertur decisio articuli huius facta in Curia Archiepiscopali.*

Qua pęna puniatur Regularis audiens confessiones fidelium absq; licentia, & approbatione Ordinarii.

DECIS. CXLV.

Capto, & carcerato in Curia Archiepiscopali quodam Regulari, ex eo, quod visus, & repertus fuit audire fideliū cōfessiones absq; approbatione & licentia d. Cur. & cum dubitaretur qua pœna veniret plectendus, dicebatur non esse dubitandum, quin prædictus Regula-
1 ris grauissimè deliquerit, cum id facere non tantum prohibeatur à iur. can. antiquo, verum etiā
2 à Sac. Conc. Trid. nam in c. 15. sess. 23. de refor. habetur, quamuis præsbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatē accipiant, decernit tamē Sancta Synodus, nullum etiā Regularem posse confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, neq; ad id idoneū reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessariū, aut alias idoneus iudicetur, & approbationē, q̄ gratis deī obtineat, priuilegijs, & cōsuetudine quacūq; ēt immemorabili non obstātibus & in c. 6. de cat. reseruat. sess. 14. hęc habētur nullius momēti esse absolutionem, quam Sacerdos in eum profert, in quē ordinariā, aut subdelegatam nō habet iurisdictionem, probatur quoq. in d. c. 15. ses. 23. eiusdē Conc. & in Cōc. Flor. sub Eug. celebrato §. 4. vbi habetur, q̄ Minister huius Sacramēti est Sacerdos habens authoritatē absoluēdi ordinariā, vel ex cōmissione Superioris, de qua re latissimè Nauar. in c. placuit, n. 5. & seq. de pęnit. dist. 6. & idē Nau. in man. conf. n. 1. & 2. latè Gutt. lib. 1. can. q. c. 27. itē dicebatur præfatum Regularē deliquisse ēt exercēdo iurisdictionē, quā nō habebat, siquidē antē approbationē habet tm̄ habitualē, nō autē actualē, ad text. in cle. attēdētes de stat. reg. sequitur Bald. cons. 23. n. 6. Alban. cons. 90. n. 4. Merend. cōs. 63. nu. 5. & 9. Rub. cons. 16. & 21. nu. 4. cui conclusioni addebatur quoq. Sac. Cōc. loc. cit. facere ęquiparationē inter obtinentem beneficiū curatū, & eū qui habet approbationem ab Ordinario ad audiendas confessiones, voluit idem Gutt. loc. cit. post Say. conf. 12. sed habēs beneficiū curatū nō potest audire alienas oues, absq; licētia proprij Parochi, vt probatur in c. omnis vtriusq; sexus de pœnit. & remiss. deniquè adducebatur illud simile de Religiosis Societatis Iesu, qui licet obtineat priuilegium Apostolicum, vt cum iter faciunt, possint audire cōfessiones vbiq; existentiū, si tamē ibi Ordinarius loci adsit, non releuantur à petēda licentia, vt Gutt. lo. cit. quod iustissima ratio-
3 ne mihi videtur sancitum, siquidem omnes animæ Diœcesis sunt cōmissæ Episcopo, vt probatur in c. quæcumq. 10. q. 1. in c. præcipimus 12. q. 2. & quilibet de Dięcesi dicitur esse parochianus Episcopi, vt in c. licet de ferijs, & in c. 1. de rapt. & in c. ad aures de pœnis.

Quibus omnibus suppositis, dixi pęnam præfati criminis sumi posse ex text. in d. c. placuit, quo cautum est, vt talia patrantes suspēdi debeāt saltē à potestate, gradu, & iurisdictione habituali, quā in sacerdotio receperunt, ità vt nunquā dicta potestas, & iurisdictio habitualis in actum exire debeat ad confessiones audiendas, vt testatur Rodriquez q. 26. lib. 2. art. 1. debere quoquè suspendi à celebratione missarum.

4 Cœterum, Curia Archiepiscop. censuit iustis de causis, præfatum Regularem remittendum fore Prouinciali suæ Religionis, prout realiter fuit remissus.

SVMMARIVM.

1 *Cessante causa cessat effectus.*
2 *Absolutionis causa cessante cessat absolutio.*
3 *Affinitatis causa cessante, cessat ipsa affinitas.*
4 *Cessante causa appellationis, cessat appellatio.*
5 *Delegationis causa cessante, cessat, & delegatio.*
6 *Nemo est admittendus in testem in facto proprio.*

7 *Testes renunciantes eorum comodo probant in pro pria causa, & nu. 11.*
8 *Testes de facto proprio deponentes admittũtur, dũ in illo negotio non habent interesse.*
9 *In depositionibus testium est habenda considera tio si habeant aliquod interesse.*
10 *Testis deponens in facto proprio, in quo non habet interesse plusquam semiplenè probat.*
12 *Testis interessatus in totum reiicitur.*

An testes renunciantes eorum comodo probent in causa propria.

DECIS. CXLVI.

1 QVoniam vera est illa regula iuris, quod cessante causa cessat effectus, c. cum cessante
2 de appellation. vnde videmus, quod absolutionis causa cessante cessat absolutio, l. si à te,
& ibi Soccin. qui id not. in 1. notabile, ff. de except. rei iudic. l. 2. & l. si mater, §. eandem, eod.
3 tit. vt affinitatis causa cessante, cessat & ipsa affinitas; & proinde effectus, qui inde sequebatur, vt
bene probat text. in l. cui eorũ; §. affinitatis, ff. de postul. & c. affinitatis 3. quæst. 7. & glosa notabilis in l. sed hoc in principio in verbo incurrendum, ff. de re iudic. Bal. in l. affinitatis, C. commun. de succeß. Iaf. in l. fin. C. de verb. significa
4 Alex. conf. 107. & appellationis causa cessante cessat appellatio, cap. cum cessante extra de appell. vbi Panorm. in 1. not. vt pariter delegatio
5 nis causa cessante, cessat & delegatio, l. 1. verf. nõ aliter itaque, & ibi Bar. col. vltima ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, latè Tiraquell. alia similia adducens in tractatu cessante causa,
6 num. 71. ideo licet nemo sit admittendus in testem in proprio facto, l. in omnibus, C. de testibus, l. nulli ff. eodem Bar. in l. deferre §. item decreuerunt ff. de iure fisci, Panorm. in cap. insuper de testibus, latè Butr. Imol. & Felyn. in cap. cum nobis colum. penult. eod. tit. Afflict. in constitut. Regni mores dissolutè viuentium, nu. 12 iuxta quorum opinionem fuit decisum in Rota Bonon. vt testatur Benintend. in decis. 51. & hoc ratione sui commodi, & interesse, tamen dum cessat in casu nostro, in quo agitur de testibus renũciantibus eorum commodo, propterea fuit deci
7 sum in propria causa tali modo probare; & ad hoc facit decisio Rotę in vna Romana Societatis, vltimo Ianuarij 1594. coram Blancherto, vbi
8 tenuit, quod testes de facto proprio deponentes, si nullum interesse in negotio super quo depoñunt habent admittuntur, ex quibus euiden
9 ter patet, in depositionibus testium in primis considerationem esse habendam, an aliquod interesse habeant in causa, vt scribit Farinacc. in
10 dec. 351. vnde testis deponens in facto proprio, in negotio in quo nullũ habet interesse, plusquã semiplenè probat, secundum Inn. in c. inquisitioni de accusat. Crauet. conf. 28. nu. 7. cum alijs congestis per Menoc. de arbit. iud. casu 99. n. 11. Quare in Curia Archiepiscopali minimè creditur testibus deponentibus contra Parochos de iniusta acceptione pecuniæ pro collatione sacramentorum, si deponant, quod ipsi soluerint, quia esset testificare ad proprium factum, & comodum, secundum Nauarr. in consilio 97. nu. 11. Corn. consil. 145. num. 1. vol. 4. Bald. consil. 27. vol. 1. Crauetta conf. 95. nu. 2. & hinc optimè
11 fuit fundata prædicta decisio, quod testibus renunciantibus eorum commodo fides prę̃standa est, vt habetur per Bald. in l. distantibus, C. de testam. sequitur Felyn. in c. personas in fin. de testibus, Simon de Prær. in conf. 101. nu. 16. vol. 1. & iuxta hanc opinionem iudicasse Regiam Audientiam Barensem anno 1590. testatur Viuius in dec. 179. testis enim interessatus in totum rei
12 icitur, vt fuisse resolutum in Rota in vna Romana frumenti 20 Februarij 1587. testatur Seraph. in decis. 768. & ideò secundum eundem in decis. 889. testis in quo nullum consideratur interesse probat quasi plenè.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Crimen sodomiæ dicitur atrocissimum.*
3 *In atrocissimis delictis punitur solus conatus.*
4 *In crimine lesæ Maiestatis, & falsæ monetæ punitur solus conatus.*
5 *Tentans habere accessum cum alio cõtra naturam, & non consumans actum intra partes pudendas non punitur pœna ordinaria sodomiæ.*
6 *Extraordinariè delinquens, extraordinariè puniri debet.*

An tentans habere accessum contra naturam, sit puniendus pœna ordinaria sodomię.

DECIS. CXXXXVII.

1 IN facto euenit, quod quidam Parochus dum moram traheret in muneris suis, tentauit habere accessum contra naturam cum quodã puero, vim faciendo in accessu cum effusione seminis extra vas, & absque aliqua penetratione. Quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an præfatus veniret plectendus vt sodomita pœna ordinaria, vel iudicis arbitrio, & dubium mihi
2 faciebat, quod cum delictum sodomiæ sit atrocissimum; l. cũ vir C. de adulterijs, Angelus ibidem nu. 3. Afflict. in 3. par. constitutionum Regni rubr. 42. in principio nu. 15. Iodochus in pra
3 ctica criminali cap. 46. num. 12. & in atrocissimis delictis punitur solus conatus etiam si effectus sequutus non fuerit, vt dicit gloss. in l. 1. §. hæc verba in verbo paramus ff. quod quisque iuris, & hanc dicit esse communem opinionem Felyn. in cap. 1. num. 9. de officio delegati. Couarr. in clementina si furiosus num. 71. de homicidio,
4 & ideò secundum eos in crimine lęsę Maiestatis, & falsificationis monetæ, punitur solus conatus, Grammat. decis. 74. Tribusan. decis. 51. Faber decis. 27. de pœnis, Papon. decis. 16. lib. 25. prout in crimine assassinij, Capiccius in dec. 111. Grammat. voto 9. numer. 12. & sequenti, in conante attentare aliquid contra pacem publicam

Gail.

Gail. lib. 1. obseruat. 14. Misinger. centur. 3. obseruat. 9. & faciant deducta per Viuium in decis. 487. & Grammat. in decis. 2. & hunc coitum esse sodomiticum voluerunt in proprijs terminis Barbat. in cons. 64. & 65. volum. 1. Alex. de Neuo in cons. 85. Calcan. consil. 110. Decius cons. 9. Butrius consil. 58. Marsilius consil. 28. Grammaticus consil. 65. Soccin. Iun. cons. 7. lib. 3. Parisius consil. 173. lib. 4.

Cæterum his minimè obstantibus, contrariũ fuit decisum in Curia Archiepiscopali, & dictum crimen hoc non esse verè, ac propriè sodomiticum, secundum Gomez. in l. 80. Tauri num. 34. in versic. ex quibus rationibus, ad committendũ enim peccatum sodomiæ, necesse est, secundum Scribentes, quod membrum in ipsas partes pudendas ponatur, ita Plotus consil. 132. num. 22. volum. 1. inter Consilia criminalia diuersorum, Attaman. consil. 32. num. 3. Merenda consil. 14. Bombinus consil. 65. Peguer. decis. 72. vnde Afflictus super 3. par. cõstitutionis Regni rubr. 42. in principio post num. 15. refert se vidisse iudi-
5 catum per Magnos Doctores, quod si quis actum non consumasset intrà ipsas partes pudendas, sed tantum extra eas se polluerit, non deberet puniri pęna mortis, sed alia extraordinaria, secus autem si penetrasset intus, licet semen non emisisset, idem attestatur Iulius Clarus in §. sodomia versic. quero nunquid, dicens ita Senatum in facti contingentia iudicasse in causa cuiusdam Iosephi Cauariæ, quem tantummodò virgis cædi iussit 10. Februarij 1595. quam Afflicti opinionem sequitur Soccin. consil. 7. volum. 3. & idem Afflictus in constitutione asperitatem, quicquid voluerit Grammat. in eadem constitutione, qui irreuerenter contra Afflictum loquitur, & quod prefatus reus non veniat pęna ordinaria sodomię puniendus, tenet Lopez qui dicit, quod quando simplex fricatio interuenit huiusmodi delinquẽtes citrà mortem puniendos, & sic refert fuisse iudicatum in Ciuitate Granatæ, in qua asserit hunc casum de facto contigisse, & mulieres agentes vna cum alia, sine aliquo instrumento, pęna flagellorum condemnatas, & punitas fuisse, refert quoque Boerius in decis. 316. circa fin. de facto fuisse propositam accusationem contra duas mulieres, quæ inter se actum venereum attentauerant, se polluendo, & in fine dicit, quosdam fuisse condemnatos ad quæstionem, & cum supradictus casus contigissent in Ciuitate Cathaloniæ in persona cuiusdam, qui plures actus venereos ex prædictis cum multis pueris fecerat, fuit per Regium eiusdem Ciuitatis Senatũ condemnatus, quod fustigaretur, testatur Peguer. in decis. 72. & cum idem casus in eadem Ciuitate contigisset in persona cuiusdam, qui attentauerat habere accessum cum alio sodomiticum, & non potuerat penetrare intrà vas, quia non potuit, sed tantum extrà dictum vas, & per crura se polluisset, non fuit punitus pœna mortis, sed alia mitiori pœna, scilicet ad remigandum per decennium; Ex quibus omnibus fuit dictũ, habita etiam consideratione quarumdam aliarum circumstantiarum, quod præfatus Parochus exulet, per biennium, & sit suspensus ab exercitio curæ per idem tempus, & deinceps ad arbitriũ Illustrissimi Domini, quæ decisio corroboratur ex doctrina Paris. in consil. 163. nu. 2. & sequente vol. quarto, reiecta opinione Barbat. in cons. 64. num. 10. & seq. vbi voluit, quod consuetudo illa generalis qua non punitur quis eadem pęna, crimine non consumato; non habet locum in hoc nefando crimine: verum primam opinionẽ tenuerunt Carrerius in pract. crimin. titul. de homicid. §. circa igitur quartum num. 2. Monteleo in praxi par. 4. fol. 204. num. 10. Gomez loco citato num. 58. Menoch. de arbit. Iudic. casu 286. nu. 18. Caball. lib. 1. criminal. resol. c. 16. vbi loquitur in quodam Medico qui pluries se polluerat cum puero septem annorum, varijs tamen modis turpissimis, ac fœdissimis; & post multa deducta, fuit in voto eum esse ad triremes condemnandum, quæ opinio probatur per tex. in l. 1. §. fin. ff. de extraordin. criminib. in illis verbis, ob perfecta flagitia punitur capite, ob imperfecta in Insulam deportatur, qui textus canonizatur per c. sollicitatores §. qui puero 33. quæst. 3. & tandem ratio decisionis est, quia sicut
6 extraordinariè deliquit, ita extraordinariè puniri debet, secundum Monal. in cons. 62. nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum procuratorium non præsumitur etiam per mille annos.*
2 *Procuratorem se esse dicens, probare debet, & parte petente debet mandatum exhibere.*
3 *Qualem quis se facit, talem se debet probare.*
4 *Qualem quis alium facit, talem eum probare tenetur.*
5 *Fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare debet.*
6 *Agnatum se dicens, talem se debet probare.*
7 *Compromissum petens tanquam consanguineus ex dispositione statuti, quo cauetur causas consanguineorum compromitti debere, tenetur probare se consanguineum.*
8 *Agens ad retractum tanquàm consanguineus, consanguinitatem, & eius gradum probare tenetur.*
9 *Agens tanquam cessionarius, debet probare cessionem.*
10 *Agens tanquam proximior testatoris, debet proximioritatem probare.*
11 *Agens tanquam hæres, vel filius, debet se hæredem, vel filium probare.*
12 *Accusare volens tanquam talis, debet se talem probare.*
13 *Agens contra aliquem tanquam socium, debet eum socium probare.*

An procuratorem se esse dicens, parte petente teneatur mandatum exhibere.

DECIS. CXLVIII.

1 QVoniam mandatum procuratoriũ non pręsumitur etiam per mille annos, vt habetur per Afflict. in decis. 3. 5. sub num. 7. Caual. in decis. 45. nu. 11. Grãmat. in decis. 103. n. 83

Veral.decis.350. par.2. Mastrill. decis.77. nu.3. Cartar.in decis.86.nu.10.post Ias. in l. sciendum num.19.ff.de verb.oblig. Bald.in l.5.sub num.1. C.de rebus alien.non alien. Bart.in l. qui fundũ in fine ff.de vsucap.pro empto. propterea in ca-
2 sibus occurrentibus fuit resolutum, quod si qui dicit se esse procuratorem probare id debet,& mandatum petente parte exhibere cap.1. de procuratoribus, Viuius in decis.11.Guid. Papa in decis.40. Surd.in decis.240. nu.13. latè alios referens Mascardus de probation. conclus.975. & conclus.1007. Dec.cons.437. Bertazol.in cons. ciuil.70.num.3.vol.1.quale enim quis pro fun-
3 damento suæ intentionis se facit, talem se probare debet leg.non ignorat, vbi Bar. C. de probation. Dec.consil.54.consil.321.num.2.& consil.376 nu.10. Menoch. de adipiscenda possess. remed.3.num.164.Cephal.consil.82. Roland. à Valle cons.10.nu.24.lib.3.Soccin.Iun.cons.86. num.14.lib.2.Paris.consil.12. nu.240. lib.2.Tiraquell.de retract.lig.§.1.glos.17.num.1. Bald. consil.89.nu.3.lib.3.Marza.in epit.de fideicom. par.2.quæst.53.in fin.Bal.in l.si sine ff.de iniust. rup. & irrit. test. & in l.ad probatio.la 1.C.de probat. Natt.in consil.513.num.13.in fine Bald.
4 consil.180.sicuti è contra, qualem quis alium facit, siuè dicit pro fundamento suæ intentionis, talem illum probare debet Menoch. vbi supra num.56. Aretin.cons.32. num.2. post Bald. in l. per diuersas C.mãd.facit tex.in l.ex stipulatione C.de sent.vbi Bart.in l. prolatam,C.eod.Grammat.decis.15.nu.10.in fin.& nu.43.Cast.cõs.158 Soc.Sen.cons.122.lib.2.Dec.cons.409.alias 408. & in l.furiosum num.19. C. qui testam.facere poss.& cons.489.in fin.Menoch.cons.82.nu.218 lib.1.Boer.decis.10.nu.2.Anchar.cons.332.nu.6
5 quia fundamentum intentionis suæ vnusquisque probare debet,alias succumbet, l.ei qui dicit ff. de probat.l.actor quod asseuerat C.eod.tit.l.qui accusare C.de edendo,Decian. respons.53.lib.2. Dec. cons. 56. num. 33. Cacheran in decis.144. nu.15.l.2.& l.in exceptionibus ff.de probat. cap. inter dilectos de fide instrum.cap.accu.6.quæst.
6 vlt.hinc agnatum se dicens, agnationem probare debet Castrens. cons.175.lib.2. Roland. consil.10. num.14.lib.3.Dec.consil.13.Cephal.consil.82.num.9.lib.1. hinc stante statuto,prout in hoc Regno,quod causæ consanguineorum compromitti debeant vsq; ad talem gradum,qui pe-
7 tit compromissum tanquam consanguineus in illo gradu, talem se probare debet, Alex. consil.88. lib.2. Capra consil.156. Abb. in cap. sua nos in 2. notab. de consanguinit. & affinit. Alciat. de præsumpt. regul.1. præsumpt.28. nu.1.
8 Dec.consil.221.hinc,qui agit ad retractum tamquam consanguineus, non solum debet probare se consanguineum, sed etiam gradum consanguinitatis à statuto requisitæ, Tiraquell. de retract. lignag. §.1. glos.16. num.1.& 4.vbi adducit complures alios, & hoc etiam voluit Dec. in cons.222. idemq; D.Io.Maria Nouarius Magnę spei Iuuenis consuluit in casu occurrenti, quod
9 qui agit tamquam cessionarius debet probare cessionem,vt voluerunt Baldus in leg.1. C. de procurat. & Iason in lege admonendi num.224.
10 ff.de iure iurando; hinc qui agit tamquam proximior testatoris debet se probare proximiorem Dec.consil.321. num.2. Rolandus in consil. 10. num. 25. Alexander in consil.82. lib.7. Fulgos. consil.184. Ancharan.in consil.52. vbi infert ad casum statuti requirentis dandam esse fideiussionem inter consanguineos sequuta rixa inter duos ex istis consanguineis, tunc enim qui petit fideiussionem tamquam consanguineus, debet
11 probare se consanguineum, hinc qui agit tamquam hæres, vel filius, debet se probare hæredem, vel filium, Menoch. de adipiscenda poss. remed.3. num.164. Paris. cons.22.nu.240. lib.2. Bald. in consil.180. vol.3. Decius in consil.54.num.1.& consil.321.num.2. Cephal.consil.82. num.8. lib.1. Ruin.consil.57.num.4.cum seq.volum.5.Bursat.consil.88. num.5. volum.1. & pendente tali probatione debitor non potest constitui in mora, Bar.in l.si quis inficiatus ff.depositi, Boer. in decis.10. num.5. & si petat depositum aliquod, vt hæres non obtinebit antequam se doceat talem, vt latè habetur apud Mascardum de probation. conclus.786. hinc
12 qui tanquam talis vult accusare aliquem debet probare se talem, leg. non ignorat, Cod. de his qui accus. non poss. vbi Bartolus, Menoch. de adipiscend. possess. dict. remed.3. numero 164. hinc tandem oritur, quod qui vult
13 agere contra socium, debet probare eum socium Ancharan. in consil. 332. num. 6. sicuti qui vult experiri contra hæredem debitoris sui, debet probare illum reum conuentum esse illius sui principalis creditoris hæredem, vt habetur ex Menoch. vbi supra nu.166. post Aretin. in consil.32. num.2. & Bald. in l.per diuersas C. mandat.

SVMMARIVM.

1 *Inferior non potest cognoscere de validitate, vel inualiditate rei gestæ per superiorem.*
2 *Postquam Papa ad se causam auocat prohibetur Delegato amplius de illa cognoscere.*
3 *Delegatus est in maiori dignitate, quam Episcopus.*
4 *Cum Delegatus nomine Summi Pontificis dispensauerit cum causæ cognitione, non potest Ordinarius se intromittere.*
5 *Omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur authoritatem.*
6 *Episcopus coram quo mouetur lis super nullitate matrimonii, potest cognoscere de subreptione dispensationis matrimonialis iam factæ à Delegato.*
7 *Respondetur contrariis.*

An Episcopus coram quo mouetur lis super nullitate matrimonii, valeat cognoscere de subreptione dispensationis matrimonialis iam factę à Delegato.

DECIS. CXLIX.

IN facti contingentia, cum euenisset iste articulus decidendus, prima facie videbatur dicendum,

1 cedendum, quod non, ex eo, quod inferior non
potest cognoscere de validitate, vel inualiditate
rei gestæ per superiorem, ad tex. & quod ibi
communiter notatur in cap. cum inferior de
maiorit. & obedientia, & in l. nemo potest ff.
de legat. 1. l. testandi C. de testamen. latè Bald.
in consil. 91. num. 3. volum. 1. Alexan. cons. 10.
volum. eodem, & facit textus in cap. vt nostrum
de appell. vbi postquam Papa ad se causam auo-
2 cat, prohibetur Delegato amplius de illa cogno-
scere, quemadmodum de re confirmata ab eo-
dem Summo Pontifice cap. de confirmationi-
bus, de confirmat. vtil. vel inutil. latè Benintend.
decis. 42. Costa de remed. subsidiar. cap. 22. Ma-
3 gon. decis. Florent. 19. & Delegatum esse in ma-
iori dignitate, quam Episcopum patet expresse
in cap. sane il 2. vbi communiter omnes de
officio delegati; & ad id facit, quod notabili-
ter dixit Alban. consil. 71. quem refert, & se-
4 quitur Turret. In consil. 22. quod cum Delega-
tus nomine summi Pontificis dispensauerit cum
causæ cognitione non poterit Ordinarius se in-
tromittere, cap. 2. de confirmatione vtil. vel
inutil. Abb. in cap. 1. eodem titulo, Alciatus in
consil. 21. Ripa consil. 93. Gabriel. qui notabi-
liter hanc materiam declarat consil. 182. omnia
5 enim nostra facimus, quibus nostram imparti-
mur authoritatem l. 2. C. de iure caucleand. q.
mulieres de sententia excommun. cap. cum quis
eodem titulo in 6. & ibi latè Archidiac.

Quidquid tamen sit ex supra relatis contra-
rium fuit resolutum per Curiam Archiepisco-
6 palem, nam fuit dictum, quod poterat Epi-
scopus coram quo mota est lis, super nullitate
matrimonij, cognoscere de subreptione dispen-
sationis matrimonialis iam factæ à Delegato,
ex doctrina Abb. in cap. cum venissent de iu-
dic. Felin. in cap. nihil de præscrip. Alban. in
dicto consil. 71. num. 12. vbi notabiliter volue-
runt, quod si fuerit facta dispensatio matrimo-
nialis à Delegato, & postea accusetur matrimo-
nium coram Episcopo, poterit ipse Episcopus
cognoscere de subreptione dictæ dispensatio-
7 nis; eandem opinionem tenuit Baldus in con-
sil. 97. volum. 2. & hanc opinionem amplecten-
do non obstant contraria, quia procedunt, &
locum sibi vendicant, vt non cognoscat Episco-
pus de subreptione dispensationis matrimonia-
lis expeditæ à Delegato, quando causæ cogni-
tio est adhibita, vel quando non adest euidens
subreptio ex dicto cap. 2. de confirmatione vtil.
vel inutil.

SVMMARIVM.

1 *Periurus repellitur ab agendo.*
2 *Infamiam incurrit periurus de iure canonico.*
3 *Dignitate priuatur periurus, & ad illam non admittitur.*
4 *Iuramentum suppletorium non est deferendum alias periuro.*
5 *Periurus repellitur à testimonio ferendo.*
6 *Testis legitimus non est periurus, etiam si fuerit emendatus per poenitentiam.*
7 *Periurus in vno ex capitulis, vel articulis, repellitur à testimonio dicendo in omnibus.*
8 *Periurus in vna causa, in altera non probat esto, quod dicat in aliis veritatem in eodem iudicio.*
9 *Tortura non purgat periurium, vt fidem periurus facere possit.*
10 *Periurus non facit inditium ad inquisitionem formandam, & neque sufficit ad capturam, vt num. 11.*
12 *Periurus non admittitur in testem, neque contra periurum.*
13 *Infamis non testificatur contra alium infamem, idem est in excommunicato, vt num. 14. & in criminoso, vt num. 15.*

An periurus repellatur ab agendo.

DECIS. CL.

1 Affirmatiuam partem istius difficultatis de-
cidit Curia Archiepiscopalis, vt scilicet,
quod periurus repellatur ab agendo, argum. l.
si quis maior vbi DD. C. de transact. cap. Pau-
li, vbi glosa in verbo causa 27. quæst. 5. Specul.
in titulo de Actore §. 1. num. 16. Menoch. con-
sil. 24. num. 28. 29. volum. 1. Borrell. consil. 11.
num. 10. Grammat. decis. 66. num. 2. Minad. in
decis. 2. num. 3. Crauet. consil. 6. num. 14. Paris.
consil. 26. num. 5. vol. 3. Franc. Marc. decis. 708.
num. 5. volum. 1. Cacheran. decis. 142. num. 13.
2 Bald. cons. 118. col. 2. volum. 4. infamiam enim
incurrit periurus de iure canonico cap. quere-
lam de iure iurando cap. infamis cap. quocun-
que 6. quæst. 1. glos. in cap. quanto in fine de
iure iurando, Lucas de Penna in l. quoties C. de
3 dignit. lib. 12. hinc dignitate priuari periurum,
& ad illam amplius non admitti, notatur in cit.
l. quoties vbi Bar. & alij C. de dignit. lib. 12. Ia-
son in leg. si duo patroni §. final. ff. de iure iu-
rando Roman. in singular. 510. Decian. in con-
sil. 48. num. 30. volum. 3. Baldus in capitulo
quædam numer. 3. de iure iurando Franciscus
Marcus in decis. 667. volum. 1. & hinc fuit
decisum in Curia Archiepiscopali, iuramen-
4 tum suppletorium non esse præstandum ei,
qui alias periurauerit, vt tradidi in mea deci-
sione 164. par. 1. hinc consuluit in quadam fa-
cti contingentia eruditus adolescens D. Ioan-
5 nes Maria Nouarius, quod periurus testis esse
nequit, allegando textum in capitulo si quis con-
uictus 22. quæst. 5. Cacheran. in decis. 72. num. 7.
Cephalus consilio 233. num. 2. volum. 2. Bertaz-
zol. in consil. 451. num. 3. volum. 2. Crauetta in
dicto consil. 6. numer. 14. Decius in consil. 189.
num. 8. Ruin. in consil. 158. numero 4. volum.
5. Fulgos. consil. 107. & consilio 173. Iason in
dicta lege si duo patroni §. final. num. 2. de iu-
re iurando, quod adeò verum est, vt proce-
6 dat etiam, si periurus fuerit emendatus per
pœnitentiam, sic inquam ampliando respon-
dit idem Ioannes Maria, allegando glosam in
capitulo final. in verbo periurio, de iure iuran-
do

dò: Felin. in capitulo testimonium num. 17. de testibus, Franciscus Marcus in decis. 708. sub
7 numero 4. volum. 1. & etiam si sit periurus in vno ex capitulis, siue articulis, repellitur tamen in omnibus, Alexander consil. 44. num. 7. volum. 2. & consil. 183. num. 3. volum. 7. Soccinus in consilio 255. num. 9. volum. 1. simili-
8 ter si sit periurus in vna causa, nec in altera probat, estò quod dicat in alijs veritatem in eodem iudicio, cap. ex parte, vbi Panormit. de testibus, Porta in consilio 204. numero 10. Alexander consil. 93. column. 3. volum. 5. & etiam si sit tortus, neque probat; per tortu-
9 ram enim non purgatur periurium, vt fidem facere possit, quia iuramentum est indiuiduum, vt inquit Beccius in consilio 45. numero 10. Bursatus in consilio 75. num. 11. volum. 1. Cæphal. consilio 234. num. 34. volum. 2. Menoch. de arbitrium Iudicum casu 128. numero 16. centur. 2. libro 2. Crauetta in dicto consilio 6. numero 16. Riminaldus in consilio 113. numero 34. volum. 1. latè alios cumulans Decian. in tractatu criminal. lib. 6. capitulo 13. sub numero 15. in fine volum. 2. & secundum Roland. latè in consilio 16. numero 9. & con-
10 silio 73. num. 6. periurus non facit inditium, nè dum ad torturam, sed neque ad inquisitionem formandam, vt etiam voluerunt Cephal. consil. 233. numero 4. Eugen. consil. 27. Ofasc. consil. 61. num. 31. Mascardus de probat. conclus. 68. numero 5. Bursat. consil. 35. numero 5.
11 vbi testatur de communi; imò quod plus est, quod testis periurus neque etiam sufficiat ad capturam, tenuit Alciatus de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 10. quem refert, & sequitur Cephal. in consilio 233. num. 5. & 8. volum. 2. Roland. consil. 95. num. 21. lib. 4. & secundum Viuium in suis commun. conclus. in verbo testis esse non potest periurus; non mittitur pe-
12 riurus etiam contra alium periurum, idque firmauit Plot. in leg. si quando §. 50. num. 4. Cod. vnde vi, vbi testatur de communi, vt in simili dicimus, quod infamis non admittitur
13 ad testimonium etiam contra alium infamem, Bartol. & post eum communiter DD. in l. cum mulier, ff. solut. matrimon. Felin. post glos. in cap. testimonium num. 37. extra de testibus, & in capit. licet causam post num. 7. de probat. Nell. de testibus numer. 16. latè alios referens Farinacc. in eodem tractatu quæst. 56. articl 1.
14 num. 44. & pariter dicimus, quod excommunicatus non admittitur ad testificandum contra alium excommunicatum, vt per DD. in cap. decernimus, & ibi præcipue Franc. numero 6. Geminian. num. 7. de sententia excommunicationis in 6. Bald. in cap. testimonium num. 11. extra de testibus Speculat. in titul. de teste §. 1. num. 32. Corrad. in sua practica §. 2. de offic. prætor. in causa ciuili in verbo excom-
15 municatus post num. 37. & sic pariter dicimus de criminoso, qui non admittitur in testem contra alium criminosum, capitulo testimonium, de testibus, & ibi latè Felinus, & Imola num. 37. Bart. in l. cum mulier num. 8. ff. solut. matrimon. & ibi Bald. Angel. & Roman. tenet Speculat. in titulo de test. §. 1. sub num. 26. & hanc opinionem benè probat, & comprobat Barbat. de testibus parte 1. num. 49. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Causæ allegatio non sufficit, nisi illa probetur.*
2 *Causæ cognitio est de iure diuino, & non est omittenda.*
3 *Refertur decisio Curiæ Archiepiscopalis.*

An causa iustę absentię Parochi sit probanda iudicialiter coram Episcopo.

DECIS. CLI.

CVm iuxta dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 23. capitulo 1. de reformat. sit sancitum, vt Parochus valeat abesse ex causa iustæ absentiæ, quæ probari debet coram Episcopo, insurrexit difficultatis articulus, si sufficeretque causam præfatam coram Episcopo proponere, an verò necesse sit illam iudicialiter verificare, & primo videbatur resoluendum pro iudiciali iustificatione, ex regula iuris, quæ
1 se habet, non sufficere causæ allegationem, nisi iudicialiter illa probetur, vt voluerunt Bald. in consil. 329. num. 6. & sequent. volum. 2. Bursat. consil. 23. num. 6. volum. 1. Merend. in consil. 21. num. 4. Behintend. in decis. 1. num. 2.
2 vbi quoque voluit, causæ cognitionem esse de iure diuino, & propterea nequaquam omittendam, & ante eum hoc idem tenuit Panormit. in cap. 1. in 3. colum. de caus. possess. & prop. sequitur Marsil. in sua practica §. nunc videndum colum. 8. versic. sed vltra omnia cum sequent. num. 22. & 23. & si aliter firmaremus, posset euenire, quod causa super qua fundatur licentia esset falsa, secundum Bart. in l. si præses, C. de prædijs minorum, Castrens. in l. cum his §. vult igitur ff. de transact. Cuman. consil. 180. col. 2. Cardin. consil. 89. & 95. & his accedat quod Sacr. Conc. loco cit. ponit duo quę debent concurrere, vt dicta licentia concedatur, scilicet quod causa sit rationabilis, & quod sit probata ab Episcopo, & in scriptis; sequitur Tolet. in lib. 5. instruct. Sacerdot. cap. 5. Henriq. consil. 91. num. 6. Bombin. consil. 22. num. 29. & sequent. & probationes debent fieri Iudicibus; & sic iudicialiter, secundum Lanfranch. qui alios refert in rubrica de probat. num. 16. quare videbatur ex prædictis concludendum, non sufficere causam allegare, verum necesse esse illam pro-
3 bare, sed contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali coram Illustrissimo Domino, & fuit concessa licentia cuidam Parocho se absentandi per duos menses, ex sola allegatione, quod volebat Romam adire pro negotijs suis peragendis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Petens cautionem de nõ offendẽdo, iustam causam timoris probare debet.*

2 *Iusdicẽti extra territorium impunè non paretur.*

3 *Qui promittit non offendere, loquutur generaliter, non se astringens magis ad vnum locum, quam ad alium.*

4 *Obligatio de non offendendo respicit personam, & consequitur quocumque vadat, sicut actio.*

5 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

6 *Accessorium probatur, probato suo principali.*

An cautio de non offendendo sit obseruanda extra Diœcesim.

DECIS. CLII.

1 CVm petijsset quidam cautionem de non offendendo, & probasset iustam causam timoris, arg. l. metum ff. quod metus causa l. vani timoris ff. de regul. iur. glos. in leg. 3. ff. quib. ex caus. maior. Bar. in l. metum C. quod met. caus. latè Hercul. de caut. de non offendendo cap. 1. nu. 8. Menoch. de arb. Iud. casu 140. Mascard. de probat. conclus. 1376. fuit vigore mandati nostræ Archiepiscopalis Curiæ præstita dicta cautio, cumque deindè petens istam cautionem offensus fuisset extra nostram Diœcesim, insurrexit dubitatio, si stipulatio commissa fuerit, & prima fronte videbatur resoluendum negatiuè,
2 ex eo quod impunè extra territorium Iusdicenti non paretur, leg. final. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in subdito delinquente extra territorium, Corn. cons. 89. col. 3. libr. 3. Abb. in cap. à nobis col. penul. de sent. excommunic. latè scribit Paris. in cons. 159. colum. 1. lib. 4.

Ceterum quidquid supradictum fuit in contrarium resoluimus, vt scilicet, quod hæc cautio sit obseruanda extra Diœcesim, & consequenter, licet offensio fuerit facta extra Diœcesim, tamen stipulatio commissa fuit, vt in proprijs terminis sequuti sunt Angel. in cons. 313. Ias. in l. fi. nu. 6. ff. de iurisd. omn. iudic. DD. in l. qui bona §. si quis post ff. de damno infecto l. capitalium §. ad statuas ff. de penis, Hercul. in d. tractatu de cautione de non offendendo cap. 9. vbi post Bart. assignat rationem, quia ille qui promittit nõ offen-
3 dere loquitur generaliter, non se astringens magis ad vnum quam ad alium locum, & quia hæc
4 obligatio respicit personam, quare eam sequitur quouis illa vadat, sicut actio l. fin. Cod. de prescr.
5 longi tempor. & sicuti accessorium naturã sui principalis cap. accessorium de regul. iur. in 6. l. cum principalis ff. de regul. iur. Natta qui multos adducit cons. 407. nu. 15. vol. 2. Mant. cons. 89. nu. 17. vol. 1. Soccin. Iun. cons. 106. nu. 1. vol. 3. Mascard. de prob. conclus. 14. vbi inquit accessoriũ
6 probari, probato suo principali, vt etiam voluit Bal. p illum textum in l. 1. C. de dot. prom. Dec. cons. 682. nu. 16. Crauetta de antiquit. tempor. parte 1. sectio. 4. nu. 74. Alban. cons. 116. num. 4. Anchar. cons. 387. nu. 2. Aret. cons. 143. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ est prohibita absque debitis sollemnitatibus.*

2 *Impositio cẽsus dicitur alienatio.*

3 *In impositione cẽsus super rebus Ecclesiæ requiritur assensus Apostolicus.*

4 *Vbicumque est eadem ratio, vel æquitas, ibi debet esse eadem iuris dispositio, cum pluribus illationibus nu. 5.*

An in impositione census super re Ecclesiæ requiratur Assensus Apostolicus.

DECIS. CLIII.

1 QVoniam alienatio rerum Ecclesiæ absque debitis sollemnitatibus est prohibita, vt reperitur sancitum per extrauagant. ambitiosæ de rebus Eccles. non alienand. & scripserũt Guid. Papa in decis. 149. Capyc. in decis. 16. & decis. 105. Franc. Marc. in decis. 1078. vol. 1. Gacher. in decis. 99. num. 32. Cæsar de Gras. in decis. 360. num. 17. & in decis. 463. Rota diuers. in decis. 160. par. 2. Seraphin. in decis. 178. vol. 2. Maynard. in decis. 7. lib. 2. de Franch. in dec. 35. Caualc. in decis. 45. nu. 27. & sequent. & latè post complures alios, Ego ipse in mea praxi in tit. de alienat. rerum Ecclesiæ, & assensus Apostolicus est vna de sollemnitatibus, propterea cum impo-
2 sitio census dicatur alienatio, secundum Bald. in cap. ad audientiam il 2. num. 9. de rescriptis, Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glosa 6. sub nu. 6. cum alijs allegatis in causa Romana vinearum de Maximis 1577. coram Rubeo, ideo fuit resolutum, Assensum Apostolicum in tali census im-
3 positione requiri, prout in alienatione rerum Ecclesiæ cap. 1. de rebus Eccles. non alienand. in 6. clem. 1. eodem tit. DD. in cap. sine exceptione 12. quæst. 2. Dec. cons. 142. num. 4. Couar. variarum resol. cap. 17. sub nu. 2. vbicũque enim est
4 eadem ratio, vel æquitas, ibi debet esse eadem iuris dispositio l. illud ff. ad l. aquil. l. à Titio ff. de
5 verb. oblig. illa enim quæ in radice, & causa conueniunt, etiam in effectu conuenire debent l. de quibus, & ibi Angel. & DD. ff. de legat. & casus, quos nectit paritas æquitatis, & identitas rationis, non sunt quoad iuris dispositionem separandi d. l. illud cum ibi notatis per Bal. & Oldr. glosa in Auth. matri, & auiæ in verbo tutelam, C. quando mulier tutel. officio fungi pot. & in l. 1. in fine ff. solut. matr. & in Auth. minoris debitor C. qui dar. tut. poss. Angel. in §. fere igitur instit. de rerum diuis. vbi propter hoc singulariter dicit, quod licet omnes textus dicentes licere venari in fundo alieno ante prohibitionem Domini, & nihil dicant de piscatione in alieno, tamen quia eadem est ratio vtrobique sentit idem iuris esse debere per d. l. illud super quo pũcto magnæ spei D. Iõ. Maria Nouarius scripsit, vt apparebit ex primo volumine votorum, quæ quam primum typis ab eo mandabitur, & capitulum

Regni

Regni huius, incipiens, Ladislaus, per quod sancitum est, quod instrumenta confecta per Notarios vassallos pro Barone aliquam fidem non faciunt, locum sibi vendicant etiam in Affictatore alicuius Ciuitatis ex paritate rationis: hinc etiã dicit Imola in l. ex consensu in principio ff. de appellat. quod sicuti à Iudice dato de consensu partium potest appellari, vt ibi, ita etiam potest appellari à Iudice, cuius iurisdictio est prorogata de consensu partium, eadem ratione, de qua relatè per Doctores in leg. Episcopale, & in leg. si quis ex cõsensu, C. de Episc. audient. hinc etiam procedit argumentatio à corporalibus ad incorporalia, quod enim operatur traditio in rebus corporalibus quoad translationem dominij, hoc idem operatur cessio in iuribus incorporalibus quoad translationem illius iuris, vt dicit glosa notab. in l. in solutum in verbo suo autem nomine C. quando fisc. & ibi Bart. Bald. Angel. Salic. & DD. hinc etiam, quod licet in l. fin. C. de petit. hæred. diuersa ponatur decisio inter legatarios ex vna, & creditores ex altera, tamen quando legata essent repetita ab intestato, vt quia in testamento esset apposita clausula codicillaris, idem iuris esset in vno, quod in alio, vt scilicet quod non prestetur cautio, cum tunc eadem sit ratio in vtroque, ex quo legata tunc non possunt fieri indebita, vt singulariter dicit Castrens. in l. final. C. de petit. hæred. vnde cum eadem paritas rationis militet in impositione census super re Ecclesiæ, quam in alienatione rei eiusdem Ecclesiæ, cum vt supra fuit dictum, impositio census dicatur alienatio, meritò fuit resolutum in impositione census super re Ecclesiæ requiri assensum Apostolicum, prout in alienatione rei Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *In dubio iurisdictio Iudicis delegati non est extẽdibilis.*

2 *Rescripta non possunt extendi de persona ad personam, nec de re ad rem, & neque de tempore ad tempus.*

3 *Rescripta delegatoria sũt stricti iuris, & omissum videtur, quod in illis omittitur.*

4 *Commissa alicui causæ cognitione, nõ per hoc videtur commissa eius decisio.*

5 *Iurisdictio delegata nõ est porrigibilis ad causas nõ expressas in rescripto.*

6 *Rescripti forma à Iudicibus delegatis in iudicãdo non debet transgredi.*

7 *Delegatus cui commissa est dispẽsatio matrimonialis, potest poenitẽtiam iniunctam commutare.*

Delegatus cui commissa esset dispensatio matrimonialis, an valeat pœnitentiam iniunctam commutare.

DECIS. CLIV.

Saepissimè accidit, quod per Sedem Apostolicam committitur in partibus dispẽsatio matrimonialis, quare fuit aliquando in Curia Archiepiscopali dubitatum, an dictus Delegatus potuisset commutare pœnitentiam iniunctã in viro incestuoso, circa operam suam conferendã fabricæ Ecclesiæ, si sit persona nobilis, vel delicata, & videbatur negatiuè respondendum, siquidem in dubio iurisdictio Iudicis delegati nõ est
1 extendibilis, cap. cum P. de officio delegati Rota diuers. in decis. 8. par. 2. vndè Bar. in l. 1. ff. de
2 iudicijs voluit, vt nec de persona ad personam, nec de re ad rem, & de tempore ad tempus posse extendi, vel prorogari, rescripta enim delega
3 toria sunt stricti iuris, ideò omissum videtur, quod in illis omittitur, Afflict. in decis. 366. nu. 3. & in decis. 322. vbi si alicui committitur cuiusdam
4 causæ cognitio, non per hoc intelligitur commissa illius decisio, sequitur Misinger. centur. 4. obseruat. 93. Menoch. de arb. iudic. lib. 1. quæst. 37. post Bar. in l. 1. C. contra ius, vel vtilit. public. & facit, quod notabiliter voluit Affl. in decis. 227.
5 vbi ait, quod iurisdictio delegata non est porrigibilis ad causas non expressas in rescripto, vnde commissio obtenta super causis motis, & mouendis, extenditur ad causas dumtaxat exortas, Rota in decis. 18. de rescriptis in nouis, & pro hac parte insuper dicebatur, prædictum Delegatum
6 commutando pœnitentiam censeri recedere ab ipso mandato, quod de iure fieri nõ potest, cum rescripti forma à Iudice delegato in iudicando non debeat transgredi, vt probatur in §. audient in auth. de iudic.
7 His tamen non obstantibus, contrarium pro vero fuit habitum, & sic decisum, nam fuit dictũ posse hanc commutationem fieri à Delegato, si quidem Bulla dispensationis non astringit se ad fabricam tantum, propter illa verba, vel alteri pio loco, in Bulla contenta.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Iudicis facit cessare omnem dolum, fraudem, & metum.*

2 *Spoliato nõ datur restitutio in integrum, quãdo ex decreto Iudicis fuit spoliatus.*

3 *Amplia, siue sit interpositum per modum voluntariæ iurisdictionis, siue per modum contentiosæ.*

4 *Decretum Iudicis facit omnia præsumi sollẽniter, & ritè acta fuisse.*

5 *Decretum interpositũ in alienatione rei Ecclesiæ, vel minoris, facit vt præsumatur contra factum in vtilitatem Ecclesiæ.*

6 *Spoliato datur restitutio in integrum quando est spoliatus à Iudice, iuris ordine non seruato.*

Ioannis Mariæ Nouarii Pisticini a Prouincia Basilicatæ responsum.

An spoliato ex Iudicis decreto sit concedenda in integrum restitutio.

1 Quoniam decretum Iudicis facit cessare omnem fraudem, dolum, & metum, vt habetur in l. fin. in princ. ff. quod met. caus. & scripserunt Bar. in l. frater à fratre num. 5 i. ff. de

de condit. indeb. Alex. conf. 53. nu. 5. Marsil. in singul. 438. Gerard. in sing. 57. Natta cons. 631. num. 26. lib. 3. Cephal. conf. 24. num. 25. Dec. in cap. quoniam contra nu. 189. de probat. Rolan. in conf. 33. nu. 18. Parif. conf. 98. nu. 70. volum. 1. propterea sum in voto, in hoc casu mihi trans
2 misso, quod minime sit concedenda in integrum restitutio spoliato ex Iudicis decreto, vt patet ex multis congestis per Ruin. in conf. 49. num. 11. vol. 4. Crauett. conf. 5. nu. 8. Grat. conf. 76. num. 2. glosa in cap. in præsentia tum, in glos. fin. 7. quæst. 1. & in cap. in nomine Domini, in verbo audientia 23. distin. quas glosas probat Abb. in cap. cum dilectus, nu. 11. quod met. cauf. & in cap. dilectus filius de rescriptis, & in cap. conquerente in vltim. notab. de restit. spol. Parif. conf. 98. num. 54. vol. 1. Dec. in l. qui auctore, nu. 3. ff. de regul. iur. Gabriel. alios referens in lib. commun. conclus. conclus. 1. num. 108. de restit. spol. quod adeò verum est, vt secundũ Ruin. in d. conf. 49. num. 11. procedit etiam, siuè sit in-
3 terpositum decretum per modum voluntariȩ iurisdictionis, siue per modum contentiosæ; decre
4 tum enim Iudicis facit præsumi omnia sollemniter, & ritè acta fuisse, Bald. in l. quæcumque §. fin. ff. de public. in rem act. Specul. in tit. de emption. & vendit. §. nunc dicendum, nu. 5. Dec. in d. cap. quoniam contra nu. 387. de probat. Cephal. conf. 34. nu. 3. Abb. conf. 4. nu. 55. glosa in l. 1. super verbo omni creditore in fine, C. de fide instrument. Alex. conf. 125. lib. 1. vndè decre-
5 tum interpositum in alienatione Ecclesiæ, vel minoris, facit vt præsumatur contractum fuisse factum in vtilitatem Ecclesiæ, Dec. conf. 86. post nu. 7. & in d. cap. quoniam contra nu. 187. cum sequent. per ibi allegat. de probat. Alex. conf. 92. num. 13. & 14. volum. 5 Bald. in cap. 1. colum. 3. post nu. 7. de his, qui feud. dare poss. & in cap. si-
6 cut circa finem, nu. 6. de re iudic. licet si spoliatus esset quis à Iudice, iuris ordine non seruato, tũc contrarium esset dicendum, scilicet, quod esset tali spoliato concedenda in integrum restitutio, vt voluit Bald. in conf. 134. & in conf. 148. & sequuti sunt Crauetta in conf. 18. num. 8 Zabarella conf. 54. & conf. 75. Calcan. conf. 120. num. 2. Dec. in cap. referente, nu. 2. de præbend.

SVMMARIVM.

1 *Duæ cappellaniæ sub eodem tecto non sunt incompatibiles, sed contrarium fertur decisum num. 4.*

2 *In Ecclesia non collegiata, in qua est situm altare, cui debet deputari perpetuus Rector, poterit quis esse Rector principalis Ecclesiæ, & habere altare in eadem Ecclesia.*

3 *Duæ cappellaniæ cum onere celebrandi Missas sunt beneficia, & possunt sub eodem tecto simul retineri.*

5 *Duo altaria in eadem Ecclesia, quæ dantur in titulum, non possunt teneri absque dispensatione.*

6 *Episcopus prohibetur dispensare, vt quis possit tenere duas cappellanias in eadem Ecclesia.*

An plures cappellaniæ possint retineri sub eodem tecto.

DECIS. CLV.

INsurrexit dubitationis articulus in Curia Archiepiscopali, an possit quis plures cappellanias in eadem Ecclesia retinere; & dubium faciebat pro opinione affirmatiua conf. Nauarr. 16. & 21. de præben. volentis duas cappellanias,
1 seu altaria sub eodem tecto, non esse beneficia vniformia ad effectum incompatibilitatis, quod etiã videtur tenere Mandos. de signatura Grat. in tit. de dispensatione sub eodem tecto, vers. ad duo Zecchus de Republic. Ecclesiast. cap. de beneficijs, sub num. 4. Gonzalez glos. 10. num. 34. Item pro eadem opinione dicebatur, quod Lapus alleg. 116. concludit, quod in Ecclesia non collegiata, in qua est situm altare, cui debet de-
2 putari perpetuus Rector, poterit quis esse Rector principalis Ecclesiæ, & habere altare in eadem Ecclesia: tandem dicebatur, quod secũdum Gemin. in cap. cum in Ecclesia de præb. quem refert, ac sequitur Graff. in conf. 1. eodem tit. cõ
3 cludit, duas cappellanias, cum onere celebrandi missas esse beneficia, & posse insimul sub eodem tecto teneri.
4 Relatis tamen non obstantibus contrarium fuit resolutum, scilicet, duas cappellanias sub eodem tecto esse incompatibiles, tamquam beneficia vniformia, & non posse simul teneri absque dispensatione Papæ, secundum Gemin. sibi contrarium, num. 14. & Franch. num. 8. in cap. 1. de
5 consuetud. vbi tradunt, duo altaria in eadem Ecclesia, quæ dantur in titulum non posse teneri absque dispensatione, & hanc opinionem sequũtur Syluester in summa, verb. beneficium 4. nu. 11. Armilla eodem verbo, nu. 46. Fuscus de visitatione, lib. 2. cap. 11. nu. 4. qui ait, non posse quẽ habere duas cappellanias in eadem Ecclesia,
6 nec duo altaria in titulum, nec etiam Episcopũ dispensare posse, ex d. cap. 1. & consequenter in eis procedere Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 4. vt voluit etiam Rebuff. in concordatis tit. de mand. Apostolicis §. 1. verb. Ita tamen, & iuxta hanc opinionem pluries censuit Rota Rom. & signanter in vna Romana Cappellaniæ 13. Martij 1589. coram Illustrissimo Mantica, & iterum in eadem 4. Iunij 1590. coram eodem Illustriss. & iterum in eadem 15. Februarij. 1591. coram Illustriss. Pamphil. & alias sæpius, quæ opinio adeò vera est, vt procedat etiam si prima Cappellania vacet per adeptionem secundæ, licet non ipso iure, secundum Io. And. in cap. 1. in glos. 2. de consuetudine, Abb. in cap. referente nu. 3. de præben. post. Inn. & Host. in cap. ex tuæ de cler. non resident. sequitur Boich num. 6. Butrig. in cap. præterea num. 9. de præb. & fuit decisum in Rota in vna Barchinon. Archidiaconatus, 2. Octob. 1560. coram Groperio, quam intelligas, quando vna non sufficit ad victum, prout de beneficijs simplicibus, iuxta mentem Concilij, & hanc opinionem amplectendo non obstant in-
con-

contrarium adducta, quia cum pro hac opinione extent tot decisiones Rotæ, ab ea propterea minimè est recedendum, cum iuxta not. per Scribentes in l. 1. ff. si cert. pet. Rotæ decisiones vim legis obtinent, & ab eis non esse recedendum, scribit Capp. Tholos. in decis. 324.

SVMMARIVM.

1 *Creditor possidens sine vitio rem debitoris, nõ tenetur illam restituere, nisi sibi offeratur suum creditum, siuè illud creditum habeat hypothecam, siue non.*
2 *Amplia procedere in debitore cuiuslibet rei, tam Chyrografarii, quam sine Chirographo.*
3 *Possidens rem, non tenetur illam restituere, quando ex rationabili aliqua causa potest retinere, etiam si in re illa, hypotecæ, aut pignoris ius non habeat.*
4 *Amplia, vt nec in iudicio spolii sit faciẽda restitutio sine idonea cautione, quando ex restitutione posset sequi damnum irreparabile creditori, & illi non sit cautum in petitorio.*

Creditor habens rem cebitoris, quando posit illam pro suo dredito retinere.

DECIS. CLVI.

INcidenter in Cur. Archiep. contigit dubitari circa istum articulum, quãdo scilicet creditor habens rem debitoris, possit illam pro suo credito retinere, & fuit resolutum, quod creditor
1 qui reperitur in possessione sine vitio non teneatur restituere rem, nisi sibi offeratur suum creditum, & hoc, siue illud creditum habeat hypothecam, siue non, l. vnica, C. etiam ob chirogr. pet.
2 qui text. procedit tam in debitore pecuniæ, quã alterius cuiuslibet rei, tam in debitore Chyrografario, quam sine Chyrografo, vt latè declarat, & prosequitur Neguf. de pignor. & hypothec. in 1. parte, 3. membr. 5. partis princip. nu. 45. & sequent. & generaliter traditum est, eum
3 qui possidet non teneri restituere, cum ex rationabili aliqua causa possit retinere, etiam si in re illa hypotecæ, aut pignoris ius minimè habeat, vt pluribus ostendit Franc. Bald. de pignor. & hypothec. cap. 13. vbi circa finem ponit exemplum de eo qui rem cõmodatam ex iusta causa negat restituere, quia propterea non videtur dominij possessionem interuertere, per tex. in l. si quis rem de acquiren. possess. quod sanè multò fortius habet locum in casu, in quo adsunt lites, & controuersiæ ratione aliorum creditorum, ex quibus licet facilè suspicari debitorem habita bonorum suorum possessione, haud facilem futurum in solutione, vnde satis iusta oritur causa retinendi, & pignori incumbendi, donec saltem præstetur cautio, quamuis credita sint in diem l. quæsitum, ff. de pignor. vbi glos. & Salicet. in dict. l. vnic. quæst. 14. faciunt tradita per Affl. in decis. 108. & istud procedit, quamuis ageretur
4 spolio, quia si ex restitutione sequi possit damnũ irreparabile creditori, & illi non sit cautum in petitorio, non est facienda restitutio, nisi saltem idoneè caueatur, vt fuit resolutum in vna Romana rationis bancariæ 9. Martij 1586. coram Pamphilio, & sequuti sunt Abb. in cap. veniens il 2. colum. 2. de testibus, Paris. cons. 22. nu. 103. lib. 1. Boer. in dec. 232. col. fin. Grat. cons. 10. nu. 31. lib. 1. Gozzad. cons. 9. nu. 69. & cons. 10. nu. 42. & tradunt DD. in l. naturaliter, §. nihil commune, vbi latè Salyc. col. 3. Alex. nu. 149. ff. de acquirend. possess.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ciuitatis Metropolitanæ porrigit vires suas, & habet locum in villis circumuicinis, sed intellige vt nu. 2.*
3 *Edictum Curiæ Archiepiscopalis contra Clericos arma portantes procedit etiam in illis qui portãt ea per Dioecesim.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis contra Clericos arma portantes, an locum habeat contra Clericos arma asportantes per Diœcesim.

DECIS. CLVII.

REgula est, quod statutum Ciuitatis Metropolitanę porrigit vires suas, & habet locum
1 in villis circumuicinis, secundum glosam in l. ex causa ff. de postulando, quam singularem dicit. Ias. in l. gallus, §. 1. ff. de liber. & posthum. arguẽdo à consuetudine ad statutum; quia glosa loquitur de consuetudine, Castrens. consil. 39. col. 1. vol. 2. Soccin. cons. 81. col. 3. libr. 4. & cons. 138. eodem lib. Roland. de lucro dotis, quæst. 85. nu. 4. Cyn. in l. etiam, C. de iure dotium, Aretin. in §. ex non scripto, instit. de iure natur. gent. & ciuil. Caccialup. in l. omnes populi, num. 9. ff. de iustitia, & iure Corn. cõs. 151. lib. 3. Rimin. Sen. cons. 361. & cons. 575. num. 7. Soccin. Iun. cons. 2. nu. 3. lib. 1. Cæphal. cons. 414. nu. 6. Riminal. Iun. cons. 37. Ludouic. in libro commun. concl. conclus. 55. vers. tertius casus, quam regulam in-
2 telligo, quando villæ sunt de districtu, & sub iurisdictione Metropolitanæ Ciuitatis, tunc enim statuta loci principalis vigent in circumuicinis, secus verò si nõ essent sub iurisdictione illius Ciuitatis, tunc licet vicinæ essent villæ non ligantur consuetudine, vel statuto Metropolis, & ita intelligitur quod tradit Roman. cons. 218. de Ciuitate Pisarum, quam voluit ligari statutis Florentiæ, quia sub iurisdictione illius Reipublicæ ceciderat, Menoc. cons. 291. nu. 31. vnde fuit re-
3 solutum in Curia Archiepiscopali, edictum ipsius Curiæ prohibens asportationem armorũ, habere locum etiam in illis, qui portant arma per Diœcesim, licet redeundo ad regulam supra positam illa fallit quando locus ille districtualis haberet propria, & particularia statuta, nam tũc suo iure vti debet, quoties statuta sunt legitimè condita, Alex. cons. 151. columnn. 2 libr. 2. Curr. Iun. cons. 110. nu. 12. Neuizan. cons. 58. num. 6. Menoch

Menoch.cons.80.num. 18. & sequent. Cuuarr. pract.quæst.lib. 1.cap. 37. Sed quid si eueniat casus, de quo nulla sit facta mentio in particulari statuto loci, sed de eo disponitur in statutis Ciuitatis Metropolitanæ, an tunc recurrendum sit in casu omisso ad dispositionem alterius statuti, an vero ad ius commune, videndus est Roman. in d. cons. 118. volens, Ciuitatem Pisarum recurrere ad statuta Florentina non obstāte, quod statutum illius Ciuitatis diceret, quod in casu omisso per statutum seruaretur ius commune, & sic etiā sequitur Soccin.cons.81. & voluerunt Alciat. in leg. pupillus. §. territorium, num. 52. ff. de verb. signific. Gozadin.cons. 37. nu. 4. & magis cōmunem dicit Franch. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 30. ff. ad Senat. Cons. Trebell. & ita in specie post multos tenuit Caualc. in decis. 36. nu. 31. & consuluit Honded. in cons. 13.

SVMMARIVM.

1 *Semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali.*
2 *Qui semel fidem non seruauit, præsumitur, quod nec in posterum sit obseruaturus.*
3 *De carcere, qui semel aufugit, amplius relaxari non debet, etiam dato fideiussore.*
4 *Semel excommunicatus, semper durare in excommunicatione præsumitur.*
5 *Inimicus semel, adhuc præsumitur.*
6 *Semel dominus, semper præsumitur durare, nisi probetur mutatus.*
7 *Vnusquisque præsumitur durare in eadem voluntate.*
8 *Monachus non præsumitur, quod velit habitum mutare, sed velle in eadem Religione perseuerare.*
9 *Priuilegii, vel concessionis factæ à Principe reuocatio non præsumitur.*
10 *Partes si conueniunt facere vnum, & deinde contrarium fecerint, præsumuntur potius errore id fecisse, quam vt se corrigant.*
11 *Per instrumentum primum si est clarum, & planè declaratur secundum obscurum, & dubium, nè censeantur partes se correxisse.*
12 *Iura si plures poenas imponunt pro delicto non cēsentur se inuicem corrigere, sed dare electionem Iudici.*
13 *Creditor qui fecit priore loco expensas animo repetendi, non autem compensandi, sic etiam præsumitur secundo loco fecisse.*
14 *Qui per triēnium bene vixit, non præsumitur malus in eodem genere mali.*
15 *Tempus triennii purgat malam vitam præteritam.*

An aliàs malus, qui benè vixerit per trienniū præsumatur malus in eodem genere mali, ad ornatum text. in l. si cum §. eisdem ff. de accusation.

DECIS. CLVIII.

1 Regula est clara, quod semel malus præsumitur malus in eodem genere mali, cap. scribebam de præsump. reg. qui semel de regul. iur. in 6. l. si cum §. eisdem ff. de accus. l. non omnes, 2 §. non barbaris, ff. de re milit. hinc enim videmus, quod is, qui semel fidem non seruauit, præsumitur, quod etiam in posterum nec eam sit obseruaturus, glosa, Bald. & Rom. in leg. Corn. ff. ad Senat. Cons. Syllan. hinc est quod licet quis 3 alias esset relaxandus à carcere, in quo ob delictum fuerat inclusus dato fideiussore, tamen si semel aufugit ex ipso carcere relaxari non debet, idem Bald. in leg. 3. C. de Episc. audientia, Marsil. in l. maritus, ff. de quæst. Igneus in dict. l. Cornelia, num. 15. ff. ad Senatus Consult. Syllan. 4 hinc semel excommunicatus semper durare excommunicatum præsumitur, cap. proposuit de cleric. excommunicat. Mascard. de probat. con- 5 clus. 705. num. 8. & sic à simili inimicus semel, semper præsumitur inimicus, nisi probetur reconciliatio, leg. in ipsius, vbi Bald. C. famil. erciscund. Innocent. in cap. cū oporteat de accusat. Alex. in leg. 3. de testam. Crauet. cons. 9. num. 6. Surdus cons. 40. & similiter semel dominus, vel pos- 6 sessor, semper dominus præsumitur, & possidere, nisi status mutatus probetur, leg. siue possidetis, C. de probat. c. præterea il secondo, & ibi Abb. de transl. præl. post alios Viuius in decis. 98. præsumitur enim quis durare in eadem volun- 7 tate, in qua fuit leg. eum, qui ff. de probation. l. cum hic status, ff. de donat. inter virum & vxor. c. maiores de baptismo l. lucius in fine ff. de legat. 2. ca. 1. vbi glosa in verbo non timore, quod 8 metus causa, hinc enim euenit, monachum non præsumi velle mutare habitum, sed velle in eadem Religione perseuerare, ex quo immutatio non præsumitur, ita probat text. in cap. non solum de regular. in 6. & ibi in specie annotarunt omnes, ingressum religionem, etiam intra probationis annum non præsumi velle inde recedere, nisi claris coniecturis mutatio voluntatis ostendatur. Hinc quoque dicimus reuocationem priuilegij, & concessionis factam à principe non 9 præsumi, ne ipsum correxisse voluntatem, & mutasse præsumatur, vt responderunt Anchar. in consilio 161. num. 3. Decius in cons. 168. colum. 2. Alciat. respons. 19. num. 4. Crauet. in cons. 21. in fine, & cons. 241. in fine, Paris. in cons. 61. in fin. lib. 2. ita quoque non præsumitur, quod testator per codicillos voluerit reuocare testamentum, vt responderunt Dec. cons. 190. in fine, Pa-
10 ris. in d. cons. 61. in fin. hinc si partes conueniunt facere vnum, & deinde contrarium faciunt præsumitur potius per errorem fecisse, quam vt se corrigerent, atque voluntatem mutarent, Alcia. de præsump. præsump. 28. regul. 2. nu. 1. Soccin. Sen. in cons. 27. nu. 16. & 10. lib. 4. qui subiungit,
11 quod quando primum instrumentum est clarū, & planum per ipsum declaratur secundū obscurum, & dubium, ne censeantur partes se correxisse, vt etiā affirmarunt Angel. & Imol. in l. si quis cum aliter ff. de verb. oblig. & huc etiam spectat
12 illud, q. si iura plures pęnas imponunt pro delicto, non censentur se inuicem corrigere, sed dare electionem Iudici glos. in cap. fraternitatis 34. distinc. quam probarunt Felin. in cap. inter cæteras de rescriptis, Alciat. de præsump. regu-

L la 2.

la 2. d. præsump. 38. num. 3. Ad quod etiam confert quod scripsit Afflict. in decis. 301. numer. 4.
13 post Socc. & Tindar. quos recenset, cum dixit, quod sicuti creditor ille qui fecit priore loco expensas animo repetendi, non autem compensandi, sic etiam præsumitur secundo loco fecisse; cũ animi, & voluntatis perseuerantia præsumatur, non autem mutatio ipsius.
14 His licet veris existentibus, in Curia Archiepiscopali fuit in casu occurrẽti conclusum, dictam regulam, quod semel malus, semper præsumatur malus in eodem genere mali, cessare, quando quis per triennium continuum benè, & laudabiliter vixit, recteque fuit conuersatus, quoniam illa mali præsumptio tunc cessat, nam pro purgato, emendato, ac nouo homine à lege habetur, tex. in §. hinc autem nobis in Auth. de Monach. quam opinionem tenuerunt Roman. cons. 236. nu. 5. Corsettus in Repert. in verb. præsumptio in pr. Boer. ad Dyn. in eadem regula semel malus, Curt. Iun. in cons. 1. num. 36. Cass. cons. 60. num. 4. Dec. cons. 136. nu. 20. Roland. à Valle cons. 92. num. 12. vol. 3. & in cons. 63. nu. 6. Mandos. ad Roman. cons. 36. num. 5. Blanch.
15 cautel. 14. dicens, quod per triennij lapsum, quis de malo bonus effectus præsumitur, si laudabiliter per illum trienium vixerit, sequitur Gomes. in regula de triennali in fir. Albanus ad Bart. in l. Cassius nu. 17. & seq. ff. de senat. ex quibus manifestissimè colligitur, hanc esse communem opinionem, prout etiam testatur Clarus in sua practica §. fin. quæst. 21 vers. fama; & iuxta hanc opinionem, scilicet quod per tres vel quatuor annos præsumatur emendatio vitæ, tenuit Rota Romana in vna Roman. legati 28. Maij 1586. coram Illustrissimo Seraphino, quam notandam summoperè esse in practica ad effectum resolutionis illius articuli videlicet emendatum de crimine, esse idoneum testem; quoniam iuxta supradicta, huiusmodi emendatio inteste præsumenda est lapso triennio, Roland. cons. 94. vol. 4. num. 18. Hyppol. in l. vnica num. 20 Cod. de rap. virg. Barb. in tract. de testibus par. 1. num. 23. Viuius in libro communium opinionum opin. 357.

SVMMARIVM.

1 *Quilibet potest iuri pro se introducto renunciare.*
2 *Filiusfamilias potest renunciare beneficio quod cum eo.*
3 *Creditor potest renunciare beneficio præuentionis.*
4 *Spoliatus potest renunciare petitioni restitutionis.*
5 *Fideiussor potest renunciare beneficio ipsius.*
6 *Donãs potest renunciare beneficio l. si vnquam. C. de reuoc. donat.*
7 *Mulier dummodò sit certiorata potest renunciare beneficio Velleiani.*
8 *Venditor potest renunciare beneficio l. 2. C. de rescindend. vendit.*
9 *Duo rei debendi possunt renunciare beneficio diuisionis.*
10 *Actor potest renunciare iuri exequutiuo.*
11 *Filius potest renunciare legitimæ, licet non veniat in generali renunciatione & sic reus potest renunciare foro.*
12 *Beneficio c. Odoardus de solut. renunciari non potest.*
13 *Beneficio cessionis bonorum renunciari non potest.*
14 *Beneficium concessum miserationis gratia renunciari minimè potest.*
15 *Clericus non potest suo foro renunciare, etiam cum iuramento, vt nu. 16. & etiam cum consensu sui Episcopi, vt nu. 17.*

An beneficio c. Odoardus de solut. possit renunciari.

DECIS. CLIX.

1 QVamuis regula iuris sit, quod quilibet potest iuri in eius fauorem introducto renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pactis, cap. ad apostolicam de regular. l. si quis in conscribẽdo, C. de Episcop. & Cleric. vnde videmus, quod
2 filiusfamilias potest renunciare beneficio, quod cum eo, vt tradit de Franch. in decis. 181. & cre-
3 ditor valet renunciare beneficio præuentionis, vt habetur per eumdem de Franch. in decision.
4 670. & spoliatus renunciare poterit petitioni restitutionis, vt deciditur per Rotam in antiquis,
5 in decis. 3. decis. 6. & decis. 11. de renunciat. & fideiussor poterit renunciare beneficio fideiussorum, vt decisum refert Thoming. in Rota Lipsiens. vt patet in eius decis. 1. & donans valet re-
6 nunciare beneficio l. si vnquam, C. de reuocand. donat. Misinger. in cent. 5. obseru. 63. vt pariter
7 mulier poterit renunciare beneficio Senatuscõsulti Velleani, dummodò sit de eo certiorata, secundum quod refert Thesaur. in dec. 222. & po-
8 terit venditor etiam beneficio l. 2. C. de rescind. vend. renunciare, vt tradit idem Thesaur. in de-
9 cis. 165. & sic pariter duo rei debendi poterunt renunciare beneficio diuisionis, Polid. Ripa in obseruat. 89. & secundum Mastrillum in decis.
10 137. Actor poterit renunciare iuri exequutiuo,
11 & filius quoque valet renunciare eius legitimæ, licet non veniat in generali renunciatione, Afflict. in dec. 178. in secundo dubio, & reus potest renunciare foro, Mising. centur. 1. obseruat. 88.
12 Tamen in Curia Archiepiscopali fuit pluries cõclusum; clericum non posse renunciare beneficio cap. Odoardus de solut. vt in proprijs terminis sequuti sunt Costa de remed. subsid. remed. 29. num. 8. Parlador. in libro rerum quotidian. par. 5. cap. fin. §. 6. nu. 24. Cæual. commun. quęst. contra commun. quæstion. 71. nu. 71. Couar. in libro 2. variar. resol. cap. 1. num. 38. post Ioann. Andr. in dict. cap. Odoard. in 3. notab. de solut. quorum opinio fulcitur ex eo, quod renunciatio præfati beneficij tendit in opprobrium totius ordinis Clericalis, contra textum in c. si diligenti de foro competent. & remaneret Clericus obligatus ad perpetuum carcerem, quod neciustum, nec rationi consentaneum est; in dedecus ordinis clericalis, & absque vlla creditoris vtilitate, & commodo. Item quia sicuti beneficio cessio-
13 nis bonorum renunciari non potest, vt est magis communis DD. sententia in leg. alia §. eleganter, ff. solut. matrim. Bald. & Salyc. in l. 1. C. qui

qui bon. ced. poss. Balb. in decis. 4. Guid. Pap. in decis. 211. Rota in antiquis in decis. 4. de renunciat. & in dec. 31. de sēt. & rei iudic. Thesaur. in decis. 36. ita pariter neque huic beneficio renunciari poterit, eo magis, quia fuit introductum miserationis gratia, & beneficium concessum
14 miserationis gratia renunciari non potest, glossa communiter recepta in leg. 1. in verbo excedere, C. quando Imperat. inter pupill. & vid. quam notant ibi Bald. & Salyc. Felyn. in c. si diligenti, num. 16. de foro competenti, Barbat. in cons. 64. col. 3. volum. 4. Barbosa in l. illa §. eleganter, nu. 50. ff. soluto matrimonio, Amat. in decis. 16. num. 52. Farinac. in decis. 181. & hanc opinionem tenendo non obstat regula suprapo sita, quod quilibet potest renunciare fauori suo, quia beneficium prædictum non in beneficium vnius, sed totius ordinis clericalis introductum fuit, & propterea cessat regula, ad textum in c. ad nostram de regul. vnde euenit, quod Clerici
15 nō poterunt renunciare priuilegio, nē conueniātur coram Iudice Ecclesiastico, & se submittere iurisdictioni Iudicis sæcularis, cap. significasti, & cap. si diligenti de foro competenti, & vtrobiq; glosa, Valasc. in decis. 65. nu. 3. Gramat. dec. 61. nu. 14. de Franch. in decis. 400. num. 6. Viuius in decis. 25. nu. 1. Afflict. in decis. 85. nu. 1. Graff. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 54. Farinac. in pract. criminal. quæst. 8. nu. 10. quia cum hoc priuilegium sit introductum in fauorem totius ordinis clericalis, sequitur, vt non possit illi renunciari per vnum clericum, cap. si diligenti, de foro competenti, Gayl obseruat. 37. nu. 1. & obseru. 40. num. 7. lib. 1. Scaccia de iudic. parte prima, cap. 11. num. 37. Soccin. in cap. 1. num. 23. de foro competent. Surd. cons. 2. num. 31. lib. 1. Decian. in tract. crimin. par. 1. libro quarto, capitulo nono, numero sessagesimoprimo, Bertrand. in consil. 209. num. 2. Barbat. in cap. 2. nu. 3. de foro competēti, & adeo ob hanc rationem non potest clericus suo foro renunciare, vt nec etiam cum iuramento potest hoc facere, & non
16 obstante iuramento poterit forum allegare absque metu periurij, Specul. in tit. de renunciat. §. 1. nu. 9. Gurtier. de contract. iurat. cap. 16. nu. 50. Borrell. in cons. 11. num. 1. Alexand. de Neuo in cons. 56. nu. 1. Surdus cons. 193. num. 5. libro 2. Tilman. in decis. Camer. Imperial. 21. nu. 1. Ancharan. in cap. si diligenti, nu. 31. de foro competent. Clar. in §. final. quæst. 36. numer. 10. Scaccia de iudic. par. 1. cap. 11. num. 36. Gallesi. de obligat. in forma Cameræ, part. 2. quæst. 2. nu. 1. & sequent. vbi dicit, quod licet Clericus se obligauerit in forma Cameræ renunciando priuilegio fori, medio iuramento, per hoc tamen non poterit conueniri coram Iudice Laico, & euenit, quod nec cum consensu, & licentia sui E-
17 piscopi clericus potest prorogare iurisdictionē Iudicis laici, & priuilegio fori renunciare, glosa, & alij in cap. significasti de foro cōpetenti, Alexand. cons. 8. lib. 1. Grammat. decis. 21. nu. 1. & decis. 29. nu. 9. & 10. & decis. 61. nu. 8. & 9. Farinac. in practic. criminal. quæst. 8. nu. 13. Cened. alios referēs in collect. iur. canon. part. 1. collectan. 57. nu. 1. Marches. de commiss. part. 2. cap. 4. Surd. in cons. 396. nu. 15. Baiard. in addit. ad Clar. in §. final. quæst. 36. nu 10.

SVMMARIVM.

1 Consuetudo per testes non probatur, nisi deponant de temporis diuturnitate, de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & de illius frequentia.

2 Frequenter ex duabus vicibus inducitur.

3 Consuetudo probatur etiam per instrumenta, quando tot instrumenta concurrunt, vt verisimiliter ad notitiam totius populi, vel maioris partis deuenerit.

4 Item probari debet in indiuiduo in casu de quo agitur.

5 Non inducitur ex actibus variis, & difformibus consuetudo.

6 Si sit negatiua, opus est, vt testes exprimant, quod actus fuerint facti propter cōtradictionem alterius partis impugnantis, & in vim, ad effectum quē inducendi consuetudinem.

7 Item ad probandam consuetudinem, testes debent esse concordes circa eosdem actus, & quamuis non sint interrogati debent rationem congruam allegare.

8 Consuetudo contra ius debet esse immemorabilis.

9 Immemorabilis non probatur per testes minoris ætatis quinquaginta annorum.

10 Item non probatur, nisi per testes coniunctim deponentes de visu, per quadraginta annos de auditu à maioribus quod ita viderint suo tempore, & quod nec ipsi, nec eorum maiores viderunt, vel audierunt aliquid in contrarium, & de publica voce, & fama ante motam litem.

11 Testes de immemorabili deponentes debent expressè eius requisita recensere, nec sufficit si dicant articulum verum, nisi reddant rationem sui dicti.

Consuetudo qualiter, & quomodo veniat probanda.

DECIS. CLX.

1 Conclusum fuit in Curia Archiepiscopali, licet incidenter in quadam causa, quod ad probandam consuetudinem testes debent deponere de tribus coniunctim; Nempe de temporis diuturnitate, de visu actus cuius consuetudo allegatur, & de illius frequentia, ita & taliter, ꝙ appareat interuenisse tacitum consensum populi, vel maioris partis, Curt. Iun. cons. 184. nu. 10. & istud consilium sequitur Rota, vt per Put. decis. 264. num. 3. lib. 1. latè Dec. in cons. 215. sub num. 2. Crauetta cons. 134. num. 6. & 7. & quod ad inducendam consuetudinem requiratur actuū frequentia, tradunt etiam Franc. Marc. in decis. 255. num. 1. volum. 1. Afflict. in decis. 321. sub nu. 17. Rota diuers. in decis. 19. num. 4. & 5. par. 2. Cacheran. in decis. 99. num. 45. Gratian. in decis. 148. num. 10. Crescent. in decis. 1. de consuetud. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruation.

tion. 31. num. 1. Barz. in decision. 95. numer. 7. & sequent. Bellon. in decis. 17. numer. 6. Viuius in decisione 130. numer. 8. quam frequentiam,
2 induci ex duabus vicibus inquit glosa in cap. mo nasterio in fine de vita, & honestete clericorum, quam sequuntur Afflictus in decision. 305. num. 10. Barzius in decis. 98. num. 12. & 15. Gramat. in decis. 48. num. 1. & 3. Mastrill. in decis. 67. num. 16. Gail. pract. obseru. libr. 2. obseruat. 31. num. 7. Rota diuers. in decis. 72. numer. 30. par. 2. de Franch. in dec. 91. nu. 16. Franc. Marc. in decis. 255. num. 2. Raudens. variarum resolut. lib. 1. cap. 17. num. 56. per instrumenta autem ad hoc vt probetur consuetudo tot debent in-
3 strumenta concurrere, vt verisimiliter ad notitiam totius populi, vel maioris partis deuenerit, Ias. in l. de quibus in fin. de legib. Abb. cons. 43. nu. 6. lib. 2. Natta cons. 574. num. 14. & 16. Rota diuers. decis. 72. par. 2. & consuetudinem probari
4 debere in indiuiduo, in casu de quo agitur, scribũt Craueta in cons. 96. num. 4. Natta in consil. 175. num. 15. & numero 37. Alexand. in consil. 196. num. 13. libro 2. Rolandus in consilio 69. numero 24. libro 3. Rota diuers. in decis. 172.
5 parte 1. & testes debent deponere de actibus cõformibus, quia ex difformibus & varijs, consuetudo non inducitur, leg. quæsitum §. si quis eodem ff. de fund. instruct. & instrum. legat. leg. si certis annis, vbi Dec. numer. 16. Cod. de pactis, Alexand. cons. 5. num. 7. vol. 5. Caual. in dec. 11. nu. 51. par. 1. Mising. obseru. 42. centur. 6. Rota Auenion. in decis. 20. nu. 9. Cacher. in decis. 99. nu. 7. Surd. cons. 254. nu. 29. vol. 2. Rota diuers. in decis. 72. num. 28. par. 2. Port. in consilio 106. num. 59. & si consuetudo sit negatiua, opus est,
6 vt testes exprimãt, quod actus fuerint facti propter contradictionem alterius partis impugnantis, Franc. in cap. fin. col. 2. post med. vers. sed q̃ritur, quod si canonici, de consuetud. lib. 6. Abb. in cap. Abbate num. 10. & sequent. de verb. signif. Cotta decis. 393. Item quod fuerint facti in vim, & ad effectum inducendi consuetudinẽ, Dec. cons. 205. num. 4. Crauet. cons. 197. sub nu. 12. siquidem in dubio præsumitur animus seruãdi ius commune, Neuizanus cons. 9. numer. 31. Capra conclus. 13. nu. 3. & testes debent esse con-
7 cordes circa eosdem actus, Alex. in consilio 45. num. 4. cons. 175. & cons. 196. nu. 14. vol. 2. Corn. cons. 89. vol. 2. Decius cons. 275. num. 10. Valasc. in decis. 162. num. 11. Bellamera in decision. 64. & quamuis non sint interrogati debent rationẽ congruam allegare, vt fuit resolutum in vna Salamantina optionis 18. Maij 1575. coram Clemente VIII. tunc Rotæ Auditore, per doctrinã Innocent. in cap. cum causam de testibus, sequũtur Dec. in consil. 215. sub num. 3. Valascus in d. decisione 162. num. 15. Gratian. in decis. 148. nu
8 mero 10. & si consuetudo sit contra ius debet esse immemorabilis, Ias. in l. de quibus col. final. ff. de legib. Dec. consilio 141. num. 2. & consilio 185. num. 172. & hanc dicit communem opinionem Rocch. de Curt. in repetit. cap. final. vers. quæro an Doctori de consuetud. & tenuit Rota apud Mohedan. decision. 2. de consuetud. alias 209. Vnde requirit arctiorem, & clariorem probationem, Bellamera in d. dec. 64. Nam te-
9 stes debẽt esse ad minus quinquaginta annorũ, Caputaq; decis. 71. nu. 2. par. 3. & debent deponere cũ omnibus requisitis, de quibus per glos. communiter receptam, & à Rota sæpissimè comprobatam in c. 1. in verb. memoria, vbi Archid. Gemin. Franc. & alij de præscript. in 6. Videlicet de visu, per quadraginta annos de audi-
10 tu à maioribus, quod ita viderunt suo tempore, & quod nec ipsi, nec eorum maiores viderunt, vel audiuerunt aliquid in contrarium, & de publica voce, & fama ante motam litem. Couarr. in reg. possessor par. 2. §. 3. nu. 7. Milis in repert. in verbo testis ad probãdam memoriam, Balb. de præscript. in 2. par. q. 6. nu. 24. latè Gabr. conclus. 1. de præscript. num. 74. Caputaquen. decis. 71. par. 3. Mohed. decisio. 253. & fuit resolutum in vna Tullen. iurisdictionis 22. Maij 1596. coram Cardinale Pamphilio, & in Pampilon. decimarum 21. Maij 1603. coram eodem, & in Valentina decimarum 14. Nouembris 1597. coram Penia, & quilibet testis debet deponere de de omnibus requisitis, de quibus supra, alias si vnus de vno deponat, & alius de alio, non fit coniunctio, vt fuit dictum in Hispalen. decimarum de tribuxena 20. Maij 1594. coram Car
11 dinali Mantica, & debent à testibus dicta requisita expresse recenseri, alias si dicant articulum verum, non probant, nisi reddant rationem sui dicti, Caputaquen. d. decis. 71. nu. 3. & dec. 291. part. 3. & fuit tentum in vna Lacen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram Cardinale Pamphilio.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus constituti nõ coguntur deferre habitum clericalem.*
2 *Clericus dimittens habitum non potest carcerari.*
3 *Clericus beneficiatus nõ incedẽs in habitu & tonsura priuatur beneficio.*
4 *Prælatus potest cogere, tam clericos beneficiatos, quam clericos in minoribus ordinibus constitutos, si velint habitum deferre, vt decentem ferant.*
5 *Vestes clericales quæ dicantur.*

Clericus in minoribus ordinibus constitutus, an & quando cogatur deferre habitum clericalem.

DECIS. CLXI.

1 CLarum est apud omnes, quod Clerici in minoribus constituti cogi nequeunt deferre habitum, & tonsuram, cap. Ioannes, de cler. coniug. Panorm. in cap. fin. eod. titul. Hartaman. decis. 3. de priuil. Alex. de Neuo consil. 145. num. 6. & sequent. tamen si volunt gaudere priuilegio fori, oportet vt deferant habitum, & tonsuram, & seruiant in diuinis Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. & 17. de reformat. Fulgos. cons. 123. num. 1. vt procedit etiam in clericis coniugatis, iuxta terminos text. in cap. vnic. de cleric. coniug. in 6. Guid. Pap. in cons. 221. nu. 1. & dec. 83. Vrsill. in addit.

addit.ad Affl.in dec.274.nu.7.Gram.conf.110. nu.7.in ciuil.& in decif.10.nu.1.& 2.Farinac.in pract.crimin.q.8.num.6. Boff.in tract.crimin. in tit.de foro competent.nu. 128. Scaccia de iudic.par.1.cap.11.nu.20.vbi afferit hanc esse cōmunem opinionem,Carauita in ritu 66. quæ habitus delatio exigitur tempore capturæ, iuxta tradita per Capyc.in decif.161. Faber in decif. 39.C.de iurifdict.omn. iudic. Cappell. Tholof. in decif.104.decif.144.& decif. 147.licet in hoc Regno, Gramat.in voto 13.referat pluries sic fuisse decifum,quod clerici etiam in minoribus ordinibus constituti habentes solum primam torturam gaudent priuilegio fori,etiam si non incedant in habitu clericali,vt voluit idem Gramat.in constitut. Regni, fol.3.num.4.& Clar. quæst.35.nu.11.dicit, Senatum iudicasse in causa cuiusdam Ludouici Scribani 21. Maij 1554. clericum beneficiatum incedentem armatum vt militem à Iudice laico puniri non posse, sed considerandum est dictum ius nouissimum dispositum per Sacrum Conc. Trident.in sess.23. cap.6.& 17.de reformat.& propterea fuit deci-
2 sum in Curia Archiepiscopali, non posse carcerari clericum in minoribus constitutum,qui sine licētia ipsius Curiæ dimisit habitum clericalem & incedit in habitu laicali,siquidem de iure cōmuni clericus in minoribus constitutus non cogitur deferre habitum clericalem d.cap. fin.de cler.coniug.nisi causatiuè quatenus velit gaudere priuilegio clericali,vt ibi dicunt Abb. & alij, vel sit beneficiatus per cit. cap. Ioannes de cler. coiug.& hoc casu potest etiam declarari priua-
3 tus beneficio,iuxta Bullam Sisti V. secūdum Nouissimum in sua praxi cap. 38. licet clerici beneficiati teneantur incedere in habitu,& tonsura, hodiè iuxta decret.Concilij Tridenti loco citato extat Bulla Sisti V.de habitu,& tonsura per clericos,seu milites,beneficia,vel pensiones obtinētes deferendis, vel pęnis contra inobedientes inflictis,publicata Romæ die 18. Ianuarij 1589. de cuius materia videndi sunt Vrsill.in decif.24. num.6.Gramat.in decif.81.de Franch. in decif. 189.num.5 Farinac.in sua practica crimin.in tit.de inquisit.quæst. 8. num 40. Scaccia de iudic.caus.ciuil.& crimin.cap.11.nu.nu. 19. Caualcan.in decif.10.num.17.par.5.& potest Prelatus cogere tam clericos beneficiatos, quam clericos in minoribus constitutos,si velint habitum deferre,vt decenter,& honestè illum portent, vt habetur in cap.nullus,& per totum 21.q.4.de
5 vestibus autem quæ apertè sunt indecentes, nec honori congruunt clericali, extat tex. in clem. 1.de vita & honest.cleric. Siluester in verb. excommunicatio.2.nu.2. Viual.in explanat. Bullæ Sisti V. fol. 131. inter habitus vero indecentes sunt,primo,si quis ferret caputium bipartitum, seu virgatum,aut duorum colorum, certè non dicetur incedere in habitu clericali, & ita fuit iudicatum per Curiam Tholof.teste Aufrer.decis.127.idemque si deferat colletum virgatum, vt eademque Curia iudicauit in decif.252.& refert Milleus in pract.fol.37. num. 8. quod quidam clericus coniugatus; ex eo quod habebat caligas bipartitas Tholosæ reputatus fuit laicus, & pro crimine tamquam laicus fuit laqueo suspensus;quam opinionem ego non sequeor,pec cat pariter clericus,qui viridibus, aut rubeis vestibus vtitur, & idem dicendum videtur de veste cingulata, & quacumque alia notabiliter irreligiosa,aut scandalosa,vel prætiosa, nam hæc omnia clericis sunt vetita arg dict. 80. c. Episcopali, Siluester loc.cit.& Nauar. multa allegans in Man.c.25.nu.110.& quia in Bulla fit mentio de veste talari: respondemus, illam talarem dici quæ totum hominem vsque ad pedes tegit,vt latè per Albe.in Diction. in verb. æquitas,& tales vestes iudicātur clericis decentes, nec nimis breues,quas illas dicemus, quibus modesti,& Religiosi Sacerdotes in vnaquaque vtuntur prouincia,Summa conf.libro 3.tit.7. quæst. 1. Ratio est,quia verba Pontificis sunt intelligēda iuxta sensum,qui vulgò, & communi vsu loquendi receptus est contra cōsuetudines prouinciæ,Couarr.li.3.variarum resolution.c. 5.nu.1. & in cap.quamuis pactum 1.par.§. 5. in initio, de pact. Pinell.in rubrica, C.de rescind. vend. par.2.cap.1.nu.3.in fin. Nauarr.in manual.cap. 25.num.110.ante annum trigesimum quartum ait rasuram esse faciendam in barba secundum consuetudinem approbatam.

SVMMARIVM.

1 *Res Ecclesiastica vltra triēnium locari non potest, sed limita vt nu. 3.*
2 *Idem est in Prælato Regulari.*
4 *Assensus Apostolicus in terrularum alienatione, rerumque Ecclesiæ parui valoris nō requiritur.*
5 *In generali prohibitione alienationis, modica non veniunt.*
6 *De modicis non curatur.*
7 *Restitutio in integrum pro modica læsione nō datur,nec etiam redhibitoria, pro modica læsione competit nu. 8.*
9 *Remissio mercedis pro modica sterilitate non est facienda.*
10 *Lex generaliter loquēs,modica nō includit.*
11 *Textus in cap. terrulas 12. quæst.2.procedit nō solum in alienatione Ecclesiæ,sed etiam in earum locatione.*

An locatio rerum Ecclesiæ modici valoris vltrà triennium valida sit.

DECIS. CLXII.

1 Et si regula sit,rem Ecclesiasticam vltra triēnium locari non posse per extrauagant.ambitiosæ,de reb. Ecclef.non alien.scripserunt Caualc.in decif.43.nu.6.7.& 9. Menoch. de arbitr. Iudic.libro 2.casu 5.nu.5. Anna in singul. 317. Caroc.de locat.& cōducto in tit. de bon. Ecclef. non alienand.numer.9. Boerius in decisio. 224. num.2. Dec.conf.143.num.3. Vgolin.de potest. Episcopi cap.14.§.7. Bald.consil. 16.num.7.& fuit resolutum in Rota Romana in vna Senen.

L 3 præ-

prædij 8. Octobris 1584. corā Pamphilio, quod
2 adeò verum est, vt procedat etiam in Prælato Regulari, Burs. conf. 398. nu. 36. vol. 1. Menoch. conf. 99. nu. 7. & seq. vol. 4. & Monald. conf. 16. vol. 1. vt fuit resolutum in dict. Senen. prædij 8. Octobris 1584. coram Pamphilio, tamen in Curia Archiepiscopali in quadam facti contingentia fuit conclusum, non habere locum in locatio
3 ne rerum modici valoris, nam sicuti in alienatione terrularum, rerumque Ecclesiæ parui valo
4 ris assensus Apostolicus non requiritur, per tex. expressū, ac vulgatū in c. terrulas 12. q. 2. ita nec in locatione, quā opinionē referunt, ac sequuntur Caualc, in decis. 45. nu. 4. & nu. 55. & in dec. 46. nu. 6. & nu. 75. Dec. in conf. 142. num. 5. Villaut. in decis. 52. Balb. decis. 19. Leo in Thesaur. fori Ecclesiast. cap. 15. nu. 23. Graff. in conf. 2. volum. 2. Guid. Pap. in decis. 156. Tolet. instruct. Sacerd. cap. 91. in fine, cuius conclusionis ratio est,
5 quia in generali prohibitione alienationis, modica non veniunt, Abb. in cap. vt super de reb. Eccles. non alien. Felin. in cap. fin. in fin. de spōs. post Bald. in cap. si proponente num. 5. & seq. de rescript. & in consil. 91. vol. 1. & de modicis
6 non curatur leg. scio ff. de integ: restit. hinc fit, quod restitutio in integrum pro modica læsio
7 ne non datur d. l. scio, & l. penult. ff. de minor. c. penult. de reb. Eccl. non alien. Gabriel. de rest. in integrum conclus. prima, vbi de communi, Bursat. conf. 27. nu. 17. Sfort. de restit. in integ. q. 4. art. 12. num. 105. Cald. in l. si curatorem nu.
8 7. C. de rest. integr. quemadmodum redhibitoria non competit pro modica læsione, Bald. in
9 l. fin. ff. de redhibit. actio. nec pro modica sterilitate fit remissio mercedis l. si merces §. vis maior ff. locat. Boss. de remiss. mercedis num. 107. Carroc. decis. 100. Benin. decis. 7. & Valas. decis.
10 30. & lex generaliter loquens modica non includit, Soccin. in fallen. 129. quem textum in d. cap. terrulas ampliant procedere etiam in Prælato iurante non alienare, inconsulto Pontifice, Abb. in cap. vt super num. 35. de reb. Eccles. non alienand. Caualc. in d. decis. 45. num. 75. p. 1. ita pariter est dicendum in locatione rerum Ecclesiæ
11 parui valoris, quia textus in cap. terrulas 12. q. 2. procedit non solum in alienatione, sed etiam in locatione, secundum Thoming. in decis. 73. Crot. in conf. 96. nu. 14. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Moderamen inculpatæ tutelæ operatur, vt homicidium deindè sequutum sit omnino impunibile.*

3 *Defendens se cum moderamine inculpatæ tutelæ nō tenetur ad aliquā restitutionem, siuè defensio fiat pro salute corporali, siuè pro honore, vel rebus.*

3 *Excedens in se defendendo nō punitur pœna ordinaria delicti, sed pro excessu tantum, & sic arbitrio Iudicis.*

4 *Amplia siuè excesserit modum in se defendendo ex culpa, siuè ex dolo.*

5 *Defendens se, & excedendo modum inculpatæ tutelæ dicitur in culpa, & non in dolo.*

Excedens in se defendendo, an puniatur pœna ordinaria, vel pro excessu tantum, & sic pœna extraordinaria arbitrio Iudicis.

DECIS. CLXIII.

1 MOderamē inculpatæ tutelæ operatur, vt homicidiū, vel factū deindè sequutū sit omninò impunibile, & nulla pęna mulctetur l. 1. C. vnde vi, l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi armata, Blanch. in pract. crim. §. tertia pars defensionis nu. 146. Clarus in §. homicidium nu. 14. Cępol. in consil. 42. Cabal. in tract. de omni gener. homicid. nu. 67. 92. & 93. hinc secundum Rebel. de obligat. iustitiæ par. 1. libro 3. quæst. 12. num. 1. defendens se cum moderamine non tenetur ad aliquam restitutionem, siuè defensio fiat pro salute corporali, siuè pro honore, vel rebus: fuit tamen in Curia Archiepiscopali dubitatum, an si quis metam defensionis excesserit veniat puniendus pęna ordinaria, an verò pro excessu tantum, & sic pęna extraordinaria arbitrio Iudicis,
4 & fuit conclusum, quod excedens in se defendēdo p̄dictū moderamen inculpatæ tutelæ, homicidium non erit punibile, & illud committens punietur pœna extraordinaria arbitrio Iudicis pro excessu tantum, vt in proprijs terminis, & in specie sequuti sunt Plaça in epithome delictorum, lib. 1. cap. 28. nu. 14. vbi complures hoc volentes allegat, Marsil. in singu. 81. nu. 17. Grām. consil. 63. nu. 10. & sequen. Clar. in d. §. homicid.
4 nu. 39. vbi idem dicit, siuè excesserit modum in se defendendo ex culpa, siuè ex dolo, Aretin. consil. 80. nu. 8. & sequent. Boss. in tit. de homicid. nu. 91. Cagnol. in l. quidquid calore iracundiæ, nu. 7. & sequen. de regul. iur. Felyn. in cap. dilecti filij, nu. 12. & sequent. de except. & ob id nō punitur de toto, sed de excessu, quia fędus, seu verbera non possunt dari cum mensura, & se defendens non potest habere stateram in manibus, vt latè tradit Cabal. in d. tractatu de omni genere homicidij, nu. 98. & seq. & propterea si metam defensionis ex proposito & de libertate quis excedit, non punitur pro toto, sed pro excessu tantum, Bald. in conf. 111. nu. 2. lib. 4. Boer. in decis. 158. nu. 17. Cępoll. conf. 34. num. 34. & sequent. Gomes. in tit. de delict. c. 3. nu. 24. vbi testatur de communi, Viuius in libro commun. opinion. cōclus. 189. nu. 11. Menoch. de arb. iudic. casu 278. n. 1. & sequēt. lib. 2. Clarus in d. §. homicidiū, nu. 27. vbi de receptissima opinione testatur Mascard. de probat. conclus. 1126. nu. 30. enim qui
5 se defendendo excedit modum inculpatæ tutelæ dicitur in culpa, & non in dolo, Felyn. in cap. significasti, nu. 14. de homicid. Gram. conf. 6. nu. 17. Gail. practic. obseru. obseruat. 110. nu. 18. lib. 2. Mascard. de probat. dict. conclus. 1126. nu. 49. Iodoch. in pract. crimin. cap. 76. num. 20. & hæc decisio est intelligēda, quoties excessus fuerit factus circa illa tria, scilicet, circa modum, circa tēpus, & circa causam, nam si excessus fuerit factus in vno

In vno ex istis supradictis requisitis, tunc diceretur excedens in læuissima culpa, & successiuè nulla culpa puniretur, vt in facti contingentia, propter ipsius allegationes obtinuit solertissimus Iuuenis D. Io. Maria Nauar. à Pistitio, Prouinciç Basilicatæ oppido, & sic in proprijs terminis sequuti sunt Cæpolla in conf. 41. num. 10. Bolognet. consil. 26. column. penult. & consil. 37. colum. 3. Farinac. in sua pract. crim. q. 125. nu. 404. & seqoent.

SVMMARIVM.

1 *Causa separationis Thori dicitur grauis, & ardua, & requirit probationes necessarias, & concludentes.*
2 *In dubio iudicandum est contra separationem Thori.*
3 *Matrimonium propriè dicitur indiuisibilitas.*
4 *Confessioni coniugum non statur contra matrimonium.*
5 *Thori separatio non permittitur, nisi in casibus à iure expressis.*
6 *Propter ebrietatem potest concedi Thori separatio.*
7 *Ebrietas furori æquiparatur.*
8 *Durante ebrietate, ebrius quidquid agit ignorat.*
9 *Quemadmodum furioso prohibetur contrahere, ita pariter, & ebrio.*
10 *Furor est legitima causa petendi separationem Thori.*
11 *Omnis causa, quæ sub se continet futurum periculum vitæ vxoris, est legitima ad petendum Thori separationem.*
12 *Mulier potest petere Thori separationem, si maritus ei vitæ insidiatur, licet aliter sit quando maritus offert cautionem.*

An ebrietas dicatur iusta causa petendi separationem Thori.

DECIS. CLXIV.

1 Causa separationis Thori dicitur grauis, & ardua, & requirit probationes necessarias, & concludentes, Paris. conf. 54. nu. 14. libr. 4. Rimin. Iun. conf. 174. nu. 17. lib. 2. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Pap. Matrim. die 27. Iulij 1599. coram Pamphilio, quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an legitima causa separandi Thorum fuisset, si maritus esset solitus inebriari, & ebrietas tenderet in
2 periculum vitæ vxoris & dicebatur in dubio iudicãdum contra Thori separationem, Felyn. in conf. 26. cum indiuisibilitas sit propriè matri-
3 monium, cap. fin. de condit. opposit. & contra eum non dispensatur, capit. pietas 22. quæst. 4.
4 vnde non statur confessioni coniugum contra matrimonium, Triuis. in decis. 28. par. 1. Verall. in decis. 120. par. 1. Franc. Marc. in decis. 891. p.
5 2. Insuper dicebatur, matrimonij separationem in dubio non permitti, nisi in casibus à iure expressis, argumento tex. in cap. cum apud sedem de sponsalibus.

Quidquid sit ex supra relatis Curia Archiep. censuit, ebrietatem esse iustam causam petendi separationem Thori, ebrietas enim furori æqui-
7 paratur, vt notabiliter voluit Bal. in l. 1. C. de curatore furios. & conf. 27. col. 1. & alij innumeri apud Mascard. de probat. in conclus. 300. vnde id quod dicimus de furore, iudicamus etiam de ebrietate, idẽ Bal. in conf. 60. cum durante ebrie
8 tate, ebrius quidquid agit ignorat, sicuti furiosus l. furiosi ff. de reg. iur. Viu. in decisione 289.
9 vbi quemadmodum furioso prohibetur contrahere ita pariter ebrio, & contractus ab eo celebrati sunt nulli, secundum Eundem loco citato
10 n. 3. quare de iura est legitima causa petendi separationem Thori, vt probat tex. in §. mitiores in Auth. de nup. de Franch. in dec. 140. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 8. quibus addo tex. in l. sicut dotem §. si maritus ff. solut. matr. vbi Alex. num. 3. dicit, hanc opinionem communem esse, & ab omnibus receptam, quæ opinio probatur
11 etiam ex eo, quod omnis causa, quæ sub se continet futurum periculũ vitæ vxoris, est legitima ad petendam Thori separationem, cap. litteras, vbi Abb. de rest. spoliat. Couar. in c. quæsiuit de
12 diuort. vbi ponit exemplum, si maritus insidiatus esset vitæ vxoris, vt si tentauit eam veneno occidere, sequitur Thesaur. in decis. 130. post Bal. in l. 1. C. commu. de leg. vbi si offert cautionem maritus, non fit separatio Thori, nisi per cautionem non posset esse consultum vitæ vxoris, glo. in l. transmissa de rest. spoliat.

SVMMARIVM.

1 *Clericus fuit constitutus de iure diuino.*
2 *Clerici dicuntur quodammodò tenere locum Apostolorum.*
3 *Clerici vndè appellantur.*
4 *Clerici sunt qui sorte Dei ministerio seruiunt.*
5 *Clerici dicuntur translati ad famulatum domini, & segregati à cætu laicorum.*
6 *Clerici quid iurare habeant ex eorum officio, & quibus debent esse intenti.*
7 *Clerici debent Sacramenta populis ministrare, eosque pascere.*
8 *Clerici dicuntur res sacræ.*
9 *Clerici in actibus suis vndiquè elucescere debent.*
10 *Turpitudinis suspitio à clericis abesse debet.*
11 *Clerici debent esse sicut cãdelæ super candelabro.*
12 *Clerici debẽt esse perfectiores, & sanctiores laicis.*
13 *Clerici debent laicos moribus præcellere, & scandala quantum possunt fugere.*
14 *Clerici dicuntur magis peccare, quam laici ideo grauiùs puniuntur.*
15 *Clericatus est qualitas aggrauans peccatum.*
16 *Dignitas Sacerdotalis, quantum est excelsior, tanto maior erit ruina, si peccauerit.*
17 *Clericus in sacris in eodem genere peccati magis peccat, quam constitutus in minoribus.*
18 *Peccare grauius dicitur qui maiori præfulget dignitate, ideo grauiùs est puniendus, & nu. 22.*
19 *Fornicatio est grauior in constituto in dignitate, quam in clerico simplici.*
20 *Delictum fit grauius, & turpius ex qualitate, & dignitate delinquentis.*
21 *Maior in bonore, debet esse maior in sanctitate.*

23 Cle-

23 *Clerici cur magis peccent quam laicis.*
24 *Clerici sunt efficacius obligati ad diuinum amorem.*
25 *Clericus rixosus, vel scãdalosus potest cogi ad præstandam cautionem de benè viuendo.*
26 *Effectus cautionis de benè viuendo est honestè viuere, alterum non lædere, & ius suum vnicuique tribuere.*

An clericus rixosus, vel scandalosus possit cogi ad præstandam cautionem de bene viuendo.

DECIS. CLXV.

1 QVod clericatus sit constitutus de iure diuino, nulli dubium est, vt notat glosa in cap. si imperator 96. distint. Præpos. in cap. in primis §. de persona num. 6. 2. quæst. 1. Abb. in cap. solitæ vers. nota ibi Pontifex, de maiorit. & obedient. Marta de iurisdict. par. 1. cap. 5. nu. 1. cum sequent. Germon. de Sacror. Immunit.
2 lib. 3. num. 35. hinc enim clerici quodammodò dicuntur tenere locum Apostolorum, vt habetur in cap. ex authoritate 16. quæst. 1. Appellan-
3 tur autem clerici isto nomine à verbo græco, clerus, quod idem est, quod sors, siuè hæreditas latinè, vt docet Isidor. lib. 7. ethimol. in tit. de cleric. glos. in cap. porro distint. 66. & cap. duo sunt 1. quæst. 1. & in auth. præsbiteros, C. de Episco. & cleric. Graff. in decis. Aur. par. 2. lib. 3. cap. 1. num. 3. Scappa de iure non scripto libro 1. c. 17. num. 8. & ideò clerici sunt, qui sorte dei mini-
4 sterio seruiunt, Gigas de crimine lasæ Maiestatis in tit. quis cognoscat de crimin. lesæ Maiestat. nu. 15. Port. consil. 16. num. 19. Borrell. ad Bellug. in specul. princip. rubric. 11. §. videndum lit. G. vbi dicit, quod statim, quod quis est as-
5 sumptus ad clericatum dicitur translatus ad famulatum domini, & intelligitur segregatus à cętu laicorum, & ex quo dicuntur serui Dei, ac Deo obsequi, & seruire profitentur cap. clericos 21. distint. cap. penult. 58. distinct. cap. Diaconi 93. distinc. cap. cum secundum Apostolum de præbend cap. 2. de clerico venatore, & nihil
6 aliud debent curare nisi fugere domesticos, & vacare Deo, nè alterius necessitatis munere impediantur cap. cui portio 12. quæst. 2. Graff. in decis. Aur. par. 2. lib. 2. cap. 1. num 4. vnde hoc hominum genus contemplationi, ac orationi prorsus deditum ab omni temporalium strepitu cessare debet, cap. duo sunt 12. quæst. 1. §. Deo autem vers. si autem æconomi, vel alij clerici fuerint in Auth. de Sanctis. Episcop. vbi hoc notãt Ang. & Bart. & consequenter diuinis officijs solum eos intentos esse oportet, l. omnes C. de Episcop. & cleric. nefas est eos à diuinis officijs distrahi, quod ad eorum internam professionẽ pertinet, cap. innoua 16. quæst. 7. Clemen. 1. vbi Cardin. de vita, & honest. cleric. & non solum
7 debent orationibus, ac alijs contemplationibus vacare, verum etiam Sacramenta populis ministrare, & docendo Christi gregem diligenter pascere, toto titul. de baptis. & eius effect. & de
8 pœnitent. & remis. ex quo sunt ascripti diuinæ militiæ, ac diuino cultui se deputarunt, & dicuntur res sacrosanctæ, ac spirituales d. cap. cui portio 12. quæst. 1. Innocent. & alij in cap. 1. de maiorit. & obedient. Rebuff. cons. 193. nu. 4. lib. 2. & cons. 301. nu. 52. lib. 3. Franch. de priuileg. Eccles. priuileg. 45. nu. 16. Germon. de sacror. immunit. lib. 2. cap. 15. num. 29. Gigas in tractat. de crimin. læsæ Maiest. d. num. 15. & tanquam
9 tales in actibus suis vndiq; elucere debẽt, Visch. de immunitat. Eccles. nu. 8. & ideò satis ad propositum in Sacro Concilio Tridentino. sess. 22. cap. 1. de reformat. habetur, nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt, cum enim à rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam in speculum reliqui oculos conijciunt, ex ijsque sumunt, quod imitentur, quapropter sic decet omninò clericos in sortem Dei vocatos, vitam moresque suos omnes componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque omnibus rebus nil nisi graue, & moderatum, ac religione plenum præferatur, & quæ sequuntur; & non solum aliquam turpitudinem in incessu, vestibus, moribus, dictis, factis, ac cœteris actibus demonstrare non debent, vt habetur in præcit. Concilij Tridentini capitul. & in tot. tit. de vita, & honesta. clericor. & voluit Fuscus in suis singul. in littera C. numero 116. ve-
10 rum etiam, & turpitudinis suspitionem fugere debent, tot. titul. de cohabit. clericor. & mulier. quia domus Cœsaris non solum debet carere delictis, verum etiam delictorum suspitione, im-
11 mò esse debent vti candelæ super candelabrum ad aliorum lumen, vt in Euangelio, vos estis lux mundi, nec non & perfectiores, & sanctiores lai-
12 cis omnimodò se ipsos demonstrare oportet, Bellin. de re milit. part. 6. tit. 2. num. 9. ac eos mo-
13 ribus omninò præcellere Turrecremat. in cap. qualis 28. quæstione 1. & scandala quantum possunt fugere, cap. cum infirmitas, & cap. præcipimus de pœnitent. & remis. ideò clerici dicũtur magis peccare, quam laici, & grauiùs sunt
14 puniendi in eodem genere peccati cap. cum quidam de iureiuran. cap. 1. de empt. & vendit. leg. præsbyteri, C. de Episcop. & cleric. & not. in cap. summa 14. quæst. 3. Dec. in cap. at si clerici nu. 235. de iudic. Turrecremat. in cap. homo Christianus nu. 4. & 5. distinct. 40. vbi dicit, quod
15 clericatus est qualitas aggrauans peccatum, Bertachin. in suo repertorio, in verbo clericus periurus, textus, & glosa in verbo cadit, in dicto capitulo homo Christianus, vbi habetur, quod for-
16 titer caditur in peccatum propter duas causas scilicet propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis peccantis, capitulo duo sunt 96. dist. ibi tanto grauius pondus est Sacerdotum, quod clarissimè deducitur ex Sacrosancto Concilio Tridentino sess. 22. ca. 1. ibi leuia delicta, quæ in ipsis maxima essent, & in cap. multi 40. dist. dicitur, quod malus Sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatẽ; & S. Hieronymus ait, quod grandis est dignitas Sacerdotũ, sed grandis est ruina, si peccant,

cant, vt eum refert Parisiens. Concilium celebratum temporibus Gregorij Quarti Summi Pontificis, lib. 1. capitulo 12. sic etiam in eodem
17 genere peccati clericus in sacris, & beneficiatus magis peccare videtur, quam simplex clericus, not. Vital. in Clementin. dictæ sanis §. præsenti nu. 7. de vita & honestat. cleric. & qui ma-
18 iori præfulget dignitate grauius etiam peccare dicitur: Turrecremat. in dicto capitulo homo Christianus numero 4. & 5. distinct. 40. Zabarell. in clement. 2. §. dignitatem de vita, & honestat. cleric. Menoch. in tract. de arbitr. iud. ca-
19 su 392. num. 16. quo fit vt in Episcopo, vel alio Prælato, fornicatio est grauior, quam in clerico simplici, Menoch. in tract. præd. casu 418. nu. 4. Et prædictorum omnium est ratio, quia pecca-
20 tum grauis, & turpius iudicatur ex qualitate, & dignitate delinquentis, & peccantis l. omne delictum §. primo, de re milit. leg. quædam ff. de pœn. leg. præsbyteri Cod. de Episcop. & cleric. cap. excommunicamus §. credentes versicul. si vero clericus vbi glosa in verbo ex creatura, de hæret. cap. cum quidam de iureiurand. ibi tanto grauius vendicandum, quanto maiori præeminet dignitate, de hæret. in 6. cap. nullitas in fin. 25. quæst. prima, vbi Hylarius Papa dicit, quod
21 reatu maiori deliquit, qui potiore honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium, Oldrad. cons. 65. Crauetta cons. 9. nu. 2. libro 1. vbi dicit, quod delictum sit grauius ratione præsbiteratus, & dignitatis delinquentis; & huius rationis ratio est, quia ma-
22 ior in honore, debet esse maior in sanctitate, ex ea ratione tex. 100. distint. cap. vilissimus, prima quæst. prima, Sebastian. Medicees in 3. opusculo num. 9. vbi etiam dicit, quod grauius est puniendus, quanto in maiore honore reperitur is qui peccat, allegat cap. præsbyteris 5. q. 6. secunda
23 ratio principalis cur clerici magis peccant, quã laici, est quia omnes homines generaliter tenentur, & sunt debitores Deo Omnipotenti, pro tot, tantisque erga eos collatis beneficijs, & quæ quotidie ab ipso Domino accipiuntur, vt meminit textus in Authen. quomodo oporteat
24 Episcopos in principio erunt igitur magis obligati Sacerdotes, ac cæteri clerici, & religiosi, quia altiora, & maiora beneficia à Domino aceperunt.

Ex his igitur inoleuit Decisio, & Practica in Curia Archiepiscopali fundata in Iudicis officio ex l. congruit ff. de officio præsid. & leg. æquissimum ff. de vsufruct. quod vbi quis clericus est
25 valdè Rixosus, vel scandalosus cogitur ad dandam cautionem de bene viuendo, & si fuerit in carceribus, detinetur donec cautionem præfatã præstiterit de benè viuendo vt tradit Hercul. in tractat. de cautio. de non offendend. cap. 22. vbi num. 4. dicit effectum huius cautionis esse serua-
26 re illa tria præcepta scilicet honestè viuere, alterum nõ lædere, & suum ius vnicuique tribuere, vt in §. iuris præcepta Inst. de iustitia, & iure, & in l. 1. ff. eodem titul.

SVMMARIVM.

1 *Dolus regulariter non præsumitur.*
2 *Quilibet præsumitur bonus, non autem dolosus.*
3 *Dolum allegans probare debet.*
4 *Quælibet causa etiam minima iniusta, atque temeraria, & fatua excusat à dolo.*
5 *Quælibet causa non excusat à culpa.*
6 *Ob culpam potest quis censurari.*

An quęlibet causa excuset à dolo, & pęna corporis afflictiua.

DECIS. CLXVI.

1 QVoniam dolus regulariter non præsumitur, vt habetur in l. quoties §. qui dolo ff. de probat. l. dolum C. de dolo l. prætor §. Marcellus ff. de iudic. cap. Sedes Apostolica in fine, & cap. ex parte extra de rescriptis Gramm. in decis. 60. Dec. cons. 175. num. 5. latissimè Mascard. de probation. conclus. 532. quilibet enim præsumitur bonus, non autem dolosus, vt habe-
2 tur in l. merito ff. pro socio leg. omnimodo, C. de in off. testamento, cap. fin. de præsumpt. Cranetta cons. 8. nu. 1. Soccin. cons. 277. lib. 2. Corn. cons. 63. quapropter efficitur, vt qui dolum alle-
3 gat, probare debeat, vt asseruit Castrens. in l. si ex argentarijs §. prætor num. 3. ff. de edendo, & in l. transactionem num. 2. C. de transac. Dec. in cons. 256. num. 3. Paris. cons. 96. num. 67. & 68. vol. 1. glosa in cap. Sedes, & in cap. litteris de rescriptis, probat etiam Alciat. de præsumpt. præs. 2. nu. 2. cui accedunt Abb. in cap. cum quidam n. 5. de iureiurando, Felyn. in cap. si autem colum. 1. & 2. de rescript. Hinc Curia Archiepiscopalis pluries in varijs, diuersisque causis in ea
4 decisis obseruauit, quamlibet causam etiam iniustam, coloratam, temerariam, bestialem, atque fatuam excusare à dolo præsumpto, & à pęna afflictiua leg. igitur §. potest ff. de liber. caus. l. plagij la 2. ff. ad leg. flauiam de plagiar. l. 1. §. fin. ff. de abigeis, tradunt Verall. in decis. 108. part. 3. Cassad. in decis. 19. & decis. 2. sub num. 5. de pensionibus, Rota diuers. in decis. 583. sub num. 3. libro 1. Mohedan. in deci. 4. de transac. vbi planè aperit ità extitisse iudicatum in Rota Romana, quod ad excusandam priuationem, & pęnam quælibet causa etiam fatua, bestialisque sufficiat, vt etiam refert, latè alios cumulans, Viuius in decis. 80. num. 2. & in decis. 400. vbi nu. 3. dicit, quod licet quælibet causa excusat à dolo, & à pœna corporis afflictiua l. si ex plagijs C. ad leg. iul. de plag. cum alijs iuribus ante cita-
5 tis, tamen ea nullatenus reipsa excusat à culpa, vt ante eum voluit Bartol. in l. iustè ff. de acqui. possess. & fuit decisum in Rota Romana, teste Moedan. in deci. 3. de sententia excommunicat.
6 taliter quod quis ob culpam potest, & debet cęsurari, c. nemo, & c. nullus 10. q. 3. explicat optimè, & magistraliter Mohedan. in dicta decis. 3. sub nu. 1. & seq. de sent. excomm.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dimissione habitus clericalis, quis præsumitur renunciasse clericatui.*
2 *Renuncians actioni, iurique suo, amplius repetere non potest.*
3 *Renuncianti iuribus suis, amplius non est dandus regressus.*
3 *Clericus qui dimisit habitum potest illud reassumere absque licentia Episcopi.*
5 *Semel clericus nunquam desinit esse clericus.*

An clericus, qui dimisit habitum possit illum reassumere absque licentia Episcopi.

DECIS. CLXVII.

CVm in facti contingentia euenisset, quod quidam clericus dimisisset habitum clericalem, manendo vti laicus per multum temporis spatium, cumque vellet clericalem habitum reassumere, fuit dubitatum an potuisset licitè hoc facere absque licentia Episcopi, & primo negatiuè resoluendum videbatur, quoniam per dimissionem habitus censetur renunciasse clericatui, faciendo actum contrarium ipsi ordini,
1 argumento eorum omnium, quæ notant DD. communiter in capit. 1. de apostatis, & late tradunt Capyc. in decis. 161. Faber in decis. 14. C. de iurisdict. omn. iud. Balb. in decis. 99. & proinde succedit iuris regula, quod qui semel renun-
2 ciauit actioni, iurique suo, amplius repetere non potest, l. quod fecit ad Turpill. l. si maritus §. si negauit ff. ad leg. Iul. de adulter. leg. hi tamen in fine ff. de accus. cap. ad aures de renunciat. l. quæritur ff. de ædilitio edicto, scripserunt Dec. in cons. 389. num. 10. Afflict. in decisio. 22. Paris. consil. 12. numer. 10. volum. 2. Cephal. consil. 284. num. 6. volum. 2. Ias. consil. 219. volum. 2. Viuius in decis. 316. num. 2. & remittentibus iu-
3 ra sua amplius non datur regressus, Becc. in consilio 34. num. 12. & 27. consil. 38. num. 4. consil. 58. num. 8. cons. 74. num. 4. cons. 90. num. 7. & cons. 106. nu. 18.
4 Cæterum supradictis non obstantibus contrarium pluries fuit resolutum in Curia Archiepiscopali, vt scilicet, quod in tali casu non sit necessaria licentia Episcopi, taliter quod sinè dicta licentia quis non gaudeat priuilegio clericali, sed clericus possit ex se denuò assumere habitum, vt habetur per Viuium in decis. 512. nam
5 semel clericus, nunquam desinit esse clericus, vt notabiliter, & magistraliter docuerunt Artaman. in consil. 22. numer. 6. & Merenda consil. 91. num. 3. & sequent. Aduerte tamen, quod hodie prohibitum est illis, qui aliàs habitum clericalem dimiserunt, illum reassumere absque licentia Curiæ Archiepiscopalis, ex nouissima constitutione Synodi diœcesanæ, & edicto Illustrissimi D. Cardinalis Carafę Archiepiscopi, sed tamen de facto illum reasumentes, gaudent priuilegijs clericalibus.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis substituens non tenetur de facto substituti.*
2 *Procurator substituens non tenetur de facto substituti.*
3 *Substitutus à procuratore virtute mandati sibi à Domino dati, videtur substitutus à Domino, & non procuratore.*
4 *Et reuocari non potest à substituente, sed à Domino.*

An Vicarius Capitularis substituens teneatur de facto substituti.

DECIS. CLXVIII.

1 OCcasione huius dubij inoleuit decisio negatiua circa istũ articulũ in Curia Archie. scilicet, quod Vicarius Capitularis substituens alium Vicarium virtute potestatis sibi traditæ ab ipso Capitulo, nõ tenetur de facto, seu de culpa, q̃ dicto substituto ei imputari potest, & rõ est, qa videtur hic vti ꝓcurator cõstitutus à Capitulo mediãte persona Vicarij cui cõcessa fuit facultas substituẽdi, vt dicit gl. in c. 1. de procuratoribus in 6. Bal. cons. 31. nu. 6. vol. 1. Alex. cons. 22. vol. 1. Hatta. in cons. 61. nu. 3. & seq. & hanc etiã opinionem tenet in specie Salyc. in l. quod quis in 5. q. C. de proc. Frãch. in c. 1. §. liceat in 3. col.
2 vers. tertio aduerto eod. tit. lib. 6. & in procuratore substituente, ꝙ non teneatur de facto substituti refert iudicatum in S. C. de Franch. in deci. 211. & scribit Anna in alleg. 107. vbi dicit, quod
3 substitutus à procuratore virtute mandati sibi à Domino dati, videtur substitutus potius ab ipso Domino, quã à procuratore l. ita §. gessisse ff. de adm. tut. l. itẽ eorũ §. 1. ff. quod cuiusq. vniuersi. nomi. & in tãtum est verum, ꝙ quis reuocari nõ
4 potest ab ipso procuratore substituẽte, sed à Domino regulariter, tex. in c. is, qui de proc. in 6. & ꝓpterea videtur, quod cũ videatur substitutus à Domino, periculum sit Domini, & nõ substituẽtis, & ita in indiuiduo refert glo. in cap. is qui de procur. in 6. vers. substituendi.

SVMMARIVM.

1 *De furto in primis constare debet, vt de hoc crimine agi possit.*
2 *Ex querela partis primũ potest constare de delicto.*
3 *Idquè sufficere etiam per famam.*
4 *Strepitum in domo arguere furtum.*
5 *Item acclamationem, & vociferationem.*
6 *Querimoniam quoque Domini rei furtiuæ.*
7 *Fracturam etiam in loco furti.*
8 *Licet res furtiua sit incerta, dummodò sit certus fur, agi potest.*
9 *Etiam si nomen rei, vel Domini rei furtiuæ ignoretur procedi potest.*
10 *Particularis cõprobatio furti quomodò requiratur.*
11 *Sat esse probare rem furtiuam interdum fuisse in loco commissi furti.*
12 *Qui semel possedit adhuc præsumitur possidere.*

Ad

Ad hoc vt de crimine furti agi possit quę necessariò concurrere debeant.

DECIS. CLXIX.

1 FVit resolutum in Curia Archiepiscopali, nō solum necesse esse, vt re vera furtum extiterit, ad hoc, vt in iudicio furti agi possit, sed de ipso furto in primis constare debere, vt placuit glossæ in §. fi. in verbo fortuitos Inst. quib. mod. recontrah. oblig. & sequuti sunt Bar. in l. si quis ex argentarijs §. an nec hæredi num. 4. ff. de edēdo, & in l. sic reditur nu. 4. & seq. C. de pign. act. & in l. si quando n. 4. C. vnde vi, Bald. cons. 476. vol. 1. Alex. in l. prętor ait nu. 5. & ibi etiam Ias. nu. 11. & seq. ff. de eden. Paris. cons. 156. nu. 2. & seq. vol. 4. Marsil. in l. quæstionis modum ff. de quæst. Boer. dec. 164. nu. 8. Crauet. cons. 260. colum. 2. Paris. cons. 153. nu. 8. lib. 4. & complures alij relati à Mascard. de probat. concl. 829. nu. 1. Farinacc. de inquisit. quæst. 2. num. 14. Ang. de malef. in verbo & vestem cęlestem, Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 269. Iurisc. in l. 1. §. item illud ff. ad S. C. Syllan. inquit, item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quæstionem, liquere igitur debet scelere interemptum, vt Senatus consulto locus sit, & de furto dicitur constare ex querela,
2 maximè si accusator sit vir bonæ famæ, & ex ea Iudex potest inquirere, nō autem potest torqueri reus, alijs non extantibus iudicijs, & multò minus condemnari, per ea quæ tradit Marsil. in pract. crim. §. principium nu. 6. & sequent. Clar. in pract. crim. quæst. 4. Farinac. in pract. crim. in tit. de inquisit. quæst. 2. num. 16. & sat est etiā
3 per famam in vicinia de furto constare, ad hoc, vt Iudex inquirere possit, vt tradit Ias. in l. ius iurandum §. procurator ff. de iur. iurand. Bart. & Ang. in l. certum §. 1. ff. de confessis, Blanc. de indic. nu. 15. Farinac. in pract. crim. in tit. de inquisit. quæst. 2. num. 18. licet requiratur, quod fama sit legitimè probata, alias non constaret de delicto, Bal. in add. ad Specul. in tit. de sent. colum. 18. in fine, & strepitus in domo, vbi furtum factum fuisse dicitur, solet etiam DD. considerare, vt si vicini deponant, illa nocte varios strepitus, & insolitos clamores ex illo loco audiuisse, ex hoc enim ibi præsumitur furtum factum fuisse, Bart. in l. si quando num. 5. Cod. vnde vi, Bald. in cap. cum terra in fin. de elect. Aretin. in §. sed istæ num. 5. institut. de Act. Abb. in cap. super eo nu. 9. de his quæ vi, metusque caus. fiunt, Gram. cons. 41. nu. 2. & 3. Roland. in consil. 51. numer. 18. Paris de sindic. in verbo mandauit colum. 8. vers. quando delictum in fine;
5 item ex acclamatione, & vociferatione ex loco commissi furti, de delicto ad effectum procedēdi constabit, vt si acclamatum fuerit adesse fures, vel ignem accensum, vt celerius vicini accurrant, Marsil. in consil. 8. num. 5. Farinacc. in pract. crimin. in tit. de inquisit. quęst. 2. numer. 17. & in titul. de indic. quæstione 52. num. 157. Clar. in sua practica quæst. 66. Paris. consil. 56. num. 35. vol. 4. Blanc. de indic. num. 425. Masc. de probat. conclus. 23 licet Specul. in tit. de pignor. in princ. nu. 15. dicat per alicuius acclamationes, quod latrones auferant sibi bona, non probari furtum, nisi concurrant aliæ coniecturæ, quare adhibendum esse iudicium, nè fraus fiat; varijs enim de causis in facto obseruaui, homines bona sibi furto subtracta simulare, quāuis hoc verum non sit, aut vt aliquem de furto calumnientur, vel vt rem ipsi vsurpent & furentur ob aliam, seu similem causam, Boss. in tit. de furtis n. 2. Io. And. ad Specul. in tit. de locato, Acclamatio autem probari potest per duos testes, qui habeant notitiam acclamationum ipsius acclamantis, gl. in l. fin. C. fam. ercisc. & in l. 2. §. idem labeo il 1. in verbo audiuerunt ff. de aqua pluuia arcenda, Marsil. in rubrica de probat. num. 329. & seq. Bal. in l. si non speciali nu. 1. C. de testam. & in l. conuenticulam C. de Epis. & cleric. Cotta in suis memoralibus in verbo testis deponens, Clar. in sua pract. crim. quæst. 21. vers. sed quid vbi dicit hoc vocis indicium esse multum fallax, & periculosum, est igitur hoc simplex indicium, quod ex ipsa acclamatione resultat, tum quia, vt diximus potest per simulationem acclamari, tum etiam, quia testes de acclamatione deponentes possunt decipi, cum vox hominum sit fallax, multique similem vocem habeant, & possit etiam arte mutari, vt videmus in Histrionibus, qui dum comicas fabulas agunt, interdum homines voces mulierum representant, de qua re agit Mascard. de proba. conclus. 22. & concl. 278. num. 10. & ex quæri-
6 monia etiam facta à bonæ famæ Domino de re subtracta, vt quando aduersus sibi rem suam deesse, conqueritur cum amicis, & vicinis, tunc constabit de delicto ad effectum inquirendi, Bart. in l. 1. §. potuisse, ff. ad Senat. Cons. Syllan. Specul. in tit. de pignor. §. vicinio nu. 5. Aretin. in §. furtum, nu. 3. instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. Mascard. de prob. conclu. 830. num. 13. Riminald. cons. 2. num. 3. Marsil. in prac. crim. in §. principium, nu. 7. Rol. consil. 51. num. 18. volum. 1. Clar. in sua pract. quæst. 66. in princip. Gand. de malefic. in tit. de furibus, & latronibus, colum. 2. versic. solet quæri, Blanc. de indic.
7 num. 423. & fractura etiam arguit furtum, cum maximè facta fuit, vel causa ingrediendi ad locum furti, vel ob res furtiuas extrahendas, l. 1. C. de locato, & conducto, l. pignus, C. de pignor. act. facit leg. 1. §. effractores, & ibi glosa ff. de effract. & expil. Marsil. consil. 8. num. 2. Abb. in cap. super eo, num. 9. de his, quę vi, metusque caus. fiunt, Bald. cons. 151. num. 1. volum. 1. Bru. de indic. quæst. 9. par. 2. Farinac. in pract. crimi. in tit. de inquisi. quæst. 2. num. 19. Mascard. de
8 probat. conclus. 275. num. 18. & licet incerta sit res subtracta, dummodo certa sit persona subtrahentis, Iudex inquirere potest, si autem incerta esset res, & persona, non potest Iudex procedere, vt tradit Blanch. de indic. num. 18. post Bar. & Ang. in l. certum, §. 1. ff. de confessis, etiā
9 si nomen rei, vel etiam nomen offensi ignoretur procedi potest, l. falsus, §. qui alienum, ff. de furt.

furt. & ibi Ang. n. 3. leg. fi. §. omnes autem C. vnde vi, Bald. in auth. sed nouo iure, C. de seru. fugit. gloss. in l. 1. §. item illud in verbo locatus sit, ff. ad Syllan. & non solum est necessaria proba-
10 tio generalis furti, sed opus est etiam comprobare tempore furti commissi, rem ipsam fuisse in loco, in quo furtum factum fuit, l. si creditor sine vitio, & leg. pignus, C. de pignor. act. c. auditis, & ibi Ioan. Andr. de præscript. Marsi. in d. cons. 8. nu. 4. Bar. in l. si quando, in fin. C. vnde vi, Foller. in pract. crim. in tit. capiat informationem, nu. 12. par. 2. Mascard. de prob. concl. 829. nu. 4. Gramat. cons. 54. nu. 2. & sufficit etiam si
11 probetur interdum, rem furtiuam fuisse in domo commissi furti, præsumitur etiam tempore furti ibidem extitisse, leg. siue possidetis, & ibi gl. in verbo constituti, & ibi etiam Bart. & Bald. C. de prob. & Bar. in l. quidam in suo, nu. 4. ff. de condit. & inst. Farin. in prac. cri. in tit. de inquis. q. 2. nu. 14. qui enim semel possedit, adhuc pos-
12 sidere præsumitur, glo. in d. l. siue possidetis, in verbo constituti, & ibi Bar. C. de probat. & in l. non ignorabit, C. ad exhibend. Masc. de probation. concl. 829. nu. 5. Abb. in c. cum ad sedem, nu. 15. de restitut. spoliat. Grat. cons. 94. num. 2. Bar. in leg. si quis ex argentarijs, §. an nec hæredi, nu. 1. ff. de edend.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati regulariter ad preces canonicas obligantur.*
2 *Iure naturali, quilibet tenetur ad officium propter quod beneficium datur.*
3 *Beneficiati omittentes officium diuinum, arbitrio Iudicis puniuntur.*

Qualiter puniantur Clerici beneficiati omittentes recitare diuinum officium.

DECIS. CLXX.

1 Regulariter Beneficiati tenētur preces canonicas recitare, vt est communis DD. sententia in cap. 1. de celeb. miss. & patet ex c. quia per ambitiosam de rescrip. in 6. vbi Pontifex reprehendit quosdam beneficiarios, qu od officium precum, propter quod beneficium datur, ommitterent, & ex Conc. Latera. sub Leone X. sess. 9. priuātur fructibus, qui officium diuinum non dixerint; & ratio est, quia iure naturali, quisque
2 tenetur ad officium, propter quod beneficium datur, atqui omne beneficium Ecclesiasticum datur propter officium, in quo regulariter comprehenduntur preces canonicæ, vt patet ex communi Doctorum sententia, & praxi Ecclesiæ, & dixi regulariter, quia sunt quædam beneficia, quæ ex sua institutione ad preces illas non astringunt, sed aliqua alia, vt sunt quædam præpositura, & aliqui personatus, & aliqua præstimonia, quæ non obligant quotidie, nisi ad horas B. Virginis Marię, vel quinque Pater noster, & Aue Maria, vel semel Psalmum, miserere. His autem exceptis omne beneficium regulariter iure communi annexum habet onus horarum canonicarum, de quibus vide Nauarrum de orat. capit. 7. numer. 27. & 28. & in Enchir. cap. 25. nu. 103.

In Curia tamen Archiepiscopali in quadam
3 facti contingentia fuit practicatum, & conclusum, hanc pœnam esse arbitrariam, vt in proprijs terminis scribunt Diaz in pract. canon. c. 49. Ripa in rep. l. fin. q. 66. C. de reuocand. don. Felyn. in c. postulasti de rescript. nu. 7. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. cas. 428. nu. 3. Caball. super constit. Ægid. lib. 3. cap. 18. glos. 10. num. 6. qui omnes dicūt, arbitrio Iudicis puniri ommittentem recitare horas canonicas, quare quidam clericus qui vltra decem annos non recitauerat diuinum officium fuit per eandem Curiam beneficio priuatus.

SVMMARIVM.

1 *Subscribens præsumitur fateri omnia in scriptura contenta.*
2 *Subscribens, censetur propriè scribere, & nu. 3.*
4 *Subscriptio idem operatur, quod scriptura propria.*
5 *Dispositio loquens de negante scripturam propriā, habet locum in negante subscriptam.*
6 *Statutum si iubeat dari exequutionem contra scribentem, habet locum in subscribente.*
7 *Instrumentum à Notario subscriptum, probat perinde, ac si à Notario totum subscriptum fuisset.*
8 *Subscribens se alienationi rei Ecclesiasticæ, habetur perinde, ac si illam alienasset.*
9 *Subscribens, regulariter præsumitur habere scientiam, & notitiam contentorum in scriptura, cui se subscripsit.*

Subscribens se scripturę non lectę, an censeatur illam approbare, ad ornatum text. in l. fin. C. si quis alteri, vel sibi.

DECIS. CLXXI.

IN quampluribus defensionibus datis quibusdam inquisitis de falsitate scripturarum, ad eorum defensionem allegabatur, se subscipsisse scripturis, eis non lectis, quare in Curia Archiepiscopali fuit dubitatum, an censerentur, illas approbasse, & fuit resolutum affirmatiuè ex
1 eo, quod subscribens approbat omnia in scriptura contenta, l. si ita stipulatus §. Chrysogonus, ff. de verbor. oblig. l. fideiussor §. 1. ff. de pignor. l. emptor §. Lucius ff. de pact. l. sicut §. non videtur, ff. quib. mod. pignus, vel hypot. solu. l. si quis ex argentarijs, in vers. subscribere, ff. de edend. l. 1. in vers. & subscriptionem ff. de const. princ. l. si per epistolam, in vers. subscriptam, ff. de acquirend. hæred. auth. quod sine, C. de test. auth. si modo, C. fam. ercisc. c. si præsbyterorum, & ibi glos. in verbo subscripsit, de reb. Eccles. non alie. Put. in dec. 226. lib. 1. Caputaq. in dec. 360. p. 2.
2 subscribens enim censetur proprie scribere, &

& perinde habeatur, ac si totam scripturam conscripsisset, d.l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. §. 1. instit. de empt. & vendit. ibi conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, contrahentibus autem subscripta, leg. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypotheca soluat. Cacheran. in decis. 36. num. 3. Puteus in decis. 235. nu. fin. lib. 1. Dec. in cons. 115.
3 & quod subscribens censeatur propriè, & virtualiter scribere omnia contenta in superiori
4 scriptura, & demùm subscriptionem idem operari, quod scriptura propria, tradunt Natta in consil. 287. num. 4. Cephal. cons. 272. num. 85. Dec. in l. 1. §. adipiscimur, num. 3. de acquirend. possess. Cacher. qui cõmunem dicit in decis. 36. num. 3. Bursat. cons. 241. num. 2. Ruin. consil. 22. nu. 4. volum. 4. vnde dispositio loquens de scribente habet locum in subscribente, Dec. in dicto cons. 115. sub num. 4. & in cap. quoniam contra num. 48. de probat. Menoch. de præsump. præsump. 66. num. 12. Gabriel. in lib. commun. conclus. in titul. de præsump. conclus. 3. num. 7. qua-
5 propter dispositio loquens de negante scripturam propriam, habet locum in scriptura scripta ab alio, à se tamen subscripta, Bald. in auth. qui propriã, C. de non numer. pecun. Castrens. consil. 77. lib. 2. Dec. in dicto cap. quoniam contra num. 48. Gabriel. in dicta conclus. 3. num. 2. de præsump. Menoch. de præsump. dicta præsump. 66. num. 9. quo fit, vt sola subscriptio Principis in epistola sua, idem operatur, ac si totam epistolam subscripsisset, l. 1. in vers. & subscriptionem, ff. de constit. Princip. Iason in l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, num. 3. ff. de verb. oblig. & huic sententiæ consonat, quod tradidit Angel. in di-
6 cta l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, nẽpè, quod stante statuto iubente dari exequutionem cõtra scribentem ad instantiam creditoris, si debitor se subscribat scripturæ per alium scriptę dabitur contra eum exequutio, vt etiam voluerunt ibidẽ Imol. Castrens. Aret. & Alex. & scripsit Dec. in dicto cap. quoniam contra nu. 48. & hinc etiam
7 euenit, quod instrumentum scriptum à tertio, à Notario tamen subscriptum probat, perinde, ac si totum Notarius scripsisset, vt tradunt Cacher. in dicta decis. 36. Gabriel. in dicta cõclus. 3. num. 34. de præsump. post Dec. in cons. 447. & Roland. in cons. 44. num. 30. volum. 1. & subscri-
8 bens se alienationi rei ecclesiasticæ, est perinde, ac si ipsam alienasset, vt tradit Redoan. in suo tractatu de rebus Eccles. non alienand. cap. 26. & ex his prouenit, quod subscribens, regulariter
9 præsumitur habere scientiam, & notitiam contentorum in scriptura, cui se subscripsit, secundum Bar. in leg. 1. §. si quis neget, num. 11. ff. quemadmodum testamen. aperiant. Alexander cons. 147. num. 8. lib. 2. Felin. in cap. inter dilectos, num. 27. de fide instrumentor. Ruin. consil. 193. volum. 2. quod optimè declarat plures allegans Gabriel. in dicta conclus. 3. num. 23. & seq. de præsump.

S V M M A R I V M.

1 *Leuiores probationes requiruntur in iurepatronatus, quando agitur de illo probando contra tertium, & non contra Ordinarium.*
2 *Leuiores probationes requiruntur, quando agitur incidenter de probando iurepatronatus.*
3 *Minor, & semiplena probatio sufficit, quando agitur de probatione alicuius articuli, incidenter, & non principaliter, & de directo.*
4 *Facilis est probatio, vbi constat de existentia iurispatronatus pertinentiæ.*

An leuiores probationes requirantur in iurepatronatus, quoties agitur de illo probando contra tertium, & non contra Ordinarium.

DECIS. CLXXII.

Pluries fuit conclusum in Curia Archiepiscopali in varijs causis in ea discussis, quod quando non agitur de iurepatronatus contra Ordinarium, cui ius commune assistit, sed contra aliũ tertium prætendentem iuspatronatus, vel inter plures præsentantes, long minores probatio-
1 nes sufficiunt, quam si ageretur contra Ordinarium, vt fuit resolutum in Rota Romana in vna Pampilon. beneficij 10. Aprilis 1595. & 20. Nouembris in eodem anno corã Mantica, & alias sæpius, sequitur Cassad. in decis. 1. nu. 1. de probat. Mohed. in decis. 5 de appell. num. 3. Caputaquens. in decis. 137. nu. 1. & 2. par. 1. post Ripam in cap. cum Ecclesia Sutrina nu. 93. de caus.
2 possess. & propr. vt dicimus etiam, quãdo agitur incidenter de probando iurepatronatus, veluti de verificanda narratiua contenta in gratia Apostolica, quando beneficium fit de iurepatronatus laicali, quamuis debeat verificari dicta narratiua, alias gratia erit nulla, Puteus in decis. 120. & decis. 404. lib. 2. & decis. 36. lib. 3. Cassador. in decis. 7. de iurepatron. Mascard. de probat. conclus. 177. tamen pro verificatione illius leuiores probationes sufficiũt, quia semper,
3 quando tractatur de aliquo articulo non principaliter, & de directo, sed incidenter sufficit minor, & semiplena probatio, Rota in decis. 3. de probat. in nouis, quam sequuntur Cassad. in decis. 1. de iurepatron. Bellamera in decis. 570. Rota diuers. in decis. 803. num. 1. par. 1. sicuti à si-
4 mili, quando constat de existentia iurispatronatus pertinentiæ, probatio est facilis, nam sufficit, quod vnus semel fuerit admissus ad præsentandum ab alijs compatronis, tanquam vnus ex illis, vt per illum actum effectuatum sit illi acquisita possessio, & in posterum possit præsentare, vt habetur per Ruin. in consil. 50. num. 10. lib. 5. & fuit decisum in Rota Romana in vna Centen. iurispatronat. 10. Maij 1606. coram Montio.

S V M M A R I V M.

1 *Omnes actus intelligi debent de valido iure, & non de solo facto.*
2 *Paria sunt, non facere, vel de solo facto facere.*

3 *Si ex exequutione facta sit soluenda decima Exequutori, si exequutio de iure non tenet, nulla decima debetur.*

4 *Derogationes appositæ in gratia nulla, non releuāt, nec aliquid operantur.*

5 *Non dicitur data petitio, si fuit data, tamen nulla.*

6 *Acceptatio nulla, non impedit aliam acceptationē.*

7 *Commissio data ad exequendum tres sententias conformes, intelligitur de tribus conformibus validis, secus si aliqua esset nulla.*

8 *Constitutio loquens de litteris, vel resignatione, intelligitur de validis de iure.*

9 *De gratia, vel rescripto nullis, non est opus facere mentionem.*

10 *De re iudicata, & sententia nulliter prolata, nulla est facienda mentio.*

11 *Constitutiones Pii V. & Gregorii XIII. de public. resignat. & eius poenæ procedunt in resignationibus validis.*

12 *Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum.*

13 *Non entia, non habent materiam, neq; formam.*

14 *Factum frustratorium poenam efficaciter non committit.*

15 *Alienans rem emphyteuticam absque consensu Domini, si contractus aliàs est nullus non incidit in poenam priuationis, sicut incideret, si contractus alias esset validus.*

An pœna imposita à statuto propter aliquod attentatum, locum habeat, si actus sit de solo facto, & non de iure gestus.

DECIS. CLXXIII.

PRædictum dubium resolutum fuit negatiuè in facti contingentia, scilicet, quod pœna imposita à statuto propter aliquod attentatum, non habeat locum, si actus sit de solo facto, & non de iure gestus, ex quo omnis actus intelli-
1 gi debet de iure valido, non verò de solo facto, quia paria sunt non facere, vel de solo
2 facto facere, l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. vbi not. omnes, & maximè Ias. num. 2. & 3. Felin. in cap. ex tenore nu. 2. & seq. de rescript. vbi de hoc quadragintaseptem illationes facit, sequitur Dec. ibi num. 6. Gigas de pensionibus quæst. 29. num. 6. Cassador. in decis. 2. nu. 2. & 3. de reseruat. super regul. Vant. de nullit. in titul. quoties, & intra quæ tempora num. 26. cum pluribus seq. Tiraquell. de retract. ligna. §. 1. glos. 2. num. 5. cum multis seq. quibus adde, quod si ex
3 exequutione facta est soluenda decima exequutori, si exequutio de iure non tenet, nulla decima debetur, vt habetur plenè per Guttierez practic. quæst. lib. 1. quæst. 130. sicut nec debetur gabella ex contractu nullo, Ripa in l. 4. §. condemnatum nu 6 ff. de re iudic. plenè Tiraquell. de retract. lign. §. 1. glos. 2. num. 7. nec releuant,
4 nec aliquid operantur derogationes appositæ in gratia nulla, Puteus in decis. 91. num. 3. lib. 2.
5 nec dicitur data petitio si fuit data, & tamen est nulla. Rota in decis. 7. num. 5. de rescript.
6 in nouis, nec acceptatio nulla impedit aliam acceptationem, Achill. de Grass. in decis. 7. nu. 3. & 4. de concess. præbend. & clausula circa reuocationem primi procuratoris intelligitur de constitutione nulla, & de solo facto, Puteus in
7 decis. 138. num. 2. lib. 3. sic commissio data ad exequendas tres sententias conformes, intelligitur de tribus conformibus validis, secus si aliqua esset nulla, Crescent. in decis. 1. num. 1. & seq. de sent. & re iudic. Marches. de commis. in 2. par. de commissione super nullitatibus cap. 2. num. 7. & lat. fuit resolutum in vna Cæsaraugustana Campanilarum, coram Seraphino, ac con-
8 stitutio loquens de litteris, vel resignatione, intelligitur de validis de iure, vt latè habetur per Paris. de resign. benefic. lib. 11. quæst. 7. num. 82.
9 cum seq. nec de gratia, vel rescripto nullis est opus facere mentionē Rota in nouis in decis. 25. de rescriptis, & decis. 58. de appell. in nouis, & decis. 69. num. 1. de rescriptis in antiquis, Caputaquens. in decis. 217. num. 2. par. 2. nec de sen-
10 tentia, & re iudicata nulliter mentio est facienda, Felin. in cap. super litteris nu. 15. de rescrip. Rota diuers. in decis. 807. nu. 7. sic constitutio-
11 nes Pij V. & Gregorij XIII. de public. resign. & eius pœnæ de quibus in glos. 15. num. 87. procedit in resignationibus validis, secus vero, si alias resignatio non tenet, vt fuit decisum coram Blanchetto in vna Calaguritana Beneficij, & in Iacen. pensionis 14. Maij 1593. coram Litta, & ad supradicta facit, quod non præstat impedi-
12 mentum, quod de iure non sortitur effectum, regul. non præstat de regul. iur. in 6. & quod est nullum, nullum producit effectum l. nuda, ff. de contrahenda emptione, & non entis nullæ sunt qualitates, leg. eius qui in prouincia ff. si cer. pet. cum alijs per Gomez. in primo thomo va-
13 riarum cap. 1. num. 9. & non entia non habent materiam neque formam, l. actor, Cod. de probation. Bald. in leg. de quibus num. 2. ff. de legibus; item quia ex nihilo nihil fit l. final. ff. de constitution. vnde Baldus notauit per textum ibi in leg. ea quidem C. si mancip. ita fuerit a-
14 lien. num. 1. quod factum frustatorium pœnam efficaciter non committit, quia secundum Philosophum, ex nihilo nihil fit, ideòque alienans
15 rem emphyteuticam absque consensu Domini, si contractus alias est nullus, non incidit in pœnam priuationis, sicut incideret, si contractus alias esset validus, Bald. in l. 2. num. 3. C. de Episcop. audien. Ias in leg. final. Cod. de iur. emphyt. num. 139. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glosa 2. num. 6. vbi plene.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio est stricti iuris.*

2 *Facultas dispensandi concessa in vno casu, non extenditur ad alium.*

3 *Dispensatus, vt duplices fructus, vel præbendas obtineat sub eodem tecto, non censetur dispensatus ad duplices quotidianas distributiones.*

4 *Exequutor ad vnguem obseruare tenetur eius commissionis verba.*

5 *Limi-*

5 *Limitata causa, limitatum producit effectum.*
6 *Commissio debet diligenter obseruari.*
7 *Censetur permissum quid fieri in loco prohibito, quando alibi commodè fieri non potest.*
8 *Dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci, est mandanda exequutioni, etiam si mulier in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire possit.*
9 *Dispensatio est latè interpretanda, quatenus verba sonant, & natura verborum requirit.*
10 *Priuilegia simpliciter loquentia, sunt simpliciter intelligenda.*
11 *Potestas dispensandi est fauorabilis, & latè est interpretanda, quando nemini nocet.*
12 *Contra eum, qui legem dicere potuit larga est facienda interpretatio.*

Dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci, an sit mandanda exequutioni, si mulier in loco vicino suę patrię sibi parem inuenire possit.

DECIS. CLXXIV.

NOn leuis fuit controuersia in Curia Archiepiscopali ventilata, si dispensatio matrimonialis concessa à Summo Pontifice propter angustiam loci sit mandanda exequutioni, quando mulier in loco vicino suæ patriæ, sibi parem inuenire posset, & pro opinione negatiua faciebat, quod cum in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire posset præfata mulier, & cum eo matrimonium contrahere propterea non deberet exequutor id permittere dispensando, cum
1 dispensatio sit stricti iuris, cap. 1. & 2. de filijs præsbyterorum in 6. & propterea nullo iure debet fieri extensio vltra casum, in quo loquitur, Hoyed. de incompatib. benefic. par. 1. c. 11. nu. 6. facit ad hoc tex. in l. at si quis, ff. de relig. & sumpt. funer. quem ad hoc allegat Bal. in l. 3.
2 in princip. C. de Episcop. & cleric. nec facultas dispensandi concessa in vno casu extenditur ad alium, latè tradunt Moneta de distribut. quotidian. par. 1. quæst. 6. Cened. in Collectan. iur. canon. Collectan. 15. num. 3. & seq. & propterea
3 dispensatus, vt duplices fructus, vel præbendas obtineat sub eodem tecto, non propterea censetur dispensatus ad duplices quotidianas distributiones, idem in q. 43. vbi num. 10. firmat, dispensationis seriem, & tenorē esse inspiciendū, Monald. conf. 91. num. 3. vol. 1. Henriquez in
4 consil. 16. Artaman. in consil. 71. qui voluit adeò hoc verum esse, vt executor ad vnguem obseruare tenetur eius cōmissionis verba, cùm rescripta sint stricti iuris cap. 1. de officio delegati, latè Affl. in decis. 127. Rot. diuers. in decis. 8. par. 2.
5 sic ab eis non posse quicquam recedi; cum limitata causa limitatum debeat producere effectū, c. in agris ff. de acquirendo rerum dominio, &
6 commissio debet diligenter obseruari, l. diligenter ff. mandati, & non solum commissio ipsa, sed etiam qualitas commissionis est seruanda, l. procurator ad vnā speciē, C. de procur. & quod in dispensationibus sit strictè procedendum, adducitur tex. in cap. non potest de præbend. lib. 6. vbi habetur, quod si quis ad duo beneficia curā animarum habentia, si alias canonicè conferontur fuerit dispensatus, vt illa possit recipere, ac simul licitè retinere, intelligitur de primis duobus dumtaxat; Rota in decis. 1. de filijs præsbyterorum, tex. in cap. 2. num. 4. de tregua, & pace, Gabriel. latè in conclus. 6. tit. de legibus, ad principalem dubitationem optimè faciebat tex. leg.
7 hoc modo, ff. de condi. & demonstr. vbi censetur permissum quid fieri in loco prohibito, quando alibi commodè fieri non possit, & non aliter.

Sed supra relatis in nihil obstantibus, contrarium censuit Curia Archiepiscopalis, scilicet,
8 quod dispensatio matrimonialis concessa à Papa propter angustiam loci sit mandanda exequutioni, etiam si mulier in loco vicino suæ patriæ sibi parem inuenire possit, ex quo in dispensatione non ponebatur dicta conditio, & licet di-
9 spensatio sit strictè interpretanda, regulariter tamen est latè interpretanda, quatenus verba
10 sonant, & natura verborum requirit, priuilegia enim simpliciter loquentia sunt simpliciter intelligenda, vt non recedatur à vi verborum,
11 ex textu notab. in cap. ad audientiam de decimis, & potestas dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda, quando nemini nocet, cap. finali, vbi omnes de simonia, & si Papa hoc vo-
12 luisset expressisset, & contra eum, qui legem dicere potuit, larga est facienda interpretatio, reg. contra eum de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Retentio rei regulariter datur, donec expensæ, & melioramenta ei persoluantur.*
2 *Amplia etiam si ex aliqua alia causa res ipsa retineri non possit.*
3 *Procurator, vel Scriba possunt retinere acta, & processus litis, donec pro expensis eis soluatur quod debetur.*
4 *Retentio pro melioramentis datur contra tertium.*
5 *Ius retentionis transit etiam in successores singulares.*
6 *Conductori datur retentio pro melioramentis, etiam si expellatur ob non solutam pencionem.*
7 *Possessori malæ fidei pro melioratione retentio datur, nisi notoriè constet de mala fide, vt num. 8.*
9 *Emptor, siuè eius successor singularis conuentus hypothecaria, potest retinere rem donec ei soluatur impensa, aut pretium melioramentorum, quatenus ex eis res ipsa facta sit preciosior, vel potest, si vult absolui à dicta actione, & actori soluere primam rei æstimationem, detractis melioramentis.*
10 *Retentio rei ex causa melioramentorum datur etiā in exequutione sententiæ, vel rei iudicatæ.*
11 *Item in iudiciis etiam exequutiuis, & priuilegiatis, vt est actio spolii, vel quando agitur vigore obligationis Cameralis.*
12 *Item datur, quamuis valor melioramentorum non sit plenè iustificatus, dummodò in genere constet de illorum existentia.*

13 *Similiter melioramenti retentio datur, quamuis ab eo, qui exequutionem petit offeratur cautio de soluendis melioramentis, cum fuerint liquidata.*

14 *Declara, nisi in differendo subsit aliquod periculum, quia tunc cautio admittenda est.*

15 *In hoc Regno Neapol. indistinctè fit exequutio sententiæ cum fideiussione.*

16 *Maritus, vel eius hæres soluto matrimonio rem dotalem ex causa melioramentorum non potest retinere.*

17 *Retentio vnius rei non datur propter impensas in alia re factas, nisi in iudicio vniuersali petitionis hæreditatis, vel fideicommissi, vt num. 18.*

19 *Retentio ex causa melioramentorum non datur, quando intrà terminum præfixum melioramenta ipsa non fuerunt liquidata.*

20 *Item nec datur, quando possessori fuit denunciatum, ne ædificaret.*

21 *Item non datur si post liquidationem Dominus petat cum melioramentis compensari fructus à possessore perceptos.*

22 *Melioramenta compensantur etiam cum fructibus non perceptis culpa possidentis.*

23 *Possessor bonæ fidei tenetur fructus à se perceptos compensare cum melioramentis, quando nullum habet titulum, vel inualidum, ita vt fructus tempore, quo percepti fuerunt ad ipsum non spectarent, secus si de dicto tempore res erat ipsius, licet esset restituenda in euentum alicuius conditionis.*

24 *Emens rem dotalem à marito ignoranter, fructus ex ea perceptos durante matrimonio facit suos, nec tenetur cum melioramentis compensare.*

25 *Possidens iure dominii fructus suos facit, nec tenetur illos cum meliorationibus compensare, etiam si postea per restitutionem in integrum titulus resoluatur.*

26 *Melioramenta integra, nulla facta compensatione cum fructibus perceptis debentur feudatario, emphyteutæ, & vsufructuario, si eo tempore, quo fructus perceperint essent Domini.*

Pro impensis, & meliorationibus retentio, an, & quando concedatur.

DECIS. CLXXV.

1 Retineri rem posse, donec impensæ, & melioramenta ipsa soluantur aperta sunt iura per leg. si in area de condit. indeb. glos. & Doct. in l. si non sortem, §. si centum, & ibi Ias. num. 10. ff. de rei vendic. Ruin. conf. 100. nu. 6. lib. 4. Negusan. de pignor. 4. membr. 5. par. num. 8. Capyc. decis. 17. num. 7. & fuit resolutum in vna Romana domus 18. Iunij 1602. coram Domino Pamphilio, & passim tenet Rota, vt per Put. decis. 471. & 474. lib. 2. Peregrin. decis. 16. lib. 2. & sic fuit resolutum in Curia
2 Archiepiscopali, quod adeò verum est, vt procedat etiam si ex aliqua alia causa res ipsa retineri non posset, vt cum quis reperit Bouem alienum in fundo suo, & eum retinuit per aliquod tempus, & alimentauit, nam si vult retinere, vt soluatur sibi damnum, non potest facere, per tex. in lege quintus, & in lege seij, ff. ad legem Aquil. si autem vult retinere, vt restituatur sibi impensa alimentorum, tunc potest, Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 50. & Plot. in leg. si quando, num. 874. C. vnde vi, & ratio est, quia cum impendia conuertantur in vtilitatem ipsius rei, meritò potest res ipsa retineri, donec satisfiat, lege in summa, & ibi Salycetus de
3 pignor. sic etiam Procurator, vel Scriba possunt retinere processus litis, donec expensæ eis soluantur, Baldus in lege finali Codice commodati, vbi plura alia exempla refert, sequitur Iason in dicta leg. si non sortem, §. si centum, num. 10. vers. limita, ff. de condit. indeb. Boer.
4 decis. 15. num. 3. & supradicta obtinent locum, nedum contra eum, à quo impendens causam possidendi habet, sed etiam contra tertium, Soccin. Sen. consil. 15. num. 20. lib. 1. per tex. in leg. qui iniuriæ, §. final. ff. de furt. & proce-
5 dunt etiam in singularibus successoribus, in quos transit hoc ius retinendi, vtputa in emptore pro melioramentis à primo emptore factis, Roman. singul. 177. per tex. in leg. hoc iudicio, §. impendit, versic. sed is qui à me, ff. commun. diuid. Ripa in leg. vbi purè, §. in distrahendis ff. ad Senat. Consult. Trebell. Boer. decis. 44. num. 14. & 19. Negusan. de pignor. 4. membro in fine, 5. part. princip. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. glosa 1. numer. 5. Galles. ad form. oblig. Camer. in 4. par. quæst. 2. numer. 15. Crauerta in consil. 248. & quamuis
6 conductor expellatur ob non solutam pensionem, nihilominus rem poterit retinere, donec sibi meliorationes reficiantur, l. Colonus, in principio ff. locat. qui tex. secundum Bar. procedit etiam quoad bona Ecclesiæ, l. penul. ff. locat. idem tradit Bald. in leg. ædem, col. 2. versic. sed numquid colonus, C. eodem titulo, Soccin. Sen. dicto consil. 15. num. 20. lib. 1. qui subiungit, singularem successorem hoc casu teneri stare colono, licet alias non teneretur, per l. colonus, ff. de vi, & vi armat. & secundum Bar. in l. in fundo, numer. 11. ff. de reiuendicat. adeò est verum, quod pro melioramentis, &
7 impensis detur retentio, vt procedat etiam in malæ fidei possessore, cui datur retentio, donec satisfiat, vt etiam voluerunt Aret. §. certè sub num. 2. versic. si autem eo tempore, instit. de rerum diuision. Negusan. de pignor. in 4. membro 5. partis princip. sub num. 20. & fuit sæpius decisum per Rotam, & signanter in allegata Romana domus coram Pamphil. licet contrarium sit, quando notorie con-
8 stat de mala fide impendentis, Menoch. de recuperand. possess. remed. 11. num. 12. veluti, cum quis in re aliena scienter ædificat, nam præsumitur donare, §. ex diuerso, instit. de rerum diuis. glos. in l. in fundo ff. de reiuendic. Corn. cons. 222. num. 2. lib. 2. & consil. 86. nu. 2. lib. 4. ideò dictas meliorationes ammittit, vt ex

pluribus

pluribus firmat Gabriel. consil. 157. lib. 1. in eo, qui scienter rem fideicommisso subiectam emit est tex. in leg. final. §. final. vbi Iason num. 3. & 9 alij, C. commun. de legat. & supradicta conclusio procedit etiam si emptor, qui fecit melioramenta conueniatur hypothecaria ab aliquo creditore, quia pro liberando ipsam rem à dicta hypotheca non cogitur soluere debitum ipsi creditori, vt cogitur alius possessor, qui non fecit melioramenta in re, iuxta leg. quamdiu, C. de distract. pignor. sed potest, si vult retinere rem, donec ei soluatur impensa, aut pretium melioramentorum, quatenus ex eis res ipsa facta sit praeciosior, iuxta tex. in lege Paulus, §. penul. ff. de pignor. vel saltem poterit absolui ab actione ista de soluendo actori primam rei aestimationem, videlicet valorem rei detractis melioramentis, vt probat tex. in leg. 2. C. de praedi. & omnibus rebus nau. lib. 11. vbi expressim hoc adnotarunt Bartol. Ioann. de Platea, & Alexand. in addit. ad Bart. Angel. Paul. de Castr. in leg. si conuenerit, §. si fundus, ff. de pignor. act. Corset. in singul. verb. melioratio, Soccinus Sen. consil. 224. lib. 2. ad finem, Brunus tractat. de augment. 5. conclus. princip. versic. 5. Negusan. post alios de pignor. 4. membro 5. par. num. 21. & ampliatur vt procedat, licet quis in iudicio non allegauerit huiusmo-
10 di impensas, & meliorationes à se factas, ideoque Iudex illum condemnauerit rem restituere, nam adhuc potest in exequutione sententiae, vel rei iudicatae excipere de dictis melioramentis, & illa probare, & rem retinere, donec ei persoluantur, cum talis exceptio non impugnet sententiam, sed respiciat illius exequutionem, quae fieri non debet, nisi solutis melioramentis, ita Bartolus in dicta lege in fundo, numero decimosexto, ff. de rei vendicatio. Speculat. in titulo de exequution. senten. §. postremo, versiculo, quid si bona aedificaui, & ibi latè Ioannes Andreas in addition. Ripa in lege vbi purè, §. qui in distrahendis, ff. ad Trebellian. Aymon consilio 148. numero secundo, Rolandus consilio vigesimo octauo, numero tertio, libro primo, Tiraquellus de retractu conuent. §. septimo, glosa prima, numero decimoquarto, Negusan. de pignor. dicto quarto membro 5. partis, numero decimo, versiculo secunda conclusio, Benintend. decis. 77. numero primo, Boer. decis. 43. numero nono, & fuit resolutum per Rotam in dicta causa Romana domus coram Domino Pamphilio, & in alia Romana Saluiani Interdicti 19. Nouembris 1593. coram Penia, in qua fuit dictum, quod si exceptio haec in exequutione non admittatur, poterit legitimè appellari per consil. Alexandri 85. numero sexto, versiculo praeterea etiam, libro quinto, & extenditur
11 vt locum habeat etiam in iudicijs exequutiuis, & priuilegiatis, vt cum agitur actione spolij, Pont. de spolio, libro quarto, numero sexagesimotertio, & tenuit Rota Romana in dicta Romana domus 18. Iunij 1602. coram Domino Pamphilio, vel cum agitur exequutiuè vigore obligationis cameralis, & probatum est extare melioramenta, vt tradit optimè Gallesi. de obligation. Cameral. in quarta particula, quaestione secunda, numero duodecimo, quem refert, & sequitur Bursatus in consilio sexagesimo, numero tertio, libro primo, Lancellottus de actentat. capitulo vigesimoquinto, quaestione vigesimanona, numero decimo, parte tertia, idem est in iudicio attentatorum,
12 & etiam si valor melioramentorum non sit plenè iustificatus, datur retentio, quia pro habenda retentione sufficit, quod constet in genere de illorum existentia, & iuxta stylum Rotae Romanae ante exequutionem prefigi solet terminus pro eorum liquidatione, nè alias propter moram liquidandi exequutio retardetur, Peregrinus in decisione decimasexta, libro secundo, Puteus in decisione duodecima, de re iudicata, & in decisione 471. in fine, libro secundo, idque procedit, quamuis
13 ab eo, qui exequutionem petit offeratur cautio de soluendis meliorationibus, cum fuerint liquidatae, vt tradit Ruin. in consilio octuagesimoquarto, libro primo, & scripserunt Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. glosa 1. num. 13. Capyc. in decis. 17. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. numer. 569. & fuit tentum in Rota Romana in vna Terracinen. Paludum 17. Maij 1559. & hanc opinionem alias dictam Rotam amplexam fuisse, tradit Gallesi. de obligation. Camer. dicta parte 4. quaest. 2. num. 13. & est decis. Put. 12. de re iudicata, quod intelli-
14 ge verum, nisi in differendo subsit aliquod periculum, quia tunc cautio admittenda est, vt tradit Capyc. in citata decis. 17. in fine post Castrens. in consil. 270. num. 3. lib. 2. & secundum Franch. in decis. 112. numero 17. in hoc Regno
15 Neapolis indistinctè fit exequutio sententiae cum fideiussione, & quamuis regulariter pro impensis, & meliorationibus retentio concedatur, tamen aliter est dicendum quoad me-
16 lioramenta à marito facta in bonis dotalibus, nam licet vir soluto matrimonio ea petere possit, vel eius haeredes retinere, tamen dotales propter huiusmodi impensas non potest l. vnica §. sed neque ob impensam C. de rei vxor. act. Alexand. qui declarat quomodo hoc intelligatur, in consil. 162. lib. 2. vt pariter dicimus, non habere locum in re diuersa, quoniam vna
17 res non potest retineri pro impensis in alia re factis, glosa in l. planè in verbo deducat, & ibi Alber. & Angel. notant, ff. de petit. haeredit. facit textus in l. si non fortem, §. si centum in fine cum ibi not. per DD. ff. de condit. in-
18 debiti, licet hoc procedat tantum iudicio vniuersali, hoc est petitionis haereditatis, vel fideicommissi, quia tunc vna res benè potest pro alia retineri, dicta leg. planè ff. de petit. haeredit. etiam si res fuerit perempta, in qua meliorationes factae sunt, secundum Bart. in l. in fundo sub num. 6. ff. de rei vendicat. & secun-
19 dum Puteum in decis. 471. nu. 2. lib. 2. melioramentorum retentio neque datur, quando intra terminum prefixum melioramenta non fuerunt liquidata, quia tunc stante mora non est amplius locus retentioni, nè alias sit in pote-

ſtate petentis propter moram liquidandi retardare exequutionem ſententiæ, vt etiam retentio melioramentorum non datur, quando
20 poſſeſſori fuit denunciatum nè ædificaret, quia tunc propter temeritatem retentio ei denegatur, siuè is mala fide poſſideat, siuè bona fide l. ſi aut denunciatum, ff. de rei vendicat. Gabriel. conſil. 157. num. 3. lib. 1. Boer. in deciſ. 44. num. 8. poſt Salicet. in leg. domum in fine C. de rei vendicat. Baldus in conſil. 257. ſub numer. 3. lib. 1. & ſi poſt liquidationem Dominus
21 opponat de fructibus ab ipſo poſſeſſore perceptis, petatque illos cum melioramentis compenſari, tunc compenſationem eſſe admittendam, & retentionem denegandam, docuit Baldus in conſil. 309. in fine lib. 2. & voluit Capyc. in deciſ. 93. num. 22. vbi inquit, quod huiuſmodi compenſatio fit etiam ſi non opponatur, & procedit etiam quoad impenſas, quæ fiunt pro collectione fructuum, nam hæ quoquè cum fructibus perceptis compenſantur, nec pro illis retentio datur, vt ſcribunt DD. in l. fructus, vbi latè Iaſon numer. 10. ff. ſolut. matrimon. & probatur in l. diuortio §. impedit ff. eodem titulo, & in l. 3. in fine de impenſ. in rebus dotal. fact. tradit Baldus in conſilio 167.
22 & conſil. 305. libro 1. & locum ſibi vendicat, etiam quoad fructus non perceptos, quos tamen poſſidens ſua culpa non percepit, cum percipere potuiſſet, ad latè tradita per Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 606. & pro-
23 cedit etiam in poſſeſſore bonæ fidei, qui licet fructus ſuos interim donec poſſidet regulariter faciat, l. bonæ fidei ff. de acquirend. rerum domin. §. ſiquis à non Domino inſtit. de rerum diuiſ. tamen tenetur eos compenſare cum expenſis melioramentorum, vt in cap. ad noſtram de rebus Eccleſ. non alienand. & in l. emptor, & in leg. ſumptus ff. de rei vendicat. tradit Gayl practic. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 121. numer. 14. poſt Felin. in cap. cum cauſa num. 29. de ſententia, & re iudicata, Curt. Iun. in conſil. 165. num. 15. vbi teſtatur de communi, licet hoc ſit intelligendum, ſi poſſidens nullum habeat titulum, vel inualidum, ita vt fructus qui percepti fuerunt ad ipſum non ſpectarent, ſed ad illum qui nunc agit ad rem, tunc enim ſicut ex æquitate fructus propter bonam fidem conceduntur bonę fidei poſſeſſori, ita ex eadem æquitate debent in expenſis melioramentorum imputari, Corneus in conſilio 86. num. 8. lib. 4. Alexand. conſil. 154. num. 5. lib. 6. ſecus ſi tempore quo fructus percepti fuerunt, res erat percipientis, licet eſſet alteri reſtituenda in euentum alicuius conditionis, quia tunc poſſeſſor ratione dominij fructus ſuos abſolutè facit, nec imputat cum impenſis in re factis, gloſa in l. emptor, ff. de rei vendic. in verbo ſuperfluum, Alexand. dicto conſil. 154. lib. 6. & in conſ. 162. num. 3. libro 7. Neguſan. de pignor. 4. membr. 5. part. num. 13. & 14. Afflict. in deciſ. 87. numero 6. Natta in conſil. 256. lib. 2. Soccin. Iun. qui de communi teſtatur conſil. 182. num. 36. lib. 2. poſt Bald. Angel. & Alex. in l. in inſulam
24 §. 1. ff. ſolut. matrimon. ex quo infertur, quod ſi quis ignoranter emerit à marito rem dotalem, & in ea fecerit melioramenta, & poſtea ab vxore, vel eius hæredibus cogatur illam reſtituere, fructus perceptos durante matrimonio cum ſumptibus compenſare non tenetur, quia ad maritum ſpectaſſent, ita Alexander in conſil. 154. lib. 6. Ruſus infertur, quod etiam
25 ſi ex gratia ſpeciali per reſtitutionem in integrum titulus reſoluatur, tamen poſſidens iure dominij fructus ſuos facit, nec tenetur illos cum meliorationibus compenſare, Curt. Iun. conſ. 6. ad finem per textum in l. intra vtile §. 1. ff. de minor. & in reſtituto ex gratia ad bona confiſcata tradit Ruin. conſil. 165. num. 7. lib. 4. & ſic etiam infertur, quod feudatarius, & emphyteuta integra melioramenta conſequuntur
26 ſine deductione fructuum ab ipſis præceptorum, cum eo tempore quo fructus perceperunt eſſent Domini, ſic ſcribit Caſtrenſ. conſil. 250. colum. vlt. ante num. 4. lib. 2. Ruin. conſil. 132. num. 4. lib. 2. Iaſon in l. 2. num. 32. C. de iure emphyt. & omnes in cap. 1. §. ſi vaſſalus, titul. hic finitur lex, idem in vſufructuario tradit Corn. conſil. 586. lib. 4. de eo qui ex pacto, vel lege tenetur retrouendere, Ruin. in conſil. 84. num. 16. Bald. conſil. 303. lib. 1. Tiraquell. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter iuriſdictio delegata Vicario Epiſcopi non tranſit in ſucceſſorem.*
2 *Vicarius non dicitur habere ſucceſſorem, & ſic Vicariatus non eſt dignitas permanens.*
3 *Vicarius ſucceſſor poteſt punire teſtes, qui falſum depoſuerunt coram Vicario prædeceſſore.*
4 *Appellans à ſententia Inferioris ad Clementem poteſt proſequi appellationem coram Innocentio ſuo ſucceſſore.*
5 *Delegatio facta Vicario, potius cenſetur facta ſub nomine dignitatis, quàm ſub nomine perſonæ.*

An Vicarius ſucceſſor poſsit punire teſtes, qui falſum depoſuerunt coram Vicario prędeceſſore in cauſa ſibi à Papa delegata.

DECIS. CLXXVI.

IN facti contingentia, cum propoſitus fuiſſet iſte articulus decidendus in Curia Archiepiſcopali, multa hinc inde allegabantur, & pro opinione negatiua, ſcilicet quod Vicarius ſucceſſor minimè poſſit punire teſtes, qui falſum depoſuerunt coram Vicario prædeceſſore in cauſa à Papa ſibi delegata, dicebatur, quod
1 cum regulariter iuriſdictio delegata Vicario Epiſcopi non tranſeat in ſucceſſorem, Dec. poſt alios in capitulo quoniam Abb. num. 61. & ibi etiam Berous num. 100. de officio delegati, Caccialup. in l. more num. 35. ff. de iuriſdict.

dict. omn. iudic. Achill. de Grass. in decis. 3. de officio Vicarij, Rota diuers. in decis. 200. nu. 1. par. 1. Gabriel. in consil. 32. num. 3. cum sequent.
2 quia Vicarius propriè non dicitur habere successorem, & Vicariatus non est dignitas permanens, vt tradunt Butr. Abb. Felin. Decius, Mantua, & Berous in cit. cap. quoniam Abb. de officio delegati.

His tamen non obstantibus contrarium cen-
3 suit Curia Archiepiscopalis, condemnando ad fustigationem quandam mulierem, quæ falsum deposuerat in quadam dispensatione matrimoniali à Papa commissa Vicario prædecessori, & ab ipso expedita, cuius decisionis ratio fuit, quia supradicta iuris regula non procedit, quando stylus Curiæ est in contrariũ, vt tradit Achill. de Grass. in dicta decis. 3. de officio Vicarij, Rota diuers. in decis. 12. parte prima, & vbiquè esse hanc obseruantiam contra communem opinionem dicit Cardin. in clemen. 2. numero 6. & in fine de rescrip. Gambar. de author. Legati à latere lib. 8. num. 97. nec etiam procedere communem opinionem, quando Delegans habuit respectum ad Tribunal Episcopi, iuxta Butr. in dict. capitul. quoniam Abb. numero 25. de officio delegati, prout in præsenti casu, quod etiam procederet, quando ratione subiectæ Materię, aut ex aliquibus coniecturis contrarium appareret ex mente Delegantis, quia tunc transit in successorem, vt per Butr. num. 25. & Abb. num. 10. in dicto cap. quoniam Abbas, Gabriel. dicto consil. 32. numero 1. & 2. Rota decis. 200. num. 2. & 3. parte 1. diuers. & latius decis. 12. num. 2. cum sequentibus eadem parte 1. diuers. vbi fuit dictum, quod ista opinio sit æqua, nè corruant plures dispensationes, & expeditiones, ac propterea facienda est dicta interpretatio; præsertim, quia contra primam opinionem commu-
4 nem est communis obseruantia, & hinc prouenit, quod qui à sententia Inferioris appellauit ad Papam Clementem, ille de facto potest prosequi appellationem coram Innocentio successore suo, quia potius videtur appellasse ad Sanctam Sedem Apostolicam, quam ad personam Papæ, Rota decis. 3. num. 1. de appellationibus, Geminian. in cap. si gratiosè sub numero 12. & Franch. ibi num. 7. in fine de rescriptis lib. 6. Vantius de nullitate ex defectu
5 iurisdict. num. 92. confirmatur etiam ex eo, quod delegatio facta Vicario, in dubio potius censeri debet facta sub nomine dignitatis, quam personæ, Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsump. 121. num. 15. Gomez. in cap. 1. de constitutionibus num. 3. & 4. Mascard. de probationibus conclus. 88. numero 1. Gabriel. citato consil. 32. & propterea ex his iudicatum merito fuit, posse Vicarium successorem punire eum, qui deposuit falsum coram Vicario prædecessore.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum resignationes sunt facienda coram Superiore Ecclesiastico.*
2 *Superiores Ecclesiastici qui sint.*
3 *Sæcularis nequaquam potest dici superior respectu Clericorum.*
4 *Iudex sæcularis non dicitur competens Clericis.*
5 *Clerici iure diuino habent priuilegium nè conueniantur coram Iudice laico.*
6 *Papa non potest submittere causas Ecclesiasticorum alicui Principi laico.*
7 *Clerici non possunt se submittere iurisdictioni laicorum.*
8 *Clerici non possunt prorogare iurisdictionem Iudicis sæcularis, etiam de expresso consensu Episcopi.*
9 *Consuetudo, vt Iudex sæcularis sit competens clericis non valet.*
10 *Beneficiarius non potest renunciare coram quocumque laico.*
11 *Fieri non debet, quod factum non releuat.*
12 *Clericus non potest renunciare etiam coram laicis probis.*
13 *Resignatio beneficii non est facienda coram laico, qui potest conferre.*

Resignationem beneficij, an possit recipere omnis, qui potest conferre.

DECIS. CLXXVII.

INsurrexit dubitationis articulus, si habens priuilegium conferendi, etiam si sit Princeps sæcularis, possit recipere beneficiorum resi-
1 gnationes, & dicebatur, beneficiorum resignationes esse faciendas coram Superiore Ecclesiastico, vt in specie tradunt Fuscus de visita-
2 tione lib. 2. cap. 29. num. 12. talis autem est Papa cap. denique 6. quæst. 3. item Episcopus, cap. cum ex iniuncto §. vult de hæretic. cap. nullus 16. quæst. 2. item Legatus cap. si Abbatem de electión. lib. 6. item Abbas, & alij inferiores, glosa in cap. admonet de renunciatio. in verbo inconsulto, glos. in cap. Episcopus de loco 7. quæst. 1. quod clarissima ratione demonstratur, quia sæcularis nequaquam potest dici supe-
3 rior respectu clericorum, & beneficiorum, vt est communis opinio, de qua Couar. quæst. 31. practicar. quęstion. num. 1. & ob id Iudex sæcularis occasione cuiusuis delicti procedere con-
4 tra Clericũ non potest, nam nõ dicitur Iudex cõpetens ratione originis neq; ratione domicilij, neq; ratione delicti, vt habetur in cap. cum non ab homine de iudic. vbi Doct. communiter hoc notant, & ibi Abbas num. 2. dicit, à iure diui-
5 no habere hoc priuilegium, & attestatur hanc communem, quam sequuntur Corset. in repetitione cap. perpendimus de senten. excommun. Gomez. in cap. 1. num. 67. de constitutionibus lib. 6. Addentes ad Imol. in clemen. 1. colum. 1. de offic. ordinar. Alcia. in cap. cum non ab homine numer. 20. & numer. 46. de iudic. Rebuffus in concordatis Franciæ in titulo de productione concordatorum, vbi per plures columnas probat hanc conclusionem vti verissimam per plura loca iuris diuini.

Et

Et prætermissis multis, hanc opinionem esse communiter receptam attestantur ibi Doctores, videlicet Vasquius in tractatu de success. creation. §. 22. limitatione 17. num. 58. Viuius in commun. opin. vers. clerici à potestate, Farinacc. de inquisitionibus quæstione 8. numer. 2. imò eam attestantur esse communem etiam qui contrarium, vel quid diuersum sentiunt, Couar. in lib. pract. quæst. cap. 31. num. 1. Nauar. in cap. nouit in 6. notab. numero 6. de
6 iudicijs, vnde euenit, Summum Pontificem non posse submittere causas spirituales, neque Ecclesiasticorum alicui Principi laico, quam conclusionem firmarunt Cardinal. in cap. perpendimus, de senten. excommun. Grammatic. in decis. 29. num. 11. qui dicit, si Papa hoc faceret, tamen Iudex sæcularis minimè potest de clericis se intromittere, idem dicit in decis. 61. numer. 10. Roman. singul. 419. vbi Addentes plurimos cumulant, Felin. & cæteri in cap. 2. de maior. & obedien. Et ratio est, quia hoc priuilegium est de iure diuino, contra quod Papa non dispensat, vt est casus in cap. sunt quidam, & ibi probat Archidiac. 25. quæst. 1. Andr. Barbat. in cap. 2. de maior. & obedien. Arnald. Albertin. in repetitione cap. quoniam quæst. 11. num. 99. de hæretic. Vasquius de success. creatione §. 22. limitatione 17. num. 58. in fine, & diffusè probat Couarr. in 4. libro decretal. de sponsalibus in 2. parte relection. cap. 6. §. 9. & hinc clerici non possunt se submittere
7 iurisdictioni laicorum, quia laici circa eos considerantur vt priuati, in quos non potest fieri prorogatio iurisdictionis, argum. l. sed si manente ff. de præcar. & dicit Iason in leg. est receptum num. 6. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & ibi etiam ait, quod superior non potest prorogare iurisdictionem inferioris cap. cum inferior, & cap. solitæ de maior. & obedien. quia naturaliter inferior exhibet honorem superiori, l. 1. §. sicut, & ibi glosa ff. de aqua pluuia arcenda, & clerici sunt maiores laicis etiam Principibus cap. 1. in fine 39. dist. 27. cap. quis dubitet 96. distinct. & cap. duo sunt 12. quæst. 2.
8 & quod clerici non possint prorogare iurisdictionem Iudicis sæcularis etiam de expresso consensu Episcopi, tradit textus in cap. significasti, & in cap. si diligenti de foro competenti, & hanc sententiam firmarunt Baldus in leg. 1. circa finem, C. de indict. viduit. tollend. Aufrer. in clemen. 1. num. 86. de offic. ordinar. Cappella Tholos. in decis. 121. Grammat. in decis. 29. & decis. 61. num. 16. Surdus decis. 26. num. 4. Riminald. Iunior consil. 619. num. 35. & seq. Alexand. consil. 8. volum. 1. etiam si cum iuramento renunciasset, Bartol. in l. si quis pro eo ff. de fideiuss. latè Marta de iurisdict. par. 2.
9 cap. 7. & circa hoc non valet consuetudo in contrarium, vt est communis DD. sententia, de qua attestatur Clar. in lib. 5. recept. senten. §. final. quæst. 36. versic. sed ea retenta, cum hęc ordinaria iurisdictio non possit consuetudine prescribi, ex eo quod contra ius diuinum, & nullo tempore firmari potest, cap. fin. & ibi Curtius de consuetud. Innocen. in cap. postulasti de foro competenti, Rota in decis. 10. de consuetud. in antiq. & in decis. 10. in antiquioribus eodem titulo, Ioan. Andr. & Gemin. in cap. 2. de præbend. in 6. latè scribit Marta de iurisd. par. 4. casu 64. vnde infertur, beneficiarium
10 non posse renunciare coram quocumque laico, vt est textus optimus in cap. quod in dubijs de renunciatione, vbi dicit, renunciationem factam in manu laici nullam obtinere fir-
11 mitatem, ergo non potest fieri, quia fieri non debet quod factum non releuat l. hæc stipulatio §. Diuus ff. de leg. nom. caus. Bart. in l. 2. ff. qui per tut. Felin. in cap. ex transmissa num. 10. de præscri. ibi glosa in verbo in manum laicam Innocen. Hostiens. num. 1. Butr. Abb. & Doctor. communiter hoc docent, Paris. cons. 5. num. 94. Ferret. consil. 133. num. 10. Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 6. propè finem, & ratio euidens est, quia non sunt superiores, vt requiritur de iure, quod adeò verum est, vt procedat etiam
12 si laici sint probati viri, nam, nihilominus non potest coram eis fieri renunciatio, vt tradit Butr. in cap. 2. num. 6. de renunc. lib. 6. & etiam si laici sint constituti in dignitate, quamuis maxima, scilicet Ducali, vel Regali, aut Imperiali, ita Bald. in dicto cap. quod in dubijs in principio de renunciatio. idque probatur, quia Dux, Rex, & Imperator non sunt superiores ipsis Ecclesiasticis, cum sint laici, Fuscus de visitat. dicto lib. 2. cap. 28. num. 12. nisi Reges habeant ius conferendi, & recipiendi resignationem ex priuilegio, quod possunt habere, Abb. in cap. ad supplicationem num. 4. de renunciat. Oldrad. consil. 209. & consil. 1. Ex qui-
13 bus omnibus fuit conclusum in Curia Archiepiscopali, resignationem cuiusdam beneficij minimè esse faciendam coram quodam Principe, qui solum habebat ius præsentandi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non præstatur nisi per principalem.*
2 *Procurator præstat iuramentum, si ad illud præstandum habuerit speciale mandatum.*
3 *Speciale mandatum requiritur, vt procurator possit iurare de calumnia.*
4 *Non sufficit generale mandatum, sed requiritur speciale, ad hoc vt procurator possit exigere.*
5 *Ad compromittendum procuratori speciale mandatum opus est.*
6 *In cedenda lite, speciale mandatum requiritur.*
7 *Mandatum speciale debet habere procurator ad denunciandum, & interpellandum, vt quis possit constitui in mora.*
8 *Speciale mandatum exigitur, vt possit quis declarare, an velit vti scripturis, vel testibus.*
9 *Procurator sine mandato speciali Dominum super euictione non defendit, & ad euictionem Dominus citari debet, & non procurator.*
10 *Speciale mandatum requiritur in contrahendo matrimonio.*

Iuramen-

Iuramentum, an, & quando possit præstari per procuratorem.

DECIS. CLXXVIII.

1 CEnsuit in quadam facti contingentia nostra Curia Archiepiscopalis, iuramentum omninò præstandum esse per principalem, non autem per procuratorem, nisi procurator habeat
2 ad illud præstandum speciale mandatum, nam non permittitur præstari posse absque prædicto speciali mandato, cum agatur de obligatione speciali, quæ consensum specialem potissimè exigit, cap. fin. de procurator. in 6. cap. vnico 30. quæst. 2. communiter DD. in l. qui bona §. si alieno ff. de damno infecto, Canonistæ in cap. fin. de damno infecto, Canonistæ in cap. fin. de iuram.
3 calumn. in 6. & quod requiratur speciale mandatum, adhoc vt procurator possit iurare de calumnia, decidit Rota in nouis in decis. 37. & in decis. 40. concludit Cappella Tholos. in decis. 132. & in decis. 224. tradunt Gayl. obseruat. 83. num. 1. Coler. in decis. 115 num. 3. & 7. post Specul. in titul. de procur. §. ratione igitur sui num. 5. Soccin. in reg. 207. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 111. num. 4. & sic à simili dici-
4 mus, quod ad exigendum non sufficit generale mandatum, sed requiritur speciale, quia solutio est species alienationis arg. l. qui hominem §. si nullo, & §. si gener ff. de solut. Alex. consil. 105. vol. 3. Guid. Pap. in decis. 526. Capyc. in decis. 16. num. 10. Franc. Marc. in decis. 204. num. 3. & 4. vol. 2. & decis. 571. eodem volumine, Verall. in decis. 423. num. 2. & Bar. in l. sed si tantum nu. 1. ff. de pact. dicit, solutionem fieri non posse procuratori dato ad agendum, siuè ad lites, sed debere talem procuratorem petere debere, quod debita soluat Domino, Bellon. in decis. 123. nu. 4.
5 sic etiam procurator non valet compromittere, nisi habeat speciale mandatum compromittendi, cap. per tuas de arbitr. cap. qui ad agendum versic. pacisci de procur. Bar. in decis. 49. nu. 34. Boer. in decis. 283. nu. 16. Benintend. in decis. 21 Paris. in consil. 45. nu. 41. vol. 1. Eugen. consil. 1. num. 47. vol. 1. Castrens. in consil. 124. num. 2.
6 vol. 4. vt pariter ad hoc vt procurator possit cedere liti, speciale mandato requiritur, Cæsar de Grass. in decis. 328. num. 1. Bertazol. in consil. crimin. 407. num. 3. & 4. vol. 2. Berous in q. 33. num. 2. Alex. consil. 116. nu. 3. vol. 5. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glos. 10. num. 91. 94.
7 95. & 97. & sic etiam speciale mandatum requiritur in procuratore, vt possit denunciare, vt quis valeat constitui in mora, glos. in l. 1. §. permittitur in verbo mandatum ff. de liber. agnoscend. Castrens. in l. de pupillo §. qui procuratorio, ff. de nou. oper. nuncia. Alex. in cons. 78. volum. 5. Surd. in decis. 215. num. 2. & 3. Magon. in decis. 103. num. 6. Afflict. in decis. 316. num. 3. Cotta de facti scientia, & ignorantia inspect.
8 63. num. 4. & sic pariter speciale mandatum requiritur, vt possit quis declarari, an velit vti scripturis, vel testibus, quia ex declaratione potest Dominus incidere in falsum, cum nunquam censeatur quem constituere procuratorem ad committendum falsum, vt ex. Bald. in consil. 94. volum. 3. Capyc. in decis. 67. sub nũ. 3. Menoch. de arbitr. Iudicum lib. 2. centur. 4. casu
9 315. num. 251. & procurator sine speciali mandato Dominum super euictione non defendit, & ad euictionem Dominus citari debet, & non procurator, cap. fin. extra, vt lite non contestata, & sic per Curiam parlamenti fuisse ordinatum scribit Rebuff. in concord. in titulo de election. derogat. in verbo speciale, Aufrer. in stilo parlamenti par. 1. in titulo de dilation. Gallus in quæstionibus per Arrestum quæst. 54. & quod
10 in contrahendo matrimonio, speciale mandatum requiratur est tex. in l. generali in principio ff. de ritu nupt. Rota in nouis in decis. 375. etiam exprimendo personam, cum qua contrahendum est matrimonium, vt in cap. fin. de procurat. in 6. Nauar. in consil. 2. de cognat. spiritual. Bar. in l. filiusfamil. sub num. 9. ff. de donat. Panorm. in consil. 114. num. 6. volum. 2. Ferret. in consil. 79. num. 2. Cęual. pract. quæstion. commun. contra commun. quęst. 406. nu. 6. Cened. in collect. iur. canon. par. 3. collect. 3. num. 1. & 2. & quatenus procurator esset generalis, & offerret cautionem de rato, iuxta ea quæ tradunt Domini de Rota in antiquis in decis. 713. tamen quando tractatur de annullando matrimonio, etiam si promitteret de rato, & præstaret cautionem ducatorum bis mille, non admitteretur, Rota diuers. in decis. 224. num. 4. par. 3.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si vult in aliena Dioecesi prædicare an teneatur illius Ordinarii licentiam petere, vide num. 9.*
2 *Vbi agitur de salute animæ, non est disputandum secundum Apices Iuris.*
3 *Vbi spiritus Dei est, ibi libertas.*
4 *Episcopi possunt vbiquè prædicare ex priuilegio Christi.*
5 *Episcopus non potest prædicare in aliena Dioecesi absque consensu Ordinarii.*
6 *Potestas prædicandi, intelligenda est in proprio populo, & non in alieno.*
7 *Respondetur contrariis.*

An Episcopus possit prędicare in aliena Diœcesi, absquè consensu Ordinarij.

DECIS. CLXXIX.

1 CVm quidam Dñs Episcopus vellet cõcionari in aliena Dięcesi, & nollet petere licentiã ab Ordinario loci, fuit dubitatũ nũm ritè hoc fieri posset, & prima facie, qd posset Episcopus propria auctoritate hoc facere, suadebatur ex pluri-
2 bus, primò quia vbi de salute animę agitur, nõ est disputandũ sm̃ Apices iuris, vnde dicit tex. in c. inter corporalia de translatione Episcop. vbi spiri-

3 spiritus Dei est, ibi libertas, & hoc nõ consistit in iurisdictione cõtẽtiosa, nec refert quis prędicet, sed quid prædicetur, neq; an hoc facit quasi iure suo, cũ etiam absq; solẽnitate possit quilibet prędicare, etiã Monachus; vnde aliquid amplius est concedendũ Episcopo, & sic etiã solemniter hoc poterit facere, & sic per dictã rationẽ concludit Cardin. Alex. in c. scriptũ in fine vers. aliorũ est opinio nu. 3. Gemin. ad finẽ vers. q̃ dicit n. 2. vbi idẽ addit in Legato 6. q. 3. Felin. in cap. excõmunicamus 13. col. 4. ad finẽ vers. & dic q̃ Episcopi nu. 3. de hæret. iũ secũdo, quia iuxta Conc. Trid. sess. 5. c. 2. de refor. Episcopi possunt vbiq; prędicare ex priuilegio Christi, Matth. c. vlt. ite per
4 vniuersum Mundũ, c. in nouo 21. dist. & pro hac opinione facit tex. in c. scriptũ 6. q. 3. vbi ambo Cardinales dicũt, posse Episcopũ in aliena Dięcesi prædicare absq; licentia Dięcesani etiã solẽniter congregãdo populũ, & ascendendo pulpitũ, & idẽ quoq; voluerunt Felin. in c. excõmunicamus de hæret. licet Card. Zabarella in clem. dudũ vers. ab olim nu. 6. de sepult. dicat, Episcopum posse vbique prædicare, nisi ab alijs Episcopis prohibeatur.

5 Cæterum supradictis non obstantibus fuit resolutum contrarium, scilicet, quod Episcopus nõ possit prædicare in aliena Dięcesi absq; consensu Ordinarij, & secundum Nouiss. in sua praxi Archiepiscopali cap. 57. in anno 1600. cũ Reuerendissimus Episcopus Alifanus obtinuisset licentiã à Summo Pontifice prædicãdi tempore quadragesimæ in Ecclesia Diuę Mariæ Annunciatæ huius Ciuitatis Neapolis prætendebat non petere licẽtiam ab Illustriss. Archiepiscopo Neapolitano, & re delata ad fęlicis memoriæ Clem. VIII. mandauit dicto Episcopo, quod si prędicare vellet, obseruaret decretum Concilij Tridentini d. cap. 2. sess. 25. de reform. & sic petijt licentiam à Vicario Neapolitano, & de hac decisione quip-
6 pè mirandũ non est, siquidẽ potestas prędicandi intelligenda est in proprio populo, & non in alieno, Fuscus de visit. lib. 2. c. 20. nu. 23. in fine, & idẽ per prius docuerat glosa in c. scriptũ in verbo admonẽdi 6. q. 3. vbi ait, quod nõ potest Episcopus prædicare in Episcopatu alterius tãquam ius habens, nisi inuitetur c. hortamur 71. dist. c. Episcopum 9. q. 2. c. 1. 13. q. 1. c. interdicimus 16.
7 q. 1. & non obstat priuilegiũ Episcopis concessũ, videlicet prædicandi in toto Orbe, quia respondetur cũ Card. in cit. clem. dudũ §. ab olim col. 3. q. 6. nu. 6. de sepult. quod intelligitur nisi in alienis Dięcesib. prohibeãtur ab Episcopis illius loci.

SVMMARIVM.

1 *Habilitatio reorum regulariter facienda, estque arbitraria.*
2 *Habilitationis praxis in Cur. Archiep. Neap.*
3 *Habilitari quis non debet, vbi reperiatur detentus pro crimine falsi.*
4 *Carceratus relaxatus cum cautione parte non citata, ad carceres est reuocandus.*
5 *Vbi notoriè constat de delicto, habilitatio non est concedenda.*
6 *Quando reus est iudicatus ad torturam, non est sub fideiussoribus relaxandus, etiam quod agatur de poena pecuniaria.*
7 *Si Reus spontè confitetur delictum, etiam, quod poena esset pecuniaria fideiussoribus non est relaxandus.*
8 *Carceratus ex delicto pro quo esset habilitandus si alias de carceribus aufugisset amplius non est sub fideiussoribus relaxandus.*
9 *Captus in fraganti crimine non est habilitandus.*
10 *Regulariter reus non venit habilitandus, vbi poena non est expressè determinata.*
11 *In delicto in quo poena est arbitraria iudicatur tãquam delictum in quo esset poena corporalis imponenda, donec fuerit per Iudicem arbitrata.*

Reorum habilitatio, an, & quando sit concedenda.

DECIS. CLXXX.

1 Reorum habilitationẽ regulariter faciendã esse testantur communiter DD. in l. Diuus ff. de custod. reor. vbi Bar. ibid. refert hoc esse arbitrarium, sequitur Ias. in consil 27. vol. 3. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. nu. 3. Menoch. de arbitr. Iud. casu 303. num. 1. & sic seruatur in Cur.
2 Archiepisc. vbi solemus habilitare clericos cum cautione de tenendo palatium, domum, aut Ciuitatem loco carceris, in quibus omnibus maximè versari debet Iudicis arbitrium in considerando delictorũ qualitatem, personarum facultatem, & alias circũstantias, vt tradit Iodoc. in sua praxi c. 20. sequitur Baiard. ad Clar. in q. 46. nu. 42. & voluit Menoch. de arbitr. Iudic. d. casu 303. qui ad hoc ponderat tex. in l. 1. ibi vel propter criminis qualitatem, aut propter honorẽ ff. de custod. reor. quæ habilitatio potest fieri nondum habilitato processu, Farinac. in q. 37. nu. 37. vbi sic in Vrbe seruari tradit, voluit Franc. Marc.
3 in decis. 796. licet habilitatio non sit cõcedenda, imò nec potest si reus reperiatur detentus pro crimine falsi, ex notabili doctrina Bar. cõmuniter recepta in l. Lucius ff. ad l. Cornel. de falsis, quia in carceribus ius dicere debet, etiã si pęna pecuniaria veniret puniẽdus, Grãm. in cõs. ciuil. 109. col. 2. Marsil. in sua pract. in verbo attingã nu. 8. Foller. in pract. crim. 2. par. vers. examinati n. 19. & hoc similiter procedit; si statutũ puniret testẽ falsũ in libris mille soluẽdis infra decẽ dies alias ei manus dextera amputetur, Magon. in decis. Lucens. 36. nu. 22. & respondet Castrens. in
4 cons. 328. vol. 2. & si carceratus pro crimine falsi fuisset relaxatus cum cautione parte non citata est reuocãdus ad carceres; vt latè tradit Dec. in cons. 143. per totũ, quem sequitur Crau. in cons. 125. nu. 25. vol. 1. & idẽ dicendũ est vbi notoriè constaret de delicto, tunc enim nõ est fideiusso-
5 ribus relaxandus, secundum decis. Rotæ Auenion. 58. per tex. in leg. si confessus ff. de custodia reorum, l. 2. C. eodem tit. Marsil. in sua praxi in §. Acting. nu. 4. & l. vnius §. cogitur nu. 26. ff. de quæst. Foller. in praxi crim. §. & si confitebuntur nu. 73. & in quodã casu vertẽte in Curia Archiepisc. apparebat de cõmisso per aduersariũ crimine, quia in loco publico, & ante Tribunal erat iudiciũ de liuore in facie, & læso oculo, quę sunt

sunt euidentes probationes, & manifestæ cap. euidentia de accus. Menoch. de arbitr. Iudicum
6 lib. 2. centur. 4. casu 303. num. 13. & si reus esset iudicatus ad torturam non est relaxandus fideiussoribus, etiam quod agatur de pœna pecuniaria, Bald. in l. si quis post de testam. Paris de sindicatu in verbo carcer c. 1. Farin. in q. 33. nu. 38. & facit Bulla Pij V. quæ incipit, licet ex iuris, &
7 similiter, si reus sponte confiteretur delictū, etiā quod pena esset pecuniaria fideiussoribus nō est relaxandus, Bal. in l. nullus C. de exhibit. reorū, Marsil. in pract. crimin. in §. attingam num. 3. & Grāmat. in consf. 55. nu. 8. & idem est dicendum,
8 quando carceratus ex delicto pro quo fideiussoribus esset relaxandus alias de carceribus aufugisset, enim amplius non est sub fideiussoribus relaxandus, sed diligenter custodiendus, quia perdit beneficium, l. 1. ff. de custodia reorum, & tradit Marsil. in leg. maritus col. penul. ff. de quæstion. August. in addit. ad Angel. de maleficijs in versic. pro quibus Antonius in principio, & secundum Carauitam in ritu 41. in fine pariter procedit in illo, qui fuit captus in fraganti
9 crimine, enim fideiussoribus relaxari non debet, vt sequuti sunt etiam Marsil. in pract. crimin. in §. attingam num. 3. & Grāmat. in consil. 35. num. 8. & regulariter reus non venit habilitan-
10 dus, quando pena non est expressa in iure determinate, sed est arbitraria, Bald. in l. 2. col. vlt. C. de exhibend. reis, Grammat. consil. 85. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 303. num. 39. Carau. in d. rit. 41. num. 15. & ratio potest esse secundū Ancharr. in consil. 282. quem refert Crauetta in
11 consil. 124. nu. 3. quia in delicto, in quo pœna est arbitraria iudicatur tanquam delictum, in quo esset pena corporalis imponenda, donec fuerit per Iudicem arbitratum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor petens se admitti ad beneficium cessionis bonorum non auditur, nisi se prius carceratum constituat.*
2 *Clericus qui non potest carcerari pendente iudicio, an debeat admitti ad beneficium capituli Odoardus.*
3 *Carceratio dicitur afferre damnum, & grauamen irreparabile.*
4 *Carcer squallor appellatur, & dicitur mala mansio, maiorque poena reputatur, quam in agro laborare.*
5 *Carceratus dicitur quotidiè grauari.*
6 *De iure canonico carcer est maior poena, quæ posset infligi.*
7 *Carceratus diū, mitius punitur.*
8 *Carceratio affert iniuriam.*

Vtrum pendente iudicio si debeat admitti ad beneficium c. Odoardus de solut. Clericus debitor sit carcerandus.

DECIS. CLXXXI.

1 ET si debitor minimè sit audiēdus in petitione beneficij cessionis bonorum, quin prius se carceratū constituat, vt voluit Alberic. in rubr. C de cessione bonorū col. 2. in fin. vers. itē quæritur nū quid debitor, sequuti sunt Bal. in §. fin. nu. 24. instit. de action. & ibi etiā latè Ias. Rolan. in cōsil. 7. nu. 9. vol. 2. Brunus de cessione bonorū, q. 7. Boer. in decis. 38. nu. 8. 9. & 10. Brun. à Sole q. 9. num. 21. Intrigliol. in singul. 2. lib. 3. vbi sic per M. R. C. sępius fuisse iudicatum testatur, & ita in Vrbe prætoriana Vrbis Panormitanæ, & fuisse alias decisum refert Giurba in decis. 41. Tamen
2 contrarium fuit resolutum in casu proposito, vt scilicet, quod pendente iudicio, & lite super concessione c. Odoardus de solut. Clericus debitor sit audiendus extra carceres, & non carcerādus, & sic quotidiè seruatur, & pluries seruatum vidi, hanc sententiam in proprijs terminis sequitur Anna in consf. 224. nu. 12. vol. 2. ad quod allegat tex. in l. 1. C. qui bon. cedere possint, & quod ibi notant DD. Bal. in §. fin. num. 6. instit. de action. Abbas in c. Odoardus de solut. nu. 8. Brun. de cessione bonorū in 3. quęst. princ. nu. 1. & seq. & dictis per Annam in d. consf. 224. addo rationes, quia si carceraretur pendente iudicio, & postea reperiretur, qđ clericus deberet admitti ad tale beneficiū clericus reperiretur grauatus ex prio-
3 ri carceratione grauamine irreparabili, quia carceratio dicitur afferre damnū, & grauamen irreparabile, Bald. in l. per diuersas in 10. q. C. mādati, & in l. si clericus col. 2. C. de Episc. & cler. & l. vnica, C. de in integ. restit. Ias. l. 4. §. si quis cōdemnatus nu. 22. ff. de re iudic. Neuiz. consf. 52. nu. 8. Iodoc. in pract. crim. c. 15. in titul. de citat. reali nu. 8. cū multis alijs quos cōgerit, Farin. in
4 pract. crim. q. 27. num. 135. carcer enim squallor appellatur, l. 2. C. de custod. reor. Marc. Mant. in consf. 266. nu. 6. diciturq; carcer etiā mala māsio, atq; penalis, speciesq; etiā seruitutis, glos. in l. si hominem apud se in vers. extensum ff. depositi, Neuiz. consf. 52. nu. 8. Aret. consf. 192. nu. 3. vol. 1. Rolan. consf. 57. num. 4. vol. 3. Grat. in c. super eo nu. 5. de appell. & est tex. in l. cū apud labeonē §. quęstionis ff. de iniurijs, & adeò carcer est mala mansio, quod maior pena reputatur stare in carcere, quā in agro laborare, Frāc. in c. quāuis ver-
5 sic. in glos. 2. extra de penis in 6. & carceratus dicitur quotidiè grauari c. super eo il 2. extra in 2. notab. de appell. & hoc propter malā mansionē d. cap. super eo il 2. extra de appell. vbi Præpos. col. 3. Marsil. in l. 1. de quæst. Neuiz. in consf. 52.
6 nu. 9. imò de iure canonico carcer est maior pena, quę possit infligi, quia succedit loco mortis, c. penul. & c. sibi de heret. Crescen. in decis. 9. nu. 4.
7 de probat. & hinc est, qđ carceratus diū minus punitur Sebast. Medic. in c. erit nu. 9. dist. 4. & in varijs causis fuisse decisum, refert Viuius in decis. 202. sub nu. 2. & ideò debet prius discuti, an possit carcerari, & postea deueniri ad capturā
8 personę, & carcerationem, vltra quod carceratio affert iniuriam, Bald. in l. si venditor §. qui pręs. ff. qui satisd. cogan. Marsil. in singul. 93. & in l. j. in princip. num. 2. ff. de quęst. Marcabr. consf. 80. nu. 9. & famā maculat, & onerat, Corn. cōs. 295. col. 2. lib. 3. Dec. cōs. 73. col. 1. Crauet. in cōs. 336. nu. 31. Rimin. Iun. in consf. 554. num. 65. lib. 5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Permutatio beneficiorum non potest fieri inter personas ætatis multum inæqualis.*
3 *Pro affirmatiua opinione adducitur decisio Rotæ in antiquis 2. de præsumpt. & sic fertur decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
4 *Respondetur contrariis.*

Authoritas Episcopi, quo casu in beneficiorum permutatione sit interponenda.

DECIS. CLXXXII.

1 CVm comparuisset in Curia Archiepiscopali quidam Clericus nobilis, & iuuenis, & instaret sibi præstari auctoritatem, seu assensum in quadam permutatione beneficij, quam intendebat facere cum quodam presbytero ætatis septuaginta annorum, fuit dubitatum, an esset admittenda huiusmodi permutatio, ad effectum, vt Illustrissimus Dominus potuisset iure optimo suam interponere auctoritatem, iuxta terminos tex. in clemen. 1. de rer. permut. & cap. 1. eodem titul. in 6. dicebat vnus ex Dominis per Artam. in consil. 21. num. 3. vbi scribit, summoperè Iudices Ecclesiasticos inuigilare debere, ne in beneficiorum permutatione fraus committatur, maximè in casu, vbi non fit simpliciter, sed apparent aliquæ fraudis coniecturę, præsertim, quando esset triangularis, vel quadrangularis, secundum Collect. in cap. 1. prope fin. de rerum permut. Imol. in clem. 1. eod. tit. num. 40. vers. quæ si inter tres, Verall. in decis. 325. par. 2. cum singulæ permutationes singulas prouisiones requirant, Rota in decis. 402. & in decis. 865. in antiquis; item dicebatur, quod cum præfata
2 permutatio instabatur fieri inter personas ætate inæquales, scilicet inter vnū ætatis 23. annorum, & alterum septuaginta annorū, consequenter subintrabat suspitio fraudis, ad decis. Bellameræ 343. & facit doctrina Alban. in consil. 23. num. 6. Guid. Papa in cons. 28. num. 7. & aderat etiam alia suspitionis coniectura, scilicet, quia alter permutātium beneficiū habebat pinguioris redditus, seu valoris, quo casu arguūt Doctores, permutationem esse simulatam, ex ijs, quæ vo-
3 luit Roland. in consil. 23. vol. 1. & insuper dicebatur huiusmodi permutationem nullam cōtinere Ecclesiæ vtilitatem, prout debet esse c. quæsitum, & ibi cōmuniter DD. de rerum permut. Boer. in decis. 205. nu. 7. Zerola in sua praxi Episcopali in verbo permutatio §. 3. dubio 5. vnde Diuus Thom. in 4. sent. dist. 25. q. 3. artic. 3. dicit, permutationem fieri debere pro causa spirituali, putà vt melius Deo seruiatur, quare si pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius fieret, esset simoniaca, vt sequitur Siluester in sua summa in verbo permutatio §. 2. nu. 3. Corrad. in respons. casuum conscien. quęst. 42. Vgolin. de simonia tabula 1. cap. 27. §. 1.

His non obstantibus, contrarium censuit nostra Curia Archiepiscopalis, Nam fuit resolutū, præfatam permutationem fore admittendam, & mota fuit ex notabili decis. Rotæ Romanæ 2. de præsump. in antiquis, vbi vt permutatio dicatur simulata, necesse est, vt copulatiuè tria concurrant, videlicet Magna beneficiorum inęqualitas, coniunctio personarum, & mors sequuta infra octo dies; prædicta autem deficiunt in casu nostro, de quo verba facimus, & hanc sen-
4 tentiam tenendo non obstat, permutationē redundare in Ecclesiæ vtilitatem, quia respondetur, sufficere vtilitatem personarum, secundum glosam in cap. cum vniuersorum in glosa secunda de renunc. & in cap. quæsitum vbi etiam Panorm. eodem titul. Franc. in cap. 1. num. 6. de officio delegat. in 6. Petr. de Perus. in tract. de permut. benefic. par. 3. q. 2.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium debet esse liberum.*
2 *Sponsus ad matrimonium perficiendum est mouendus, tam si sponsalia sint iurata, quam non, & quare num. 3.*
4 *Sponsi in vtroque foro tenentur seruare fidem promissam dato, quod non habuerint animum adimplendi.*
5 *Sponsus renitens ad matrimonium contrahendum potest excommunicari.*
6 *Nolens quando efficiatur volens.*
7 *Absolutio à sententia excōmunicationis est danda.*

Sponsalia de futuro contrahentes, an, & quomodo per Curiam Archiepiscopalem cogantur ad perficiendum matrimonium.

DECIS. CLXXXIII.

1 QVamuis regula iuris sit, matrimonia debere esse libera, l. libera C. de contrahenda stipulatione c. gemma de sponsalibus cum similibus, & coacta infęlices solent sortiri effęctus, cap. cum locum de sponsalibus, Gabriel. consil. 286. & in omnem casum si sponsi cogerentur ad matrimonium contrahendum sequeretur contra iuris dispositionem, cap. de muliere, & cap. veniens eodem titul. nihilominus per Curiam Archiepiscopalem solent moneri ad
2 contrahendum, & sic ad perficiendum matrimonium, per textum expressum in cap. ex litteris il secondo de sponsalibus, cap. sicut, & c. de illis il primo vbi Abbas, & reliqui eodem tit. qui licet loquantur de sponsalibus iuratis, nihilominus procedunt etiam si iuramentum non interuenisset, secundum Panormitan. in d. cap. ex litteris num. 3. Menoch. consil. 386. volum. 4. Surdus consil. 364. num. 10. Riminald. Iunior cons. 358. vol. 5. post Goffred. Hostiens. & alios quos allegat Couar. in Epitom. de sponsalibus cap. 4.

cap.4.num.2.& iuxta hanc opinionem pluries in Rota fuisse resolutum testatur Seraphin. in decis.1112.& in Rota Pisana Marta in decisio. 172.& in Rota Veneta Triuis.in decis.9. par.1. & iterum in Rota Romana testatur Rota diuersorum in decis. 497.& ratio est, quia quoad Deum paris conditionis est iuramentũ,& simplex prouisio cap.1. de pactis, cap. iuramentum 22. quæst. 5. quod procedit etiam in sponsalibus, secundum Gabriel.cons.159.vol.2. Ferettus cons. 171.nu.1. Decian.cons.66.nu.5.vol.4. Ledesma super 3.par.5.thom.quæst.43.art.1.nu. 3. vnde Nauarr.in cons.18.& 19.de sponsalibus scripsit quemlibet teneri in vtroque foro fidem seruare,& præsertim præstitam in sponsalibus, etiam si promiserit non animo adimplendi.

5 Imò si sponsus resistit matrimonium contrahere poterit excommunicari, vt pluries fuit practicatum in Curia Archiepiscopali, quæ mota fuit ex dispositione textus in cap. requisiuit cit. tit. vbi Butri,& Panormitan. Præpositus testatur de communi, Ledesma de Sacramento matrimonij, quæst.46. Boer.in cons.40.num. 22. Ferretius cons.171.vol.1. Vnde Hostiens.in summa huius tit.vers.quod sit effectus num. 9. reiectis contrarijs dicit, quod per Ecclesiam cogendus est quis matrimonium contrahere, vt de nolente
6 fiat volens, quamuis secundum Io. Andr. in cit. cap. ex litteris, quem sequitur Præpositus, &
7 tenuit, quod si post excommunicationem Iudex videt eam non prodesse, & excommunicatum esse pertinacem, debet eum absoluere etiam nolentem.

SVMMARIVM.

1 *Conclusiones in causis factas reuocare Iudicibus permissum est cum causa, quæ etiam parte contradicente possunt fieri nu.2.*

3 *Conclusionem etiam a partibus factam iusta etiam subsistente causa, Iudex reuocare non potest.*

4 *Conclusio in causa quando tacitè à Iudice reuocata præsumatur.*

An conclusio in causa reuocata præsumatur, quando Iudex testes, instrumenta, aliasque probationes admittit.

DECIS. CLXXXIV.

1 Contingit persæpè Iudices reuocare conclusiones in causis factas, idque permissum eis est, quando iusta adest causa sic reuocandi, vt scribunt Abbas in cap. quoniam contra num.25. de probat. Bellamera in conclus.55.56.& 57. Alex. in l. admonendi nu.20.ff.de iureiurãd.& l. quod iussit col. penultim. ff. de re iud. Decius in d. cap. quoniam contra num.38.vers. in glossa in Verbo producturus,& ibidem Bero.nu.204. Crauet. cons.144.nu.20.& Asinius in praxi de ordine iudiciorum §.23.cap.6. limita.21.& ijdem affir-
2 marunt expressè, reuocari posse conclusionem in causa etiam parte contradicente dummodò iustę reuocationis causæ extent, si verò iusta reuocandi causa cesset, parte contradicente non est permissa reuocatio, sicuti prędicati Doctores scribunt,& hoc etiam intelligitur, quando conclusio facta fuit ab ipso Iudice, secus si à partibus,
3 nam illam reuocare non potest Iudex, etiam iusta subsistente causa, cum conclusio non sit actus suus, sed partium, aduersus quarum conuentionem nil facere potest Iudex ipse, Ita Asinius in d. limitat.21. in fine, authoritate Baldi in l.2.col. 5 ff. de re iudic.& Iser. in constit. Regni in Pragmat. de processibus ordinandis,& eiusdem opinionis addo Ripam in d.l. quod iussit nu. 40. in fine, ibidem Rebuff. num.86. qui alia plura ad
4 rem scribunt, tacitè autem reuocatam præsumi, & censeri conclusionem in causa fuit resolutum, quando Iudex testes, instrumenta, aliasque probationes admittit, cum enim, vt diximus post cõclusionem in causa, si recipiuntur probationes, necesse est dicere, illis admissis, in necessarium antecedens reuocantiam præsumi,& dici ipsam conclusionem, Arg. l. illud ff. de acquir. hæred. Ita in specie Abbas in c. quoniam contra col. 3. de proba. Butr.& Imola in cap. auditis de proc. Alex. in cons.84.nu.9. lib.4.& in cons.72. nu.7. libro 3. Ripa in d.l. quod iussit num.49. & ibidem Rebuff. num.42. de re iudic.& Asinius in d. lim.21. Menochius de arbitr. Iudic. quæst.35. num.15. lib.1.& ij quidem intelligunt, quando Iudex, qui probationes receepit sciuit factã fuisse conclusionem ipsam in causa, sicuti præsumitur sciuisse si causa coram eo fuit pertractata, secus si coram suo Antecessore.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad conferendum beneficium est semestre.*

2 *Quod quidem tempus non currit nisi à die scientiæ.*

3 *Durante lite super iure conferendi non currit tempus.*

Semestre ad conferendum beneficium an currat Episcopis à die quo currit patronis ad præsentandum.

DECIS. CLXXXV.

IN Curia Archiepiscopali fuit dictum, collationem Illustrissimi Ordinarij valere, ob id præsertim, quod patroni non præsentauerunt in tempore, iuxta terminos textus in cap.1. de iure patron. quare fuit dubitatum, an semestre, quod indulgetur Ordinario ad conferendum currat à die sententiæ declarationis deuolutionis. an vero debet computari tempus quatuor mensium, quod patronis conceditur,& eorum culpa fuit elapsum. Et dicebam Ego, quod licet de beneficijs vacantibus prouidere debent ij ad quos pro-
1 uisio spectat intra sex menses, c. nulla 2. de concess. præb.& c. licet de supplenda negligent. prælat.& Clem.1. eodem tit. de quo late Rebuff. in praxi titul. de diuolutione,& in repetitio. d. cap. 2. circa finem, quod habet locum non solum in

collatione, sed etiam in electione, vt docet Abb. per text. ibi in cap. dilectus de concessione præbend. num. 2. & alij, nisi sit Cathedralis, vel Regularis Ecclesia, quæ ob maius periculum impédens, siuè imminens vltra tres menses Prælato vacare non debet, cap. postquam 50. dist. cap obeuntibus 63. dist. & cap. ne pro defectu de electione, & intellige in Ecclesijs Cathedralibus respectu principalis Prælati, nempè Episcopi, & in Regularibus in quibuscumque earum Prælati principales perpetui quocumque nomine nũcupentur, siuè Abbates, siuè Priores, siuè Præpositi, & habet quoque locum in prouisione Parochialium, etiam stante Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 28. quando eorum collatio ad Episcopos spectat, licet quando earum collatio ad Papam aut alios spectat habeant infra quatuor menses personam magis idoneam præuio concursu eligere, & electam illis significare, vt in const. Pij V. cap. 2. num. 3. quæ est videnda, item habet locum etiam in Hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, & quod dicunt Feder. de permut. quæst. 29. Pau. in Clemen. 2. de relig. dom. Cosmas in pragmat. sanctione tit. de collatione §. item circa verb. respectionem, Sylua de beneficijs 3. par. q. 64. num. 3. Coras. 4. par. cap. 1. nu. 6. Gamb. in cap. vnico de rer. permut. in 6. num. 137. & Zerola in sua praxi Episcop. in verb. beneficium §. 3. quod non est tempus statutum conferendum Hospitale, accipiendum est de Hospitalibus, quæ non conferuntur in titulum beneficij Ecclesiastici, Ita in terminis tradit Rebuff. d. verbo intra sex menses vers. idem quando, & ante eũ Calder. cons. vnico de suppl. negligent. prælatorum, cum quodammodo Ordinarius videatur fuisse impeditus in non conferendo, donec sibi constiterit beneficium fuisse deuolutum, proinde liberè fatendum est, præfatum tempus eidem non currere nisi à tempore declarationis, quod non constat de iurepatronatus, & consequenter à die sententię deuolutionis, ratio, quia dictum tempus non currit nisi à
2 die scientiæ vacationis cap. quia diuersitatem de concess. præb. Sylua de beneficijs par. 3. quæst. 59. nec currit impedito, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti, Abb. cit. cap. quia diuersitatem num. 3. Guttierez lib. 1. canon. quæst. capit. 28. per tot. quia istud tempus datur in odium negligentis, Franch. in cap. statutum de præbend. in 6. & fuit resolutum in Rota Romana in vna Placentina 24. Martij 1586. coram Bubalo, & iterum in eadem 20. Decembris 1585. coram Pamphilio. Et ad idem facit, quod in proprijs terminis scriptum reliquit Feder. de Senis in cõs. 232. quem sequitur Lambertinus de iurepatron. 2. par. 2. libro quæstion. 1. articul. 2. durante lite
3 super iure conferendi, seu eligendi non currere tempus; vndè secundum decis. Rotæ 7. de præb. in antiquis istud tempus non currit nisi à tempore scientiæ, vel à tempore quo scire poterit, vt sequuta fuit in nouissimis temporibus etiam Rota in vna Burgẽs. Canonicatus 27. Martij 1583. coram Bubalo. & iterum in vna Maceratens. Beneficij 1. Iulij 1594. coram Licta, sed sic est, quod Prælatus non potuit scire vexationem, nisi à tempore, quo fuit iudicatum, patronos non præsentare in tempore, & propterea beneficium iure deuolutionis ad Ordinarium spectare, igitur ab eo die debet currere tempus sex mensium, & nõ ante, cui opinioni accedit decis. Rotæ diuers. 481. par. 1. vbi habetur, quod præfatum semestre currit Episcopo ab eo die quo scire cognouerit beneficium ad ipsũ spectare à iure deuolutionis, cũ qua opinione pluries transiuit Curia Archiepiscopalis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi potest publicè poenitentes reconciliare.*
2 *Capitulum succedit in omnibus Episcopo.*
2 *Vicarius Capitularis potest publicè poenitentes reconciliare.*

An Vicarius Capitularis possit reconciliare publicè pęnitentes.

DECIS. CLXXXVI.

1 IN Curia Archiepiscopali pro verissimo habetur, quod Vicarius Episcopi possit, & valeat reconciliare publicè pœnitentes de speciali mandato Episcopi, exc. Aurelius 26. q. 6. sequitur Sbrozzius de officio Vicarij, quæst. 18. libro 2. glosa in d. cap. Aur. 26. quæst. 6. Roias de hæretic. quæst. 43. Lanfranc. Balb. in decis. 331. Arelatan. de hæretic. quæstio. 29. Nouiss. qui sic alias refert in eadem Curia seruari in sua praxi capitul. 50. vbi dicit, quod Vicarius, qui semper solet habere omnes casus requirentes speciale mandatum reconciliat publicè pęnitentes, qui abnegauerint Fidem Catholicam, & alias, quare cum Capitulum
2 succedat in omnibus Episcopo, secundum Panormit. communiter ab omnibus receptum in cap. is qui, & cap. cum olim de maiorit. & obedient. vnde videmus, quod Vicarius Capituli Sede Vacante habet omnem iurisdictionem, quam Vicarius Episcopi d. capitul. cum olim vbi glosa, & Doctores de maiorit. & obedient. cap. vnico eodem tit. in 6. de qua iurisdictione patet aperte in cap. illa, & cap. fin. ne Sede vacante, cap. ad abolendam de hæret. c. si Episcopus, & cap. Ecclesiæ de suppl. negl. prælat. in 6. & in clem. statutũ de elect. & facit etiam textus in cap. cum nullus §. Episcopo de temp. ordinat. in 6. & iurisdictio præfati Vicarij dependet ab ipso Capitulo, quod poterit illam ampliare, & limitare, cum iurisdictio principaliter residat pęnes Capitulum, & non transfertur in Vicarium, nisi exercitium illius tantum, vnde secundum Guttierez canonic. quæst. cap. 11. num. 10. potest Capitulum in creatione Vicarij aliqua sibi reseruare,
3 consequenter ex his fuit decisum, quod si Capitulum Vicario dederit mandatum speciale, poterit ipse Vicarius ex vi dicti specialis mandati publicè pęnitentes reconciliare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio alia voluntaria, & alia contentiosa.*
2 *Regulariter nemo cogitur emancipari.*
3 *Emancipatio voluntariæ iurisdictioni adscribitur, & sic etiam manumissio, & adoptio.*
4 *Nemo dissentiens in adoptionem datur.*
5 *Creatio Doctorum, Militum, & Notariorum est de voluntaria iurisdictione.*
6 *Differentia inter iurisdictionem voluntariam & contentiosam, quæ nam sit.*
7 *Episcopus nõ potest exercere iurisdictionem contẽtiosam in aliena Dioecesi.*
8 *Episcopus non potest conferre ordines propriis subditis in aliena Dioecesi.*
9 *Poena Episcopi exercẽtis iurisdictionem in aliena Dioecesi quæ nam sit.*
10 *Episcopus potest in aliena Dioecesi de consensu Dioecesani exercere iurisdictionem contentiosam.*
11 *Delegatus Papæ extra Dioecesim non potest inuitis partibus ius dicere.*

An, & quando Episcopus valeat exercere iurisdictionem in aliena Diœcesi.

DECIS. CLXXXVII.

1 IN confesso est apud omnes, iurisdictionem
diuidi in voluntariam, & contentiosam: volũ-
taria iurisdictio est quæ inter volentes, & consẽ-
sientes exercetur, & in voluntariæ iurisdictionis
numeram DD. adscribunt ea ad quæ non potest
aliquis compelli, sed contra hoc euenit conten-
tiosa iurisdictione, quæ in inuitum, & reluctan-
tem redditur, l. inter stipulantem §. 1. ff. de verb.
oblig. glos. in l. 2. ff. de officio proconsol. Ias. in
l. 1. in 2. comment. nu. 83. C. de Sacrosanct. Ec-
2 cles. & quoniam nemo inuitus regulariter eman
cipatur leg. nec auus Codice de emancipat. lib.
3 leg. iubemus, Cod. eod. tit. ideò emancipatio vo
luntariæ iurisdictioni adscribitur d. l. 2. ff. de of-
ficio proconsul. eiusdem iurisdictionis est manu
missio, vt etiam habẽtur in citata l. 2. item ado-
ptio, cum nemo dissentiens in adoptionem de-
4 tur leg. in adoption. ff. de adopt. & sic etiam di-
cimus in legitimatione glos. in cap. per memora
bilem, qui filij sint legitimi, & ibidem Innocen.
nu. 3. & in l. 1. num. 5. de iur. Aur. Anul. Signor.
cons. 219. num. 13. Dec. consilio 150. & 557. &
5 ponitur in eadem iurisdictione Doctorum, Mi-
litum, & Notariorum creatio, & de militibus
nominatim tradit Bald. in l. 1. nu. 80. C. de dign.
lib. 12. & de Notario, & Doctore Roland. cons.
88. nu. 33. libr. 1. insignis autem differentia inter
voluntariam, & contentiosam iurisdictionẽ hęc
à DD. ponitur, ꝙ contentiosa iurisdictio extra
6 territorium minime exercetur, neque in homi-
nes alterius iurisdictionis l. fi. de iurisdict. omn.
iudic. in l. fin. ff. de officio præfect. vrb. sed volũ-
taria iurisdictio secus est cit. l. 2. ff. de officio pro-
consul. & l. emancipat. ff. de adopt. quod discrimẽ
inter voluntariam, & contentiosam iurisdictio-
nem tradiderunt glos. Bart. Alexand. & reliqui
in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Vnde Episco-
7 pus ex his non potest exercere iurisdictionem cõ
tentiosam in aliena Dięcesi, quia statim quod
quis egreditur suam prouinciã habetur pro pri-
uato l. 3. ff. de officio præsid. Gemin. in c. si Abba
tem num. 4. de elect. in 6. & ideó prohibetur iu-
risdictionem exercere c. Episcopum 7. quæst. 2.
c. 2. de constitut. in 6. l. fin. ff. de iurisdict. omn.
iudic. & licet loquantur de iurisdictione conten
tiosa tantum, & non voluntaria, secundum Pa-
norm. in cap. nouit. nu. 3. de officio delegat. &
Bal. in l. si ex consensu nu. 10. C. de Episcop. Au
dient. tamen sunt aliqui, qui tenent nec quidem
voluntariam iurisdictionem competentem iure
speciali, vel priuilegio posse extra territorium
exerceri, vt tradunt Roma. in singul. 49. Curt.
Iun. in l. fin. col. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. per
textum in cap. statutum de præbend. in 6. & ob
8 supradictam rationem Episcopũ non posse con
ferre ordines etiam proprijs subditis in aliena
Diœcesi tradit Aufrer. in sæpius cit. l. fi. ff. de iu-
risdict. omnium iudic. quia ex quo ministerio
sacrorum ordinum fit collatio ab Episcopis cele
brantibus diuina officia indutis vestibus Pontifi
calibus requiritur consensus Diœcesani glos. in
clem. fin. de priuileg. Abb. in cap. ex suarum nu.
11. de Author. & vsu pallij, Rebuff. de nomin.
quæst. 14. nu. 29. Couarr. in libro 3. variarum re-
solutio. cap. 20. nu. 9. vbi subdit secus esse in pri-
ma tonsura, vnde Sacrum Conc. Trid. sess. 6. c.
5. sanciuit pœnam exercentibus iurisdictionem
in aliena Diœcesi, per hæc verba: Nulli Episco-
po liceat cuicumque priuilegij prætextu Ponti-
ficalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordi
narij loci expressa licentia, & in personas eidem
Ordinario subiectas tantum, si secus factum fue
rit Episcopus ab exercitio Pontificalium, & Or-
dinarij ab executione ordinum sint ipso iure su-
spensi, licet communis opinio DD. sit, de qua te-
statur Abb. in cap. nouit de officio legat. quod E-
10 piscopus potest in aliena Diœcesi de consensu
Diœcesani exercere iurisdictionẽ contentiosam,
& sic fuit resolutum in Curia Archiepiscopali,
quæ secundum Nouiss. in sua praxi eiusdem Cu-
riæ seruat, quod quando Episcopi petunt licen-
tiam exercendi iurisdictionem contentiosam in
hac Ciuitate Neapol. concedit eis licẽtiam cum
clausula (Dummodò fiat specialis mentio in di-
ctis litteris in vno quoque actu) ad remouẽdum
præiudicium, quod oriri posset ex dicto exerci-
citio, licet sit notandum, quod dicta licentia nõ
præiudicat subditis Episcopi petentis, qui nisi cõ
sentiant non possunt iudicari in aliena Diœcesi,
& si fuerint citati minimé coguntur, neq; tenen-
tur comparere, Ioan. Andr. in addit. ad Specul.
in titul. de citatione §. contra citationem versi-
cul. item quod iudex, Soccin. decitatit. articul.
18. quæst. 2. & est communis DD. opinio in dict.
11 càp. nouit de officio legati, si enim Delegatus Pa
pæ extra Diœcesim non potest inuitis partibus
ius dicere cap. statutum §. in nullo quoque de re
script. in 6. tanto minus Ordinarius hoc poterit

agere, vt tenet gloss. in cap. vt litigans de officio ordinarij in 6. & clem. vnica in verbo indulgemus de foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Quotupliciter quis efficiatur subditus Dioecesani Episcopi.*
2 *Qui solum titulum sine possessione habet beneficiũ obtinere non dicitur.*
3 *Per solam collationem, & titulum beneficii absque eius possessionis ingressu est sufficiẽs vt quis possit in loco beneficii ordines recipere.*
4 *In beneficialibus non attenditur principaliter possessio, sed titulus.*
5 *Iudex laicus cognoscit de possessione beneficii, sed non de titulo, & causa proprietatis.*
6 *Spiritualitas tituli magis, quam commodum temporalitatis videtur necessaria.*
7 *Promouendus non solum pacificam possessionem, sed etiam titulum obtinere debet.*

An sola collatio tituli beneficij absque eius possessionis ingressu, sit sufficientis, vt quis possit in loco beneficij ordines recipere.

DECIS. CLXXXVIII.

1 EX dispositione tex. in c. cum nullus de temporibus ordin. tripliciter quis efficitur subditus, & Diœcesanus Episcopi, primò ratione originis, secundo ratione domicilij, & tertio ratione beneficij, vt optimè declarat Cuch. de potest. ordin. nu. 23. cum alijs lib. 4. tit. 11. Quarãt. verbo ordo versic. quoad tertium cum sequent. quare fuit dubitatum, an sola collatio beneficij absque tamen captura possessionis sufficiat ad effectum de quo sup. vt optimè suo more loquendo de foro adnotarunt Clar. lib. 5. §. fi. q. 36. nu. 21. in fi. & ibi Baiard. in addit. nu. 14. Lud. Lop. 1. par. instr. consc. c. 286. pag. 810. vers. quod sit quasi in possessione, & Farinac. q. 8. nu. 70. & in nu. 45. asserens se ita vidisse obseruari à Reuerẽdissimo Gubernatore Romæ in anno 1580. pro qua quidem sententia benè facit, quoniam is qui
2 solum titulum sine possessione habet, beneficiũ obtinere non dicitur vt trad. Cassan. cons. 30. ex nu. 16. Felin. cons. 40. ex num. 4. Boer. decis. 171. num 26. & in dec. 313. nu. 3. nec ius illud datum per collationem est firmum, & efficax ante possessionem Rebuff. cons. 186. nu. 18. Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. nu. 6. vers. est tamen.
3 Cæterum in contrarium Cur. Arch. inclinabat, quæ opinio, & si Viris grauissimis vera iu dicetur, mihi tamen cõtraria verior visa est, vt. s. ꝙ collationem beneficij obtinẽs beneficium habere dicatur saltem ad hoc ꝙ fori priuilegio gaudeat, nam per solam collationem, & titulum beneficij absq; eius possessionis ingressu quis beneficium habere dicitur, nec possessio attenditur, & docent Roman. cons. 350. nu. 17. Zabarel. in Clem. vt ij qui num. 25. de ætat. & qual. optimè Milis in suo reper. in verb. obtinere dicitur quis beneficium, Couar. lib. 3. var. resol. c. 16. in prin. Paris. de resign. benef. lib. 10. q. 6. nu. 2. Rebuff. in prax. 7. part. tit. de simon. in resign. ex nu. 25.
4 & hinc est quod in beneficialibus non attenditur principaliter possessio, sed titulus, nam possessio nihil habet spiritualitatis, sed titulus, vt notat Boer. dec. 24. nu. 8. per textũ in c. ex frequen-
5 tibus de instit. & hinc est praxis, quod Iudex laicus cognoscit sm̃ aliquos de possessione beneficij, minimè tamẽ de titulo, vel de causa proprietatis, quia cũ hoc sit quid spirituale, est incapax, vt de eo cognoscere valeat, secus verò si principaliter agatur de possessorio, quia cum illud sit quid temporale, vt dicit gloss. in verb. spiritualibus in c. literis de iuram. calum. vñ quod potest de eo cognoscere Iudex laicus, vt docet Couarr. in pract. c. 36. n. 1. Guttierez lib. 1. Canon. qq. c. 34. ex nu. 16. & Bouadilla lib. 2. c. 18. nu. 141. vbi optima Additio in lit. F, vnde ad effectum, vt immunitate clericali quis gaudeat, forumque sæcularẽ effugiat vĩ nullius cõsiderationis esse ꝙ habeat, vel non habeat beneficiũ, dũ tamen habeat titulum, cũ spiritualitas tituli magis, quã cõmodũ tẽporalitatis, ꝙ acquiritur per possessionẽ videatur necessaria ad obtinendam fori exemptionem, quod secus dicendum est, si de promotione ad sacros ordines agatur, tunc enim ex Concil. Tridentin. decisione in sess. 21. cap. 2. de reformat. non solum titulum, sed & pacificam possessionem obtinere debet promouen
7 dus, ne ob priuationem possessionis, idest temporalitatis, cogatur mendicare in opprobrium, & dedecus status clericalis, quod iura abhorrent, p tex. in c. cum seculum de præbend. c. diaconi 93. dist. & quãdo dicatur quis beneficiũ pacificè possidere, eleganter declarat Fusc. de visit. lib. 2. c. 15. nu. 77. & hanc sententiam sequuntur Gigas de pension. q. 94. nu. 12. Germon. lib. 3. c. 15. nu. 59. vers. at vero reprehendit consuetudinem Mediolanensem, sed expressè eã defendit Portoles in schol. ad Molin. in tit. de cõpetentia q. 5. per tot. vbi in nu. 9. refert ita in facto contigisse, & magno præuio consilio grauissimorum Iuriscõsultorum se vidisse in Aragoniæ Regno pronunciatum die 13. mensis Maij anno 1586. à Doctissimo Domino D. Carolo Mendoz. tunc quidem cõ cõpetentiarum Regni Aragonũ Cancellario insigni, postea vero supremi Consilij Coronæ Aragoniæ Regente, Accedit tamen procoronide & confirmatione istius sententiæ, quod secundum eã fuit resolutum à Sanctissimis, & grauissimis Patribus Sacræ Cõgregationis Conc. Trid. die 16. mensis Iulij anni 1587. diffinierunt enim prædicti Patres, vt circumferetur, beneficiarium gaudere priuilegio fori ante adeptã possessionẽ beneficij vt refert Paris. de resignat. benef. lib. 7. q. 1. nu. 47. ex quibus apparet hanc sentẽtiam veriorem esse, & in praxi seruandam fore.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari potest quis ab Episcopo vbi situm est beneficium.*
2 *Cappellaniæ non veniũt appellatione beneficii.*
3 *Pactum, vt præcarium non reuocetur non valet.*
4 *In omnibus supplicationibus fit mentio, quod beneficium sit perpetuum.*

5 Cap-

5 *Cappellaniæ non includuntur sub regula generali reseruatoria.*
6 *Beneficia manualia non includuntur sub regula de annali, nec triẽnali nu. 7.*
8 *Vnio de beneficio manuali non tenet, non facta mẽtione manualitatis.*
9 *Beneficium Ecclesiasticũ iudicatur cappellania quoties fuerit in perpetuum, vel in titulum collatũ.*
10 *Cappellaniam in perpetuum obtinens fruitur priuilegio fori, et tenetur teuctur diuinum officium ac si beneficia Ecclesiastica haberent n. 11.*

Ratione Cappellaniæ an, & quando possit quis ab alieno Episcopo ordinari, ad intellectum tex. in c. cum nullus de temporibus ordinat. in 6.

DECIS. CLXXXIX.

1 DVbium non est, quod potest quis ab Episcopo loci, vbi situm est beneficium ordinari ad text. in c. cum nullus de temporibus ordinat. quare fuit dubitatum an idem sit dicendum in obtinente cappellaniam, si possit scilicet ab illo loci Ordinario sacris ordinibus insigniri quemadmodum posset ratione beneficij, & dicebatur, quod non posset, siquidem huiusmodi cappella-
2 niæ sunt amouibiles, & non veniunt appellatione beneficij, vt pulchrè ad propositum plura cumulando adnotarunt Azebed. lib. 1. tit. quarto l. 1. num. 7. Portol. de competent. q. 5. ex nu. 21. subdens in nu. 23. in facti contingentia ita iudicatum fuisse in illo Regno, & ab illo quandocumque, & quomodocumq; amoueri posse cap. cum ad Monasterium §. tales de statu Monachorum c. 1. §. fi. ibi & si liberè possint ad eandẽ monasteria reuocari de priuileg. lib. 6. & notatur in c. 1. de capellis monach. lib. 6. Staffil. de lit. gratiæ tit. de expectat. in 9. forma expectatiuarum nu. 29. Cassadorus dec. 8. per totam, & decis. 11. ante nu. 10. de præb. Rebuff. in praxi tit. de dispẽsationibus cum irregularitat. fact. nu. 4. & de pacific. possessoribus ex nu. 272. vsq; ad 283. quæ manualia beneficia præcario cõparantur, Mandos. in regul. 33, de annali q. 11. nu. 5. Rebuff. de pacif. possessoribus nu. 274. & 276. taliq; mõ possũt ad libitum amoueri, quod non valet pactum factum ab Abbate de contrario, & eo non obstante quamuis interuenisset iuramẽtũ possunt amouere, vt post Archidiac. & Io. Andr. c. præsenti de offic. legati in reseruando beneficia nu. 12. Rebuff. de pacif. possessor. nu. 274. vers. imò si Abbas, & facit Rota dec. 570. p. 3. lib. 3. diuers. sicut
3 non valet pactum, vt præcarium non reuocetur, quia est contra naturam substantialẽ contractus l. cum præcario 12. ff. de præcar. vnde cũ deficiat vnum ex substantialibus beneficij. s. vt sit perpetuũ, sequitur q necveniat appellatione beneficij, Nauar. cõs. 5. nu. 1. & cõs. 7. de præb. Greg. Tholos. in instit. rei beneficiariæ c. 11. n. 12. natura. n. seculariũ est, q sint perpetua c. 1. & ibi glos. verbo perpetui de cappell. monacho. lib. 6. c. veniẽs cũ ibi notat. de filijs præsbyterorũ, Cassad. decis. 4. nu. 2. de prebendis, Mandos. in d. reg. 33. q. 11. Flam. Paris. de resign. lib. 11, q. 3. n. 92. & 93. & sm̃ Gonzalez glos. 5. nu. 18. & quod in omnibus supplicationibus, & in principio illorũ fit mẽtio, q beneficiũ de quo supplicatur, est perpetuũ ad distinctionẽ manualis, de quo Papa prouidere non intendit, & omnes ferè supplicationes incipiũt dicẽtes, cũ perpetuũ beneficiũ, & ppterea
5 cappellaniæ non includuntur sub regula generali reseruatoria glos. in clẽ. vnica verbo reuocari ad finẽ, vers. & ob hanc causã de supplẽd. neglig. Præl. Cald. cõs. 26. an in reseruationibus de pb. c. 2. de præb. lib. 6. vt fuit resolutũ in vna Calag. præceptoriæ de distel. corã Puteo de anno 1546. teste Achille dec. 9. de præbendis, hinc beneficia
6 manualia non includũtur sub regula de annali, vt fuit resolutũ in vna Abbiga. Cappell. 15. Ianuar. 1549. coram Nouato, Mandos. in reg. 33. de annali q. 11. nu. 5. & per totã Mohed. dec. 10. de caus. posses. nec etiã cõprehẽduntur in regul.
7 de triẽnali Gomez sup eadem reg. q. 5. & 7. Rebuff. de pacif. possess. nu. 272. Mohed. dec. 5. alias 10. de causa poss. & ppr. Paris. de resig. li. 11. q. 3. nu. 85. Rota dec. 739. nu. 7. p. 1. diuersorũ, simili-
8 ter non tenet vnio de beneficio manuali, nõ facta mentione manualitatis, Cassad. dec. 4. n. 1. & per totã de præb. Rebuff. de pacif. possess. n. 282. vers. nõ valeret tamẽ vnio, Simonet. dec. 31. in manuscript. & Additio ad Simonet. de renũt. q. 8. nu. 4. sicut nec alia quælibet impetratio valet de tali beneficio manuali, manualitatis mentione non facta, Cassad. d. dec. 4. sub nu. 1. & nu. 2. de præben. & decis. 12. num. 6. & 10. eod. tit. tenuit Rota teste Achill. de Grass. decis. 8. de præben.

9 Verũ quidquid sit ex supradictis, fuit dictũ q quando alicui in perpetuũ, vel in titulũ fuerit assignata, & collata dict. Cappellania cũ authoritate Episcopi, tunc siquidem vt ecclesiasticũ beneficiũ debet iudicari, & cõsequenter, q possit ratione ipsius ordinari ab alieno Episcopo, vt resoluũt Salzed. in addit. ad Diaz c. 62. nu. 2. & in c. 18. n. 9. Nauar. de Hor. Can. c. 20. nu. 17. Azor. in inst. moral. lib. 10. c. 3. col. 1472. vers. quinto quęritur Zerola in 1. par. §. beneficiũ vers. 10. fol. 14. Felician. de censibus lib. 2. c. fi. nu. 15. illius siquidẽ ratione, vt ipse ait cõstringitur Cappellanus ad recitandas preces horarias, & ad restitutionẽ tenebitur pro rata omissionis sicut quilibet beneficiarius, vnde non mirũ si in eo casu eisdem fruatur priuilegijs, eiusdemq; fori priuilegio minimè potitur habens præstimoniũ, quando ei nõ in titulũ concessum est, cũ enim huiusmodi præstimonia fuerint instituta pro studentibus, & pro subsidio contra infideles, & in sola temporalitate consistant, sic quandoque non dantur in titulũ beneficij perpetui, tunc quidẽ ea obtinẽtes pri-
10 uilegio fori gaudent, quando vero ipsa concedũtur in titulũ perpetui beneficij, vt multoties fit, præsertim in Hispania tunc quia habent onus annexum seruitium vidẽtur habere, eaquẽ obtinẽtes dictum fori priuilegiũ consequantur, adnotarunt Menoch. de arbitr. iudic. casu 201. num. 56. Rebuff. de pacif. possessor. ex nu. 90. Hoieda de benef. 1. par. c. 17. nu. 25. pulchrè in 2. par. c. 8. per totum, optimè Paris. de regn. benef. lib. 2. q. 1. ex

11 num. 124. & eo in casu ea obtinentes, beneficia Ecclesiastica censentur habere, diuinumque officium persoluere tenentur, vt tradunt Nauar. de Hor. Canonic. c. 21. numer. 9. Azor. institutio. moral. lib. 10. capit. 3. colum. 1472. & de his videtur intelligendus motus prop. Pij Quinti, qui incipit, ex proximo Lateranensi Cōcilio, vbi postquam præcipitur, vt omnes clerici qui beneficia habent diuinum officium persoluant subiungit hæc verba, declarantes præstimonia, & præstimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia etiam nullum omninò seruitium habentia continentes in prædictis contineri, quod certè intelligendum est de ipsis præstimonijs, quæ conferuntur in perpetuum, non verò de alijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis per Iudicem qui eam tulit non potest suspendi, sed requiritur formalis absolutio nu. 2.*
3 *Excommunicatus potest subsistente legitima causa absolui ad tempus.*
4 *Actus legitimus non recipit neque diem, neque conditionem.*
3 *Sententia excommunicationis incursæ potest suspēdi ad tempus.*

An sententia declaratoria excommunicationis incursæ, possit suspendi ad tempus.

DECIS. CLXXXX.

1 Excommunicationis sententia per Iudicem qui eam tulit non potest suspendi ad tēpus, Ioan. Andreas, Anton. Abb. Imol. & Præpositus in cap. ad hæc quoniam de appellationibus, sed requiritur formalis absolutio, capitul. nuper, &
2 cap. cum desideras, de sententia excommunicationis, solum enim excommunicatus subsistente
3 legitima causa potest absolui ad tempus, & post tempus reincidit in eādem excommunicationē, vt in cap. veniens el 2. de testibus, Franchus in dict. cap. ad hæc; quare fuit dubitatum in Curia Archiepiscopali, an sententia declaratoria excōmunicationis incursæ possit suspendi ad tempus, & videbatur quod non, ex eo quod excommu-
4 nicatio cum sit legitimus actus non recipit neq; diem, neque conditionem, argumento tex. in l. actus legitimi ff. de regulis iuris, & c. actus legitimus eod. tit. in 6.

Cæterum fuit contrarium resolutum, & fuit bis seruatum ex doctrina Imol. & Franch. in c. dilecti filij de appell.

SVMMARIVM.

1 *Habens beneficium Ecclesiasticum gaudet priuilegio fori.*
2 *Clericus obtinens pēsionem gaudet priuilegio fori, sed contrarium nu. 5. et 10.*
3 *Pensio largo modo dicitur beneficium.*
4 *De beneficio debet fieri mentio in impetratione, & sic de pensione.*
6 *Pensio non sapit titulum beneficialem.*
7 *Pensio potest assignari laico.*
8 *Quādo mandatur prouideri de beneficio vigore talis mādati de pensione prouideri nequit.*
9 *Appellatione beneficiarii non venit pensionarius.*

Clericus obtinens beneficium, an gaudeat priuilegio fori.

DECIS. CLXXXXI.

1 Elegans dubium fuit, an dum Conc. Trid. cōcedit priuilegium fori habenti beneficium Ecclesiasticum, censeatur etiam dictū priuilegiū cōcessisse habenti pensionē super fructibus alicuius beneficij, ita vt is similiter gaudeat fori priuilegio, exceptusq; sit à iurisdictione Iudicis sæcularis, sicut si habuisset beneficium, & Gigas de pension. q. 94. nu. 8. defendit, quod habens pensionē hu-
2 iusmodi priuilegio fori gaudeat, & idē affirmant Portoles ad Molin. in tract. de comper. q. 5. nu. 20. pulchrè Zerola in praxi Episc. 1. par. 9. clericus fol. 43. vers. ex hac doctrina pluribus rationibus id cōprobans, & Salzed. ad Diaz in c. 62. nu. 10. subdens, quod cum iste casus in Cōplutensi Academia contingisset anno Dñi 1584. ita ipse consuluit, & sic postea in supremo Consilio Regis iudicatum fuit, pro qua opinione facit, quia
3 largo saltem modo pensio dicitur beneficium, vt trad. Abb. in c. ad audientiā el 2. nu. 2. de rescr. & refert Paris. lib. 2. de resign. benefic q. 15. ex princ. quia quando pensio imponitur super beneficio, dicitur fieri sectio in pensionibus, quæ transeunt ad successores beneficiatos, Gamb. de offic. & potest. Legati de latere lib. 6. ex nu. 315.
4 & hinc est, quod sicuti de beneficio in impetratione debet fieri mentio, ita de pēsione, Gigas de pensio q. 67. Staphil. de liter. gratiæ §. noua forma nu. 11. Menoch. de arb. casu 201. nu. 51.
5 His tñ nō obstātibus, contraria sentētia vti ve
6 rior fuit visa tenenda, pensio nāq; nō sapit titulū beneficialē, nā titulus est quid ṫporale, & assi-
7 gnari potest laico, Azebed. lib. 1. tit. 4. l. 1. nu. 5. Andr. Gābar. de offic. & potesta. Legat. lib. 6. ex nu. 397. Gigas de pensio. q. 21. refert plures Paris. lib. 2. de resign. benef. quæst. 15. num. 20. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 9. nu. 36. Coras. in paraphr. Sacerd. 1. par. cap. 4. ex num. 1. vnde nec etiam pensio est beneficium Ecclesiasticum, vt notant communiter Scribentes in cap. ad audientiam el 2. de rescript. vbi pensio, & beneficium ponuntur vt diuersa, & probat optimè tex. in cap. quamuis el 1. de præbend. lib. 6. vbi quā-
8 do mandatur alicui prouideri de beneficio, vigore talis mandati de pensione prouideri non poterit, Gābar. in dicto lib. 6. nu. 296. & tradit Staphil. supra num. 12. fol. 21. Sylua de benefic. par. 1. quæst. 3. num. 11. Hoieda de incompatibil. benefic. in 1. par. in præfat. nu. 3. & in 2. parte cap. 7. num. 4. Paris. vbi supra nu. 11. & in lib. 1. quæst. 10. num. 69. sic appellatione beneficiarij
9 non venit pensionarius, Bursat. cons. 351. num. 27. Io Azor. in institut. moral. lib. 10. capit. 4. colum. 1475. versicul. tertio quæritur, subdens iure

iure antiquo attento, cum non cogi posse ad aliquas preces soluendas, iure vero nouo, qui vt clericus pensionem obtinet soluere tenetur B. Mariæ Virginis officiũ, ex constitutione Pij V. quod etiam referunt Nauar. de Hor. Canonic. cap. 21. num. 10. & Cuch. institut. maior. libr. 5. tit. 7. numer. 17. Gabr. de offic. & potest. legat. lib. 6. ex num. 325. in fine, nec obstat quod dicebatur in impetratione beneficiali faciendam esse mentionem de pensione, cum etiam, & mentio fiat de alijs, & tamen non omnia de quibus fit mentio sunt beneficia, vt docent post alios Hoieda in dict. capitulo 7. numero 16. & Paris. in dict. quæstione 15. num. 24. Gigas de pension. quæst. 28. & ex num. 5. vnde etiam pri-
10 uilegium fori concessum habentibus beneficia non comprehendit pensionarios, vt pulchrè cõcludit Azebed. lib. 1. tit. 4. lege 1. num. 5. quod etiam Sacra Congregatio Concilij Tridentin. censuit die 19. Iunij anno 1586. sub his verbis, Capitulum sextum sessio. 25. de reformat. Concilij Tridentini non comprehendit quoad priuilegium fori eum, cui fuit reseruata pensio super fructibus alicuius beneficij, quam refert Paris. in dicta quæst. 15. num. 15. & secundum eam decisionem nulli dubium est, posse Iudicem sæcularem cognoscere de persona pensionarij delinquentis, quod quidem verum esse fateor nisi pẽsionarius alias haberet qualitates habitus, & ton suræ superius relatas, tunc quidem non ratione pensionis, sed ob prædictas qualitates fori priuilegio frueretur, istæ tamen opiniones poterunt ad concordiam reduci ex his quæ trad. Cuch. inst. maio. lib. 5. titulo 7. num. 17. quod quando habens huiusmodi pensiones & eas obtinet loco tituli beneficij, reputatur vt beneficiatus, verum si non loco tituli, sed simpliciter tanquam quid prophanum possidet, in beneficiatorum numero non recensetur, quare nec vllo officij clericalis exoluendi onere tenetur, cum pensio huiusmodi etiam vero laico dari possit. & hanc opinionem vti veriorem mecum multi approbarunt.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris Episcopi gaudet fori priuilegio.*
2 *Familiaris clerici non gaudet priuilegio fori.*
3 *Familiares priuilegiati nisi sint perpetui non gaudent priuilegio concesso Domino.*

Familiaris Episcopi, an gaudeat priuilegio fori.

DECIS. CXCII.

IN anno 1594. fuit remissus ad Curiam Archiepiscopalem Iosephus Vinaccia laicus fa-
1 miliaris dictæ Curiæ inquisitus in Magna Curia Vicarię de delictis commissis in hac Ciuitatę extra officium, quod gerebat, processus est in banca de Rugerio, quæ decisio fundamentum recipit ex traditis per Pano. in c. 2. de for. comp. nu. 6. & per Portoles de comp. q. 11. Capyc. in dec. 12. ex nu. 1. Tesaur. in dec. 22. num. 6. Zerola in praxi Episcop. 1. part. §. Episcopus vers. 11. fol. 98. & in 2. par. §. Episcopi versiculo 42. & faciunt tradita per Bouadillam lib. 2. c. 17. num. 7. asserentem ex aliquorum sententia hoc intelligi in famulis tãtum Episcoporum non clericorum, qui conueniri debent coram Iudice laico, & non Ecclesiastico, & quamuis circa hanc distinctionẽ dubius videatur esse prefatus Bouadilla, ea tñ verissima mihi videtur per tradita à Scaccia de iudic. causarũ ciuil. & crim. lib. 1. c. 11. nu. 22. & Iul. Clar. §. fi. quæst. 35. num. 18. vbi Baiard. n u. 3. Farinacc. lib. 1. quæst. 8. nu. 46. asserens, priuilegium hoc fori minimè concedi famulis cleri-
2 corum, sed tantum Episcoporum, qui etiam si sæculares sint nullatenus possint à Iudice sæculari iudicari, fori namque priuilegio ipsorum Episcoporum frui debent, Menoch. de arbitr. casu 565. num. 13. nisi esset tale priuilegium ab Imperatore concessum, vt etiam familiares Ecclesiæ, vel Clericorum eximerentur à foro ciuili, Abb. in dict. cap. 2. num. 6. Menoch. supra num. 15. & Thesaur. in dicta decisione 22. num. 7. est tamen videndus Viu. vol. 1. commun. opin. in nou. fol. 85. in fine dicens cum Felyn. Abb. & Ant. de Butr. in cap. 2. de foro compet. quod fa-
3 miliares alicuius priuilegiati si non sint perpetui, sed serui mercennarij non gaudent priuilegio fori competenti ipsi Domino, quod tamen mihi non placet.

SVMMARIVM.

1 *Laceratio capucii facta Religioso dicitur grauis percussio.*
2 *Percussio dicitur leuis etiam si sit facta in publico nisi in se fuerit notabilis.*
3 *Iniuria dicitur atrox ratione loci publici.*
4 *Scortura leuis non dicitur vulnus etiam si in platea esset illata.*
5 *Modica deformitas publicè apparens non inducit irregularitatem.*
6 *Pax non dicitur rupta per modicam percussionem factam.*
7 *Constitutio poenalis loquens de sanguinis diffusione, non intelligitur de modica.*
8 *Condemnatus in iudicio, quod facit notorium iniuriarum, est infamis.*
9 *Leuia, & modica non habentur in consideratione.*

An laceratio capucij facta viro religioso à contendente cum eo dicatur grauis percussio.

DECIS. CXCIII.

1 CEnsuit Curia Archiep. hanc fuisse grauem percussionem, nam habuit respectum ad locum publicum in quo fuit illata, siquidem secundum Nauarr. in Man. c. 27. nu. 92. percussio
2 dicitur leuis etiam si sit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, prout ista de qua loquimur, & generet aliquod magnum scandalum, Enriquez in conf. 39. num. 6. Rub. in conf. 97. Attaman. in conf. 2.

conf. 2. & secundum Cardin. in conf. 42. percussiones duorũ clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus ad inuicem sese percusserunt fuisse leues, à quibus posset absoluere Episcopus, & ex Lapo alleg. 76. vbi dixit, leuem fuisse percussionem cuiusdam Cappellani, qui colaphum impegit Canonico Ecclesiæ Aretinæ in eadẽ Ecclesia, à qua posset absoluere Episcopus, hanc secundũ
3 opinionem censeo veriorem, quandoquidem licet iniuria dicatur atrox ratione loci publici dicto §. atrox, & l. prætor §. atrocẽ ff. de iniur. nihilominus requiritur, ꝙ in se sit aliquo modo notabilis, alias si est leuis, non fit atrox ratione loci publici, est. n. differentia inter vulnus, & vulnusculum, ita quod pro vulnusculo si appareat non datur redhibitoria l. sed sciendum ff. de ædilit. edicto, & pro qualibet re minima non datur dicta actio, l. si tamen in fi. eod. tit. per quem text. dixit Bald. in l. si prædiũ, C. de ædilitijs action. in proposito nostro, quod si dicat statutũ, quod Sindici teneãtur denunciare percussiones sanguinolentas, vbi est leuissima cutis scissura, nõ est denũciandum, nã scissura leuis, aut verticatura, ita
4 enim appellãt, nõ dicitur vulnus etiã si in platea esset illatum, neq; pro tali vulnusculo atrox pęna irrogaretur, hęc Tiraq. de iudic. in rebus exiguis
5 n. 20. qui plures allegat, præterea modica deformitas publicè apparens non inducit irregularitatẽ, glo. in c. fin. de corp. vitiat. & probat Paris.
6 conf. 165. vol. 4. pacem non esse ruptam per modicã percussionem factam in platea ab inimico, nec deberi pęnam, & statutum puniens facientẽ vulnus in facie, vel alia corporis parte, nõ habet locum in vulnusculo, & constitutio pęnalis lo-
7 quens de sanguinis effusione, non intelligitur de modica, Abb. in c. proposuisti de consecr. Ecclesiæ, vel Altaris, glosa ordinaria in ca. cum illorũ de sentent. excommunicat. & licet aliàs condem
8 natus in iudicio, quod facit notorium iniuriarũ sit infamis, siue ciuiliter, siue criminaliter actũ sit, l. athletas, §. item si quis furti, qui est vltimus ff. de his qui notantur infamia, hoc tamen non obtinet. cum quis pro parua, leuique iniuria est condemnatus, cap. cum te, vbi glo. de sent. & re iud. quam defendit Tiraq. loc. cit. nu. 74. & multa adduci possunt ad probãdum, quod etiam in
9 notorijs sit habẽda ratio modicitatis, leuia enim & modica nõ sunt in consideratione, vt latè per Tiraq. in dict. tractat. ex quibus sequitur, quod percussio leuis in personam clerici ratione notorij non efficitur grauis, nisi ex se fuerit aliquo modo notabilis, tunc efficeretur atrox.

SVMMARIVM.

1 *Clericus potest clericatui renunciare.*
2 *Dans causam homicidio est irregularis.*
3 *Nihil interest an quis occidat, an causã mortis præbeat.*
4 *Paria sunt quem interficere, & causam interfectionis præbere.*
5 *Clericus testimonium ferens in causa sanguinis efficitur irregularis.*
6 *Episcopus citra timorem irregularitatis potest Iudici laico copiam renunciationis clericatus tradere.*
7 *Quod aliquis sit, vel nõ sit clericus, non est propinqua causa mortis.*
8 *Ad Episcopum spectat cognoscere, an quis sit clericus, vel non.*
6 *Episcopus permittens exhumari corpus interfecti pro capienda informatione non contrahit irregularitatem.*

An Episcopus citrà timorem irregularitatis possit Iudici laico copiam renunciationis clericatus tradere.

DECIS. CLXXXXIV.

1 PLuries fuit tentum per Curiam, posse clericum clericatui renunciare, ex glos. in cap. tuæ de apostatis, quare fuit dubitatum, an per Ordinarium posset concedi Curiæ sæculari copia renunciationis clericatus, citra timorem irregularitatis, & dicebatur primo, non posse ex eo, quod tradendo copiam renunciationis censetur præbere causam mortis, & consequenter videtur contraxisse irregularitatem, siquidem
2 dans causam homicidio est irregularis, c. suscipimus, & tex. in c. de cætero de homicidio, quidquid enim est causa causæ est causa causati, l. qui à micis, ff. de adulter. l. manumissiones, & ibi late Ias. ff. de iust. & iure, & facit text. in l. nihil in-
3 terest ff. de sicarijs, vbi dicitur, nihil interest an quis occidat, an causam mortis præbeat, & probatur etiam in ca. periculosæ, de pęnitentia dist.
4 1. vbi paria sunt quem interficere, & causam interfectionis præbere, Hartaman. lib. 2. de accusat. decis. 12. vbi ait teneri de homicidio quis qualitercumque hominem occidit, Cremens. sing. 82. vbi voluit à fortiori etiam teneri sepelliendo interfectum, sequitur Boer. in decis. 262. num. 7. Balb. in decis. 23. Alex. consil. 91 volum. 1. Iosef. Ludouicus in decis. 16. Lucens. Nauarr.
5 in consilio vnico de testibus cogendis, vbi clericus testimonium ferens in causa sanguinis efficitur irregularis, quasi quod pręstitit causam mortis, post Panormita. in cap. sententiam, nè clerici, vel monachi, Borgias. in tractatu de irregularit. quæstione 12. num 6. Siluester verb. homicidium 3. quæst. 2. Soccin. in cap. ad audientiam num. 129. de homicidio, vbi vnanimiter concludunt, quod quomodocumque cooperatur Iudici sæculari procedenti in causa sanguinis, facto præcepto, vel aliquam causam præstando efficitur irregularis morte sequuta, sequitur Nauarr. in manuali confessariorum ca. 27. numer. 207. Maiol. de irregularitate lib. 2. cap. 8. num. 4. & ita fuit decisum in Rota Romana in vna Iacensi Vicariæ 15. Iunij coram Illustrissimo Platto.
6 Cæterum supradictis minimè obstantibus contrarium fuit in Curia iudicatum, siquidem, quod aliquis sit, vel non sit clericus, non est cau-
7 sa propinqua mortis, per text. in cap. si Iudex laicus de sententia excommunicat. in 6. vbi ad Episcopum spectat cognoscere, an aliquis sit,

vel

8 vel non sit clericus, sine aliqua limitatione, an sequatur mors, vel nõ, & ex eadem ratione prouenit, non contraxisse irregularitatem quendã
9 Episcopum, qui permiserat exhumari corpus interfecti pro capienda informatione delicti in genere, ita Caualc. in decis. 17. par. 5. ex quo erat causa valde remota.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus, contra quem crimen probari non potest debet se purgare.*
2 *Purgatio non inducitur, vbi extat aliqualis modus probandi.*
3 *In notoriis non indigemus probatione.*
4 *Notoria sub se plenam continent probationem.*
5 *Purgatio dicitur remedium subsidiarium.*
6 *Purgatio canonica non potest induci, quando adsũt indicia sufficientia ad torturam.*
7 *Propter solam vehementem suspitionem potest induci purgatio canonica.*

Purgatio Canonica, an possit induci, quando adsunt indicia sufficientia ad torturam.

DECIS. CXCV.

1 RAtio dubitandi, quod non posset, colligebatur ex text. in cap. quoties de purgatione canonica, vbi infamatus contra quem crimen probari nõ potest, debet se purgare, ex quo text. patet euidẽter, non posse induci purgationem, quoties extat aliqualis modus probandi, & probatur etiam in cap. si quis de purgatione canonica, vbi si delictum est probabile non inducitur purgatio, alias secus, & ex hoc prouenit super notorio crimine non esse necessarium onus purgandi, c. cum dilectus sępius cit. titul. cum in no-
3 torijs non indigemus probatione, cap. euidentia de accusat. cap. in nostra, vbi Panorm. & reliqui de iure iurando, & latissime Bartol. in l. qui interrogatus ff. de interrogator. actionibus, & Ias. in l. si vero §. qui pro rei ff. qui satidare cogan
4 tur; notoria enim sub se plenam continent probationem cap. fin. de verborum significat. ratio est secundum Alban. in cons. 29. quia purgatio
5 dicitur remedium subsidiarium, & locum habet vsquequò non extat alia species probationis; ex quo fit, vt si extent indicia sufficientia ad torturam cessare debet purgatio, tamquam remediũ extraordinarium, argumento tex. in l. in causæ ff. de minoribus, & in hãc etiam opinionem inclinauit Follerius in practica canonica in vers. & sic nec confessi, aut conuicti num. 8. dicens
6 non esse deueniendum ad purgationem canonicam, quando adsunt indicia ad torturam, sed reum debere torqueri, vnde vehementer suspectum antequam se purgat debere prius torqueri, sequitur Squillacensis in tractatu de Fide Catholica cap. 31. num. 1. & cum hic casus accidisset in Curia Archiepiscopali maior pars Dominorum Congregationis dictæ Curię inclinauit, quod si adessent indicia sufficientia ad torturam non induceretur purgatio canonica, & fuit dictum, contra hanc sententiam non obstare dispositionem text. in cap. inter sollicitudines de
7 purgatione canonica, vbi propter solam vehementem suspitionem potest induci canonica purgatio, sequitur Card. in Clement. 1. §. sane quæst. 22. de vsuris, Albert. de agnoscend. assertionibus hæreticorum quæst. 36. in fine, Simancas de Catholicis inst. tit. 65. num. 52. Pegna in 3. par. director. inquisitorum super quæst. 61. ibi si quis ergo scienter est enim vehemẽs suspitio, quæ oritur ex grauibus indicijs, & animum Iudicis inclinat in vnam partem cum aliquali, vel modica dubitatione, vt per Menoch. de præsu. lib. 1. quæst. 7. Farinac. de indicijs ad torturam, quæst. 36. nu. 181.

SVMMARIVM.

1 *Testi vario, & contraria deponenti in eodem iudicio non creditur, sed limita vt nu. 2.*
3 *Confessio procuratoris potest statim reuocari.*
4 *In crimine hæresis testis potest ex interuallo se corrigere.*
5 *Obliuio quanto temporis spatio præsumatur remissiuè.*
6 *De tempore, & loco, an teneãtur testes præcisè deponere.*

Testis, an dicatur varius, si in continenti se correxit.

DECIS. CXCVI.

1 CVm de hoc discuteretur in Curia Archiepiscopali dicebatur, quod testi vario, & contraria in eodem iudicio deponenti fidem abrogant leges nostræ, l. qui falsò ff. de testibus l. eos ff. de falsis, licet hoc tamen minime sit perpe-
2 tuum, nam si statim corrigendi animo contraria dicant, secundę testificationi adhibetur fides, Bart. in d. l. eos num. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 29. num. 1. Couarr. lib. 2. Variar. Resol. cap. 13. num. 8. cap. præterea de testibus cogendis, gl. in §. quia verò in Auth. de testibus, Gabr. lib. 7. commun. opin. de malef. conclus. 27. num. 4. Capyc. in decis. 41. & hoc casu, vt se corrigat statim poterit rursus interrogari, parte instante, non ex interuallo, Gabr. in d. conclus. 27. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 5. num. 18. qui num. 19. id extendit etiam ad Notarium corrigentem authographum, siue originale documẽtum, confessio etiam procuratoria statim
3 potest reuocari, ex interuallo autem ita demum si ostendatur error, Caroc. decis. 160. num. 18. sunt autem variæ opiniones Doct. in hoc articulo, quando nam testis dicatur incontinenti se ipsum velle corrigere, de quibus vberrimè Gab. dict. concl. 27. nu. 5. Tiraq. dict. num. 28. quo iure, ego relinquo plurimum arbitrio Iudicis, qui præoculis habebit testium qualitatem, temporis internallum, & huiusmodi circumstantias, Couarr. var. resolution. d. cap. 13. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. casu 108. num. 5. in vniuersũ enim

enim ęstimat Iudex, quādo dicatur in continēti factum, vbi nihil in iure est decisum, vt sæpè dixit Rot.Genuen.decis.1.num.32. optimè circũstantias perpendit Capyc.decis.142.num.3.4.& 9.addo Octau. Vulpell.de præp.Aduerb.& coniunct. sign.in verbo in continenti, vbi consulit Iudici nè sit facilis in admittenda huiusmodi correctione, ob timorem subornationis, Farin. latè q.66.de testibus num.226. Gallia.cons.117. nu.35. ex interuallo se corrigit probato errore, Farin.cons.44.nu.19. & in crimine hæresis iure
4 quodam singulari testis etiam ex interuallo se corrigit, vt in Direct.inq.par.3.com.114.& latè dixi ego in dec.57.lib.1.

Illud tamen non omittendum circa testes, quandoquè enim aiunt se non recordari, placet igitur eo casu eos haberi pro negantibus & perindè censeri deposuisse, ac si dixissent se non interfuisse, vbi tantum temporis spaciũ non effluxit arbitrio Iudicis, ex quo obliuio possit præsumi, Farinac.de falsit.quæst.148.num.122.quod in vniuersum procedit in his qui negant se recordari, Mascard.concl.1081.num.48.conclu.170. num.22.conclus.1127.num.1.vbi ait de tempo-
5 re, ex quo inducitur obliuionis præsumptio, qua ratione sæpè respondi, non habere locum §.& quia plerique in No. const. in med. de probat. vbi tantum tempus abijt ex quo facilè includi poterit obliuio, Alb. consil. 602. num. fin. tunc enim testis non tenetur deponere de tempore præciso, cæterum de eodem §.latè ait idem Alb. consil.623. num.4.consilio 726.num.1. & cons. 529.num.25. Plot.consil.6. 60.92.& 94. & de
6 tempore, & loco an teneantur præcisè testes deponere, Farin.de testibus, quęst.64.vbi num.90. & 101.ait tunc non tenere deponere, vbi ob lapsum temporis præsumi potest obliuio, veluti in actu momentaneo, & qui iamdiù contigit, item vbi non est quæstio de priore, vel posteriore tempore non est de illo deponendum, Alb.dict.consil.623.nu.4.

SVMMARIVM.

1 *Dubium resoluitur affirmatiuè.*

An debitor de fuga suspectus possit capi.

DECIS. CXCVII.

1 CVria Archiepiscopalis censuit affirmatiuè, scilicet, quod debitor fugitiuus possit capi, per textum in l.ait prætor §.si debitorem ff.quę in fraudem creditorum, & sic obseruauit in causa Sebastiani Cacacis Mercatoris litterarum cambij, qui eum fuisset effectus clericus post decoctionem; fuit per dictam Curiam captus ob suspitionem fugę ad instantiam Reuerendissimi Episcopi Nicastrens. Sed quia circa hunc iuris articulum vidi quandam allegationem D. Ioannis Mariæ Nouarij iuuenis valde eruditi volui illam inserere.

SVMMARIVM.

1 *Creditor potest petere suum debitorem de fuga suspectum carceribus mancipari.*
2 *Vbi copia Iudicis non est, iure ciuili nobis ipsis ius dicere possumus.*
3 *Quis dicatur debitor fugitiuus, vel de fuga suspectus.*
4 *Debitor potest capi, etiam die feriato in honorem Dei.*
5 *Creditor debitorem resistentem impunè lædere potest.*
5 *Quæ debeant concurrere ad obtinendam capturam debitoris.*
7 *Iuramentum suspitionis fugæ debet deferri per Iudicem.*

Ioannis Marię Nouarii Allegatio.

1 CReditorem, cui quid quacumque ex causa legitima debetur debitorem suum de fuga suspectum capiendum, carceribusque mancipandum petere posse, & Iudicem teneri hoc facere, textus est in l. ait prætor §. si debitorem ff. quæ in fraud. credit. tradunt Ripa in cap. 1. num.88. & sequent. extra de iudic. Pecch. de iure sistendi cap.3. num.1. Caccialup.de debit. suspect.quæst.2.num.1.iure enim deciditur, debitorem fugitiuum, vel de fuga suspectum, per creditorem ipsum si periculum in mora sit, vel per Iudicem ad instantiam creditoris capi posse, d.§.si debitorem, & ibi glosa in verbo locum, & Bartol.& DD.communiter de his quæ in fraud. credit. vbi textus dicit, si debitorem meum fugientem, & pecuniam secum ferentem consecutus essem, & abstulissem ei, quod mihi debebatur placet Iuliano, in facto Actorem cessare, l.sacrilegij in fine ff. ad l. iul. pecul. sequuntur Anchar. consilio 192. num.4. Ias.in l.2.num.45.& 19.ff.de iurisd.omn.iudic. & in §.1.num.72. institut.de act. Soccin.in regula 111. sub littera B. Marsil. in singul.43. Couarr. in libro variarum resolutionum libro 2.cap.20.num.14. Viuius in silua commun. opin. in verbo debitor capi, vbi post multos hanc sententiam communem dicit Gęd. cons.2. numer.4.libro 9. Mysinger.obseruat.65. centur. 2. quia vbi copia Iudicis haberi
2 non potest, & periculum in mora est, iure ciuili nobis ipsis ius dicere possumus l. generali, Cod. de decur. lib.10. d.l.ait prætor §. si quis debitorem de his quæ in fraud. creditor. l.creditores, vbi Bartol. Salyc. & alij C. de pignor.l.ne quid de incend. ruin. nauf. Masuer. in sua pract. tit. 30. de excur. & subhastat. num. 28. cum addit. ibidem, Coler.de processf. execut.part.1.cap.2. num.276. & cap.3. num.124. hoc tamen attento, si creditor ipse capturam facit, vt debitorem Iudici tradat, Viuius in Sylua commun.opin.in verbo debitor capi circa fin. per textum in cap. olim de restitut. spoliat. Ias. in l. de pupillo §.si quis Riuos num.2. de noui oper.nunciat. & debitor fugitiuus, vel de fuga suspectus est, qui non possi-

3 possidet immobilia, & sæpius interpellatus non soluit, frequenter lusit, sumptuosè vixit, sua cōsumpsit, & dilapidauit, & de quo fama est, quod plus debeat, quam in bonis habet, & fugam machinauit, ita scripsit God. in cons. 2. de minr. nu. 41, vol. 9. & secundum Bald. in l. si vt proponis num. 2. C. quomod. & quand. Iudex, debitor fu-
4 gitiuus, vel de fuga suspectus, etiam die feriato in honorem Dei capi potest, sequuntur Misinger. obseruatio. 69. centur. 4. Gail. obseruat. 44.
5 num. 1. lib. 2. & debitorem fugientem resistentem, creditor etiam impunè lędere potest l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad l. aquil. Bald. in l. sicut allegas, Cod. ad l. Cornel. de sicar. in fin. Ias. in §. 1. num. 76. institut. de action. & quod debitor clericus qui est fugitiuus, vel de fuga suspectus possit etiam capi, scribunt Bal. in cap. dilectis de appellat. Ias. in l. de pupillo §. si quis riuos nu. 2. de nou. oper. nunciat. Abb. in cap. cum non ab homine de iudic. per textum in cap. olim de restitution. spoliator. licet ad capturam debitoris
6 obtinendam tria copulatiuè debeat narrare, & probare, primò se esse creditorem illius, puta centum leg. hæc autem §. non defendi ff. quibus ex caus. in possess. eat. Auth. & qui iurat, ibi iusta mensura debiti declarari, & in corpore, vnde sumitur posita post leg. 9. C. de bon. Author. iudic. poss. quod creditum debet doceri per testes, aut per instrumenta; vel per æquipollens, ex quo Iudex aliquo modo valeat credere, verum esse, quod asseritur, facit textus in l. iubemus per hāc §. si qua tamen, & ibi Bart. num. 6. C. de erogat. milit. annon. lib. 12. & textus in l. liubus & ibi Bartol. in fin. C. de agric. & censit. libro 11. Castrens. in cons 31. num. 1. & 2. volum. 1. Natta cons. 430. num. 7. & sequent. volum. 2. Ias. in l. si ab Arbitro num. 9. in fine ff. qui satisd. cogant. Bal. in tract. de carcer. cap. 1. num. 8. Pecch. de iure sistendi cap. 11. num. 3. Caccialup. de debit. suspect. quæst. 6. nu. 9. vsque ad nu. 16. vbi plenè de hoc, licet hoc fallat, quando ageretur, & esset dubium de fuga instanti, quoniam tunc si creditor non habeat in promptu probationes, satis erit ad faciendam fidem de debito, vt iuret se esse creditorem talis, puta centum occasione mutui, vel alia de causa, & non habere paratas probationes, & suspicari, quod interim debitor aufugiat, dummodò incontinenti post debitoris carcerationem doceat de suo credito. Secundo narrare, & probare debet illum debitorem esse de fuga suspectum l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisd. cogant. l. si ab arbitro, ibi qui ex causa ff. eod. tit. l. in omnibus ff. de iudic. & l. si creditores ff. de priuileg. credit. & causas suspitionum creditor debet probare, puta quod debitor sit forensis, vel vagabundus, vel quod nō possideat immobilia, siuè quod deteriorauerit conditionē suam, & deterioratio sit magna, & insignis calamitas, & similia, de quibus per glos. in l. si fideiussor §. fin. in verbo officium ff. qui satisdar. cogantur, latissimè Ioannin. in tract. de citation. Real. lib. 1. cap. 2. num. 41. vsque ad num. 199. Tertio narrare, & probare debet, quod suspitio emanauerit post contractum debitum, Marsil. in tractat. bannit. in verbo Capti num. 48. vel saltem ad notitiam ipsius creditoris post contractum debitum peruenerit l. mulier C. de sponsal. leg. qui bona §. illo ff. de damn. infect. glos. in l. si is a quo in verbo acceperit ff. vt in possess. legat. & quod tria prædicta teneatur creditor narrare, & probare ad obtinendam sui debitoris capturam, tenuerunt Caccialup. de debit. suspect. quæstio. 6. numer. 1. & 2. qui plures allegat ita tenentes, Roman. consilio 320. Natta consil. 436. num. 26. & 27. tom. 2. Castrens. consilio 19. numero 1. consilio 31. consilio 472. & consilio 473. lib. 1. Bald. consilio 285. numero 1. & creditor tenetur allegare, & probare per testes, vel alias probationes, ita quod Iudici ita esse constet puta, vt insignis calamitas, vel magna superuenerit inopia, de quo vide Bal. in l. apertissimi nu. 9. & sequent. Cod. de iud. Roma. d. cons. 320. nu. 3. Castr. consi. 472. num. 1. volum. 1. & Alexand. consil. 90. post prin. libro 3. & ita debet articulari, quod deterioratio sit magna, & insignis per l. si fideiussor §. fin. ff. qui satisdat. cog. alias debet captus relaxari, testibus Curt. tractat. de sequestro quæst. 7. num. 41. versi. 3. Roman. dict. consilio 320. num. 4. & sequente, & Castrens. cōsilio 31. numero 3. volum. 1. & est ratio, quoniā nisi causę suspitionum fuerint magnæ; & probabiles Iudex non tenetur capturam decernere, sed etiam denegare debet, teste Caccialupo dict. quæst. 6. vbi dicit, quod non omnis suspitio, quæ residet in animo creditoris est sufficiens ab obtinendam capturam, sed Iudex debet diligenter inuestigare causas suspitionum mouētes animū creditoris ad suspicandum, & illas diligenter examinare, & si illas iustas, & probabiles inuenerit poterit ad capturam procedere, alias nequaquam argum. text. in leg. soluto vbi Doctores in versiculo suspecti ff. solut. matrimon. & vltra prædicta requiritur etiam iuramentū
7 suspitionis creditori per Iudicem deferendum alioquin captura dici possit nulla, Castrens. cons. 472. lib. 1. Curtius in tractat. de sequestro quæst. 7. num. 41. Angel. in leg. si ab arbitro §. ex causa numero 2. ff. qui satisd. cogātur, qui ponunt quæ requirantur ad obtinendam sequestrationem, & capturam, quod quidem iuramentum debet deferri per Iudicem, alioquin si creditor ex se ipso iuraret, huiusmodi iuramentum nullam profectò fidem faceret, nulliusquè esset valoris, lege ait prætor in princip. & §. fin. ff. de iure iurand. leg. videamus §. deferre ff. de in lit. iuran. facit capitul. vltra tertiam in verbo præstito extra de testibus, vbi hoc formaliter voluit Ioan. Andr. quem refert, & sequitur Caccialup. de debit. suspect. quæst. 6. nu. 27. & idem tenet Paris. cons. 101. num. 3. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Administratio rerum Ecclesiasticarum principaliter ad Episcopos pertinet.*

2 *Laici aliquod ius in Ecclesiis, nisi ex gratia Ordinarii loci non habent.*

3 *Laici non possunt deputare ministros in Ecclesia, con-*

contradicente Episcopo.
4 *Laici Magistri Ecclesiarum excommunicari possunt, nisi præstent eleemosinam Prædicatori.*

Laici Magistri Ecclesiarum, an excommunicari possint, si non præstant eleemosinam Prædicatori.

DECIS. CXCVIII.

1 CVm rerum Ecclesiarũ administratio principaliter ad Episcopos pertineat, c. fraternitatis de donat. Alex. cons. 29. volum. 1. Mandell. conf. 71. num. 3. & quod præcipuus administrator, & dispensitor redditũum ecclesiarum sit Episcopus, Arch. in cap. laicis 16. quęst. 7. cap. præter hæc 32. dist. cap. in canonibus cap. in sacris, & cap. similiter 16. quæst. 1. & tex. in cap. de
2 xenodochijs de religiosis domibus, nec laici habent aliquod ius in Ecclesijs, nisi ex gratia Ordinarij loci, Abb. in cap. abolendæ de sepulturis, post Arch. in cap. præcipiendum 13. quæst. 2. & Siluester verb. sepulturę §. 3. nec possunt deputa-
3 re ministros in Ecclesia, contradicente Episcopo, Innoc. in cap. cum venerabilis in fine de exceptionibus, quemadmodum nec illos expellere, cap. contra sanctorum cap. laici cap. inuentum est 16. quæst. 7. propterea ex supra dictis in anno 1600. fuit resolutum in Cur. Archiep. cum quodam Magistro Ecclesiæ Spiritus sancti huius Ciuitatis Neapol. contra quem fuit lata sen-
4 tentia excommunicationis, ex quo renuebat de redditibus Ecclesiæ soluere mercedem Prædicatori, quæ decisio recipit fundamentum nè dum ex supradictis, verum etiam per tex. in cap. cum laicis de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi de rebus Ecclesiæ nulla prouisio spectat ad laicos.

SVMMARIVM.

1 *Thorus separatur ob fornicationem.*
2 *Vxor non tenetur sequi virum vagum, nisi statim sit rediturus.*
3 *Vxor non cogitur redire ad maritum, vbi fornicatio est notoria.*
4 *Vbi notoria est fornicatio, authoritate legis diuertit vxor.*
5 *Non dicitur diuertisse qui statim rediit.*
5 *Vir priuatur dote, si malè tractet vxorem.*

Mulier quę diuertit à marito propria authoritate propter eiusdem viri fornicationem, an sit statim restituenda.

DECIS. CIC.

1 FVit pluries tentum pro affirmatiua, nam fornicatio tam mariti, quam vxoris est iusta separandi Thori causa, Canon. in cap. quæsiuit de diuort. cap. ex litteris eodem tit. cap. quemadmodum de iure iur. Soccin. Iun. cons. 32. libr. 2. Couarr. 4. part. decret. de spons. par. 2. cap. 8. §. 5. num. 8. & sequent. latiss. Farinac. agit de separatione Thori quæst. 143. Thes. for. Eccles. de spons. & matr. cap. 24. lib. 1. Decian. respons. 26. num. 14. lib. 4. quod procedit siuè fornicatio sit cum muliere soluta, siuè nupta, Alb. vbi Vincen. Ambald. consil. 636. M. Anto. lib. 1. variar. resolut. cap. 35. Seraph. in decis. 226. & ideo poterit vxor diuertens à viro, sibi dotem suam petere, & habere, Thes. decis. 140. num. 4. & donationem propter nuptias lucratur, Gamma decis. 234. num. 3. Seraphin. decis. 13. & 15. num. 1
2 vagum etiam virum non tenetur vxor sequi, nisi statim sit rediturus, Farinac. de delict. carn. quæst. 143. num. 283. iudicium tamen Ecclesiæ erit necessarium, cap. litteras de restitut. spoliat. Decian. respons. 68. num. 4. volum. 5. Mar. Ant. dict. resolut. 35. in fine, Clarus vbi Baiard. num. 91. in §. adulterium, quamobrem si propria authoritate diuertit vxor, debet reddi viro, quem
3 dicitur spoliasse, nisi tamen notoria sit fornicatio, vel nisi possit in continenti probari, Alb. dict. consilio 636. Decian. dict. respons. 26. & 68. Menoch. consilio 850. alias refert causas ob quas non reddatur vxor marito, nam ad quid cogitur ad virum accedere vxor, quæ paulò post ab eodem possit diuertere, & hic est casus præcipuus, & singularis, quo spoliatus non debet restitui, cum spoliatio fiat à iure, cap. Agatho 27. quæst. 2. cap. dixit 32. quæst. 1. non solum igitur non cogitur vxor redire ad maritum, si notoria sit fornicatio ob confessionem mariti, vel ob cohabitationem, sed etiam si aliter constet de notoria fornicatione, quod postremum non probat Couarr. de sponsalib. d. par. 2. cap. 7. §. 5. nu. 12 in fin. & licet contrarium, videlicet notoriam fornicationem non impedire restitutionem, latè probet Decian. prædictis in locis, tamen sententiam Couar. sequitur Sanch. de matrim. lib. 10. disput. 12. num. 22. Farinac. d. quæst. 143. nu.
4 63. etenim vbi notoria est fornicatio authoritate legis diuertit vxor, & licet alias non posset diuertere, secus est iuxta prædicta, nihilominus, vbi discesserit, non cogitur redire, cum etiam notorius defectus obstet agenti inter dicto recuperandæ in spiritualibus, Couarr. dicto §. 5. nu. 10. & sequent. glos. & alij in c. litteras de restit. spoliator. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. nu. 131. idem probat in continenti sæuitia, & consanguinitate Sanch. de matr. lib. 10. disp. 18, num. 2. vel minori ætate tempore matrimonij, Marsil. lib. 2. cap. 121. nu. 111. & sequent. quod si vxor sine culpa viri ab eo secedat, & postea velit redire debet recipi alioquin dicetur spoliata, quod intelligendum est dato modico interual-
5 lo, nec enim dicitur diuertisse, quæ statim redijt, latè hoc probat Surd. de alim. tit. 1. quęst. 32. nu.
6 26. & sequente, & ideo licet vir priuetur dote, qui malè tractat vxorem, tamen secus est si re integra incipiat eam benè tractare, sic dicitur de filio ingrato pęnitētiã agente, & de filia, quæ redijt ad bonã viuendi consuetudinē, exuitquè prauos mores, Surd. ibid. nu. 32. sic potest eum pęnitere, qui bonis cessit, videlicet incontinenti, dum res est integra, Brun. de cession. bonor. q. 14. Costa de re integra. q. 74.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Malè captus iustè detinetur.*
2 *Iudex aliquem indebitè carcerans tenetur in sindicatu.*
3 *Iudex malè aliquem inquirens tenetur ad damna, & interesse.*
4 *Iudex punitur ob iniustam detentionem.*
5 *Iudex punitur si relaxet eum, qui de iure non erat relaxandus.*

An iniustè captus possit recommendari.

DECIS. CC.

1 IN Curia Archiepiscopali pluries fuit seruatum, interponi decretum in forma, scilicet malè captum iustè detineri, quæ obseruantia sumitur ex textu in leg. finali §. finali ff. de eo quod met. cauf. vbi Bar. & communiter Doctor. sic intelligunt, pro quo Marsil. in practic. criminali §. 2. num. 38. dicit in materia capturæ, quando constat de veritate, non curantur solemnitates, nec iuris ordo, sed fit exequutio non obstante illarū prætermissione, idem Marsil. in l. patre, vel marito num. 58. & seq. ff. de quæstionibus, quem sequuntur Addentes ad singular. 93. Cremens. idem dicit Decius in consil. 149. num. 19. quod si captura fuit nulla ex defectu citationis, vel alio modo, & in rei veritate constat de debito non debet relaxari, sed confirmari, per dictā legem final. in §. finali, & allegat alios Doctores Crauetta in consilio 46. num. 7. vbi carceratus nulliter, quando vigore illarum litterarum deberet carcerari non debet relaxari, sed confirmari, allegat doctrinam Angeli communiter receptam in l. si finita ff. de damn. infecto, quem sequuntur ibi Alexand. & cæteri, idem dicit Crauetta in consil. 172. num. 7. & alios allegat; & tantò magis monebat ad sectandum hanc opinionem, quia sæpissimè in criminalibus receptum est, carceratum quomodolibet iniustè, si tamen ex alia causa posset carceribus mancipari, posse in eisdem confirmari, Franch. in decision. 415. num. 3. Franciscus Marcus in decisione Delphinali 1061. parte 1. Rota in decisione 151. numero 5. parte 2. in Nouissimis, Ioseph. Ludouic. in decisione Perusina 40. parte 1. & propterea Farinacc. de delict. quæstio. 27. num. 155. voluit de facto in praxi ita seruari, scilicet quod quando captus pro aliquo debito, seù delicto arrestatur ad instantiam fisci, pro aliquo alio debito nunquam audiuit admitti per Iudicem, qui arrestauit hanc exemptionem, quod scilicet prima captura est nulla, & indebita, & si Procuratores, vel Aduocati vellent esse pertinaces in illam substinendo, essent ab eodem Iudice reputati cauillosi, & calumniosi, prout etiam, & idem in debitore indebitè capto, qui si arrestaretur ad instantiam aliorum creditorum, nunquam pariter ipsum vidit relaxatum, nisi dictis creditoribus, qui arrestarunt satisfactis, vel concordatis, semperquè Iudices apud nos in occurrenti casu habent in ore illud axioma, malè captus benè detinetur, & secundum istam practicam tenuit etiam de iure Marsil. in tractat. de bannit. in verbo capti numer. 5. vbi allegat plures concordantes, licet Iudex aliquem inde-
2 bitè carcerari faciens, tenetur in sindicatu, puniturque vindicatorum arbitrio pro facti, & personarum qualitate, glosa in l. 2. §. simili modo in verbo retentis, ff. si quis cautionibus, quam glosam communiter approbatam dixit Bonacos. in commun. opin. parte 2. pagina 9. colum. 2. versic. 1. incipien. carcerari faciens aliquem iniustè, alios adducit concordantes Asinius in pract. §. 32. num. 39. sequitur Paris in tractat. de sindic. in verbo carcer, & carceratus cap. 2. an potest num. 7. versic. Magistratus, Conrad. in pract. tit. de captura num. 3. fol. mihi 269. Marsil. in practic. §. constante num. 4. Cyril. in summa crim. tit. de pęna Iudic. malè iudican. par. 3. §. 2. num. 1. vers. exemplo enim graue est, & §. 3. num. 1. in fin. vers. ad interesse etiā,
3 & Farinac. loco citato nu. 14. voluit, quod Iudex aliquem indebitè inquirens tenetur inquisito ad damna, & interesse, imò Iudex qui indebitè innocentem carcerat tenetur pęna calumniatoris, & sic punitur ad similitudinem supplicij, quo puniendus erat captus si fuisset culpabilis, secundum Bald. in l. 2. per illum textum, C. de his qui latro. quem sequuti sunt Paris de Put. in tractat. Sindic. verbo captura c. 2. incip. quia plerumque officiales nu. 3. Marsil. in pract. §. constante nu. 3. Conrad. in pract. titul. de captura num. 2. in fine pag. mihi 266. Roland. in cons. 17. num. 4. vol. 3. Cyril. in summa criminal. tit. de pęna Iudic. malè iudican. par. 3. §. 2. num. 1. & num. 7. versic. sed tamen idcircò non solum puniendus est, vt supra Iudex, qui mandat carcerari non carcerandum, sed etiā qui detinet, & non relaxat non detinendum, & relaxandum, vt per Marsil. in pract. crimin. §. attingam num. 17. vbi allegat Angel. de malefic. in verbo pro quibus, & quolibet eorum num. 9. vers. & nota quod, Bonacos. in commun. opin. par. 2. pagina 9. nu. 9. vers. 1. incip. carcerari faciens, vbi ait, quod tenetur ad damna, & interesse, per glosam quam dicit communiter approbatam in l. 2. §. simili modo in verbo reten-
4 tis ff. si quis caut. & sic vides, quod Iudex punitur non solum propter indebitam carcerationem, sed etiam propter indebitam detentionem, vnde dato casu, quod captura fuerit iusta, puta præcedentibus inditijs decreta si tamen post capturam appareat de innocentia rei, vel alia de causa de iure captus etiam iustè venit relaxandus, & tunc si Iudex illum non relaxat, tenetur ad damna, & interesse, & arbitraria puniendus est pęna, per pręallegata, sicut punitur per indebitam carcerationem, & cęt. & consequen-
5 ter sicut punitur Iudex non relaxans relaxandum, ita, & è contra punietur si relaxat eum, qui de iure relaxandus non erat, secūdum Angel. de malefic. in verbo quod fama publica præced. num. 90. vbi quod isto casu tenetur Iudex fisco, vel creditori ad interesse, & quod ita in Vrbe sæpè prędicauit, dū esset Locumtenens Sena-

 torum,

iorum, refert, & sequitur Conrad. in pract. tit. de carceratione nu. 22. fol. mihi 277. colum. 2. vbi etiam allegat Bart. in l. si quis vxori §. si fugitiuum ff. de furt. nec dissentit Iodoc. in pract. crimin. titul. de relaxat. carcer. capit. 19. num. 3. fol. mihi 43. Foller. in pract. criminal. in 1. parte 2. partis principalis verbo, vel carcerentur numer. 15. in fin. vers. sed benè aduertat Iudex fol. mihi 157.

SVMMARIVM.

1 *Per pacem resultat, vt tollatur inimicitiæ suspitio.*

2 *Testis qui alias fuit inimicus post reconciliationem à testimonio non repellitur, sed contrarium vt nu. 3. & intellige vt nu. 4. 5. & 6.*

Homicidium commissum contra amicum reconciliatum, an sit proditorium.

DECIS. CCI.

Dixi alias occurrisse in Curia Archiep iscopali disputare articulum, si homicidium cōmissum ab amico reconciliato dicatur proditorium, & quia iterum accidit iterum repetam.

1 Dico igitur, quod per pacem resultat, vt tollatur suspitio inimicitię, vnde sequuto aliquo delicto, non desumitur indicium contra inimicum recōciliatum, Plot. de in lit. iuran. §. 54. num. 5. vers. fallit primo, Gramm. vot. 34. nu. 6. Follerius in practica criminal. in verbo recipiantur defensiones vers. quod si non poterit, Farinac. de indit. & tortur. quæst. 49. num. 109. vbi de communi, Decian. respons. 88. num. 12. vol. 3. Eugen. consil. 27. num. 21. lib. 1. Honded. consilio 87. nu. 101. vol. 1. qui loquitur in qualibet reconciliatione sequuta per conuersationem, absolutionem obtentam à Sacerdote, & per quæcumque alia, Berttazzol. consil. 157. num. 20. vol. 1. intellige procedere in reconciliatione antiqua, secus si de recenti reconciliatus fuerit, nam præsumitur, quod voluerit se vlcisci, Plot. in dict. §. 54. n. 6. Blanch. in lege fin. num. 161. ff. de quæst. Paul. Merend. consil. 87. num. 6. & consil. 88. numer. 50. tom. 2. cons. crimin. Farinac. in dicta q. 49. nu. 110. vbi de commun. Iul. Feret. tit. de ferijs nu. 157. in fi. de recenti autem reconciliatio dicitur post triduum, Archid. & Præpos. in cap. accusatores il 2. 3. quæst. 5. Sigism. in consil. feudal. 46. nu. 27. dicit hanc communem opinionem, quam refert Iul. Clar. in quæst. 24. nu. 6. sub vers. & ideo, & sequitur Farinacc. in quæst. 53. num. 61. & post istos Riminald. Iun. consilio 88. num. 11. vol. 1. vbi dicit, & declarat, de recenti, idest nudius tertius, & si iam dudū fuerit facta reconciliatio, inducatur obliuio, vt nulla remaneat suspitio ami-

2 citiæ, hinc est, quod testis qui alias fuerit inimicus post reconciliationem sequutam à testimonio non repellatur, Ant. Gomes. tit. de delict. capit. 12. numer. 14. vbi de communi, Michael. Grass. in commun. opinion. libr. 2. cap. 7. quæst. 31. Roland. consil. 24. num. 31. lib. 1. Farinacc. in dict. quæst. 53. num. 58. vbi de communi, Mascard. de probation. concl. 857. num. 48. vbi de commun. & concl. 899. nu. 10. lib. 2. Rim. Iun. consil. 88. num. 11. volum. 1. quod Doctores admittunt in reconciliatione antiqua, Roland. d. consil. 24. num. 34. volum. 1. Farinacc. consil. 40. num. 5. in fine, vbi de commun. qui alios concordantes allegat secus si de recenti, quia testis inimicus reconciliatus, non reputatur idoneus, Gomes. d. cap. 12. num. 14. vbi de communi, Couarr. pract. quæst. cap. 18. num. 3. vbi de communi, Farinac. quæst. 53. num. 59. vbi de communi, Riminal. Iun. consil. 524. num. 38. volum. 4. Bertaz. consil. 40. num. 63. inter consil. Farinacc. & consil. 474. num. 26. lib. 2. inter eius consilia criminalia, licet Clar. in quæst. 24. nu. 6. in fin. §. fin.

3 affirmat, quod etiam post mille reconciliationes inimicus testis, nec idoneus, nec omni exceptione maior reputari possit, primo intellige, & declara opinionem Iul. Clar. esse veram, si post reconciliationem sequuta fuisset alia causa inimicitiæ, vt idoneus testis non reputetur etiam si non fuisset de recenti, Farinacc. in dicta quæst. 53. num. 60. & idem annuit, vt ipsemet testatur, Decian. in tract. criminal. part. 1. lib. 3. capit. 25. sub num. 27. & Bertazzol. consilio 474. numero 26. vers. præterea lib. 2. secus vero si post reconciliationem interuenerint actus amicabiles inter eos, vt quia offensus fuerit visus conuersari cum offendente comedendo, bibendo, ridendo, & alia similia faciendo solita fieri inter amicos, quia tunc opinio Clar. non est vera, cum intelligatur extinctus omnis effectus inimicitiæ, & talis inimicus reputatur idoneus testis, vt declarat Riminald. Iun. in consilio 88. numero 17. volu. 1. secundo limita, & intellige, vt si inimicitia fuerit orta ex grauibus causis, tunc reconciliatio

5 non extinguit præsumptionem inimicitiæ, secus si fuerit orta ex læui causa, & reconciliatio fuerit recens, quia omnis effectus inimicitiæ dicitur extinctus, vt declarat Petr. Surd. in consil. 40. num. 27. vol. 1. vbi in casu suo loquitur quando reconciliatio fuerit facta in carnis priuio, & of-

6 fensio sequuta fuerit de Mense Maij. tertio limita, & intellige, vt resideat in arbitrio Iudicis, vt ex circumstantijs, & qualitatibus personarum, & inimicitiæ arbitrari valeat, an testis sit repellendus, vel non, vt firmat idem Iul. Clar. in dict. quæst. 24. num. 6. vers. quod ego non credo, & Roland. consil. 24. num. 35. volum. 1. Eugen. consil. 63. nu. 46.

SVMMARIVM.

1 *Clericus contra laicum in testem non recipitur.*

2 *Amplia in crimine, pro quo laicus esset puniendus pœna sanguinis, & amplia, vt num. 3. limita, vt num. 4.*

An

An possit concedi licentia clerico deponendi in iudicio seculari contra laicum, quando venit imponenda pęna sanguinis super delicto in genere tantum.

DECIS. CCII.

GRauis fuit controuersia proposita in Curia Archiepiscop. circa articulum illum si possit concedi licentia clerico deponendi in iudicio sęculari contra laicum, quando venit imponenda pęna sanguinis super delicto in genere tantum, cum veritas per alios haberi non posset; in quo articulo dicebatur, de iure clarum esse cleri
1 cum contra laicum in testem non esse recipiendum, vt probat textus in cap. testimonium, ibi testimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat, & ibi gl. & Archi. num. 3. in fin. Præposit. num. 11. quæst. 1. Abb. in cap. de cętero post nu. 1. & ibidem Fel. ante nu. 1. Henric. Boijc. nu. 3. extra de testibus, Crot. in tract. de testib. nu. 69. in princ. Alexand. consf. 65. nu. 7. lib. 2. Marsf. cósf. 123. nu. 5. Cotta consf. 39. n. 1. lib. 4. Foll. in prac. crim. in verbo concedatur repulsa n. 29. Nouel. reg. 216. num. 7. Carauit. super ritu Magnæ Curiæ Vica. 144. num. 5. vbi etiam, quod nec admittuntur clerici isto casu cum licentia superioris, & quod ita seruatur, Gramm. consil. 3. n. 8. idem Foll. in eadem pract. crimin. ver. in fragantiam num. 9. Alex. Strac. inter consilia crimin. diuersf. consil. 117. nu. 34. lib. 1. & inter eadem consilia Iul. Scarlat. consil. 117. num. 27. Ferdin. Garz. consil. 124. n. 31. eodem lib. 1. Viu. in com. opin. verbo testificari possint contra clericum laici in fine, Montic. in suo repertor. test. verbo in criminalibus fol. 354. col. 1. versf. fin. & verb. clericus fol. 16. colum. 1. versf. 2. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 306. nu. 6. quod verum est in crimi-
2 ne, pro quo laicus puniendus esset pœua sanguinis, nam tunc eo minus ad testificandum admittitur propter periculum irregularitatis, etiam quod veritas aliter haberi non possit, quam per
3 ipsos clericos, ac etiam, quod ipsi protestentur se subijcere, citra tamen pęnam, ac intentionem sanguinis, nam adhuc eorum testimonium improbatur, Felyn. in dicto c. de cętero nu. 1. versf. sed considera extra de testibus, Aret. ibidem nu. 2. in fine, Gigas de crim. læsæ Maiest. quæst. 14. num. 1. & 5. Bossf. in tit. de opposf. contra test. nu. 91. versf. vlterius, & procedere etiam in clericis in minoribus constitutis, voluit Corrad. in eius practica in tit. de testibus num. 77. vt si examinentur nullum indicium faciant, Natta consil. 394. num. 3. vol. 2. Grammat. consil. 3. nu. 9. & seq. Marsil. consil. 123. num. 6. sed redeundo ad
4 propositam quæstionem, videtur, quod ex notatis per Ferdin. Garsiam in consil. crim. diuersorum 122. clericus examinari potest contra laicum super aliquo actu remoto à maleficio, licet ex eo maleficium inferatur, quia attendi debet, quod principaliter agitur, non quod in consequentiam, l. si quis nec causam ff. si certum petatur, & ponit exemplum in clerico testificante super recognitione hominis, & delictum in generali videtur causa remota, non proxima: contrarium fuit resolutum per Curiam, & denegata licentia, cum in Curia sæculari procederetur criminaliter contra quendam furem, & aderãt plura indicia, solum desiderabatur probatio delicti in genere, ex quibus videbatur, clericum esse causam propinquam, & non remotam mortis, & contra Garsiam tenet etiam Farinacc. de testibus, quæst. 61. nu. 73.

SVMMARIVM.

1 *Eximens captum è manibus Satellitum, vel è carcere, qui fuerat conuictus, & condemnatus punitur pœna capitis.*
2 *Eximens à manibus Satellitum debitorem, qua pœna puniatur, & nu. 3. & 4.*
5 *Eximens se à manibus Satellitum punitur arbitrio Iudic. s.*

Eximens se, vel alium è manibus Satellitum, vel è carcere, qua pæna sit puniendus.

DECIS. CCIII.

1 QVoties quis è manibus Satellitum, vel è carcere eripuit eum, qui coniunctus, & condemnatus fuerat pęna capitali esse talem puniendum, annuit text. in l. cuiusque ff. ad l. iul. Maiestat. vbi Bart. num. 3. & affirmant Alex. in l. 1. §. pretor ff. Nè quis eum, qui in ius vocatus est vi eximat, Guid. Pap. in decisf. 519. Duen. in reg. 281. Clar. in pract. crimin. § fin. q. 68. versf. eximens de manibus, Marsil. in leg. 1. in princ. ff. de quæst. Benedit. in cap. Rainutius in verbo mortuo itaque num. 180. de testament. &
2 quando quis è manibus familiæ, seu Satellitum eripuit alicuius debitorem, hoc sanè casu puniri debet duplici pœna, scilicet versus fiscum, & creditorem erepti, vt in specie docuit Cagnol. in leg. 1. §. is videtur num. 27. ff. si quis ius dicent. non obtemperau. & quidem obseruatum fuit
3 aliquando, hunc eripientem fuisse ob violatam Principis iurisdictionem pœna mortis damnatum, vt tradit Carauita in Ritu 160. nu. 2. quem refert Clar. in pract. crim. §. fin. d. q. 68. versic. eximens, aliquando etiam damnatus fuit pęna pecuniaria, sicuti testatur Guid. Pap. in dec. 579.
4 colum. 2. Erga creditorem verba huius erepti damnatur eripiens ad soluendum ipsi creditori quod debebat ereptus, ac etiam eius damna, & interesse præstare, sicut scribunt Cępoll. in consilio criminal. 14. numero 4. Marsil. in singul. 137. Cagnol. in l. 1. §. is non videtur num. 27. ff. si quis ius dicent. non obtemper. vbi testatur, hanc esse ab omnibus receptam sententiam;
5 quoties verò captus ipse violenter se ipsum è manibus Satellitum eripuit, hoc casu punitur Iudicis arbitrio, vt tradit Iodoc. in pract. crimin. cap. 15. de citatione Reali num. 29. & sensit

Boss. in tract. crimin. in titul. de captura num. 20. dum dixit, se ipsum eximentem mitius puniri, quam illum qui captum exemit, & testatur Boss. ita seruasse Senatum dùm Cremonæ sederet, & sic seruauit Nostra Curia Archiepiscopalis in quadam facti contingentia, nam condemnauit quemdam clericum, qui è manibus Cursorum dictæ Curiæ se exemerat ad exulandum per sex annos.

In materia tamen, & in supradictis casibus latè in facti contingentia sunt videndi Farinac. in sua pract. crimin. in tit. de carcerat. quæst. 32. num. 62. cum sequent. Baiard. ad Clar. in quæst. 68. numer. 35. & sequent. de Franchis in decis. 441. Cabal. in resolut. crimin. casu 8. Foller. in cap. Regni, item caueant num. 14. & sequent. vide etiam Viuium in decisione 92. Amat. in decisione 104. Fuscus in singul. 50. lit. E. Boeriũ in decisione 217. numer. 10. & sequent. quos omnes colligit ad hoc eruditus D. Ioan. Maria Nouarius.

SVMMARIVM.

1 *Stylus Curiæ est attendendus circa iudicia.*
2 *Sententia lata contra stylum est nulla.*
3 *Potius est standum Stylo, quam consuetudini.*
4 *In his, quæ spectant ad litis ordinationem attenditur statutum, vel consuetudo, vbi causa agitur etiam respectu clericorum.*
5 *Actor forum rei sequitur.*

An Iudex delegatus debeat in concernentibus ordinem processus, seruare stylum loci, vbi litigatur.

DECIS. CCIV.

IN causa Vicario Neapolitano huius Ciuitatis per Sedem Apostolicam delegata accidit, quod pars aduersa à sententia contra eam lata non appellauit intra tempus decem dierum, iuxta terminos text. in auth. hodie Cod. de appellat. cumquè instaret esse audiendum ex eo, quod non fuisset dies prolationis sententiæ intimata, sed tantum ad eam audiendum citatus, fuit dubitatum quid iuris, & resolutio ino leuit, esse excludendum, ex eo, quod stylus ipsius Curiæ est citare ad audiendam sententiam
1 tantum; Curiarum enim stylus, & consuetudo circa iudicia seruanda sunt l. 3. §. fin. ff. de testibus, Guid. Pap. in prohem. decisionum Bartol. in leg. 1. versic. 6. quæro ff. de summ. Trinit. & Fid. catthol. Dec. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 42. de constitut. Bellamer. in decis. 78. Marilian. in decis. 17. nam cum iudicium nascatur vbi agitatur, legibus, & statutis illius loci subijcitur, vt per Cuman. in consil. 139. vn-
2 de sententia contra stylum lata est nulla, l. prolatam Cod. de sentent. & interlocutor. Cacher. in decis. 22. numer. 6. Guid. Papa in decis. 292. numer. 2. Cucch. institut. canonic. maior. libr. 1. tit. 8. num. 32. Gramm. ad Vestr. in prax. Rom.
3 Cur. libr. 5. cap. 3. num. 5. & potius esse standum stylo, quam consuetudini, dicit Guid. Papa in decis. 292. nu. 3. sequuntur Verall. in decis. 88. numer. 5. & in decis. 331. num. 2. libr. 3. Franc. Marc. in decis. 158. num. 5. vol. 1. Mastril. in decis. 1. num. 10. Anna in singul. 497. Viu. in decis. 297. num. 1. & 2. Gratian. in decis. 237. num. 18.
4 & quod in his quæ spectant ad litis ordinationem attenditur statutum, vel consuetudo, vbi causa agitur, habet locum etiam respectu clericorum, vt per Dec. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut. quia lex canonica, quod
5 causa ibi agitetur, secundum Regulam, quæ est, quod actor forum rei sequatur cap. cum sit generale de foro competenti, videtur velle, quod secundũ leges illius iudicij causa tractetur, vt in statut. Ciuitatis cauetur Ioa. Andr. in rubric. de const. in addit. ad Specul. Anchar. in regul. ea quæ de reg. iur. in 6. Calder. in cons. 11. de consuit. dicens, quod tali casu clerici non ligantur statuto laicorum, sed arctantur ad obseruationẽ iudiciorum, quæ subeunt, vt refert etiam Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. vbi ad alia similia refert.

SVMMARIVM.

1 *Gratia non expirat per mortem Papæ, quod amplia, vt nu. 3. & 8.*
2 *Gratia perficitur per solam signaturam.*
4 *Gratia concessa à Papa, vel à Principe solo verbo perficitur.*
5 *In lingua Principis stat gratia, in scriptura testimonium, & in exequutione commodum.*
6 *Si Episcopus habet à Papa prouidendi potestatem tribus personis de tribus canonicatibus, & præbendis, si collato per eum canonicatu vni ante vacationem præbendæ moriatur Episcopus, debetur illi præbenda proximè vacatura.*
7 *Gratia concessa de reseruando quatuor beneficia non expirat, quamuis Papa re integra decesserit.*
9 *Officia data à Rege non expirant eius morte.*
10 *Dispensationes matrimoniales commissæ Vicario Episcopi, non possunt per eum expediri mortuo Summo Pontifice.*
11 *Respondetur contrariis.*

Dispensationes matrimoniales commissæ Vicario Episcopi, an possint per eum expediri, mortuo Summo Pontifice.

DECIS. CCV.

EXorta est difficultas in quadam causa in Curia Archiepiscop. vertente, videlicet, si mortuo Summo Pontifice, dispensationes matrimoniales commissæ Vicario possint ab illo expediri, & videbatur, quod sic, ex cap. si super
1 gratia de officio delegat. in 6. vbi gratia non expirat per mortem Papæ, sequuntur Felyn. in cap. licet vndiquè numero 1. de officio deleg. Afflict. decisio. 128. Rebuff. in concordatis in rubrica

rubrica de mandatis Apostol. §. 1. in glosa verbo sui Pontificatus, Gomez. in tract. de expectatiu. & mandat. de prouident. num. 133. versic. nam licet mandatum legati, Mandos. in reg. 10. cancell. quæst. 2. num. 2. & per tot. & plena manu tradit Gabriel. lib. 6. commun. opinionum tit. de præbendis conclus. 1. vbi ponit regulam cum pluribus ampliationibus, & limitationibus, ac declarationibus, Guttierez lib. 1. practicar. quæstionum, quæst. 74. per totam, & lib. 2. quæst. 74. & 75. quod etiam procedit quamuis litteræ non
3 sint expeditæ, sed sola supplicatio signata, enim gratia perficitur per solam signaturam, ac dicitur gratia perfecta ante literarum expeditionem, Rota decis. fin. nu. 3. & 4. de rescriptis in antiquis, Cassado. decis. 2. de pensionibus, num. 10. & decisio. 8. num. 9. de restitut. spoliatorum, Caputaquen. decisio. 267. num. 3. par. 1. & decis. 88. num. 3. par. 3. Puteus decisio. 275. num. 2. lib. 3. Felynus in rubrica de constitutionibus, nume. 5. Gomesius in regula de infirmis, q. 18. sub numer. 5. versic. non est dubium, & in regula de impetran. benefic. vacan. per obitum famil. Cardinal. quæst. 23. num. 2. Mandosius in regula Cancellariæ 27. numer. 14. ad finem, Afflictus in decis. 253. num. 1. & 6. cum sequentibus, Gabriel. in d. conclus. 1. sub tit. de præbendis, num. 2. Rebuff. in concordat. in rubrica de mandatis Apostolicis, §. 1. verbo litteras, vers. ideo si moriatur Summus Pontifex, & in praxi 2. par. signaturæ, numer. 15. in principio, immò gratia concessa à Papa scriptura, & per solam
4 verbalem collationem ius acquiritur perfectum, quamuis traditio non sit subsequuta, Mohedanus decisio. 9. vt lite pendente, Molina de primogenit. lib. 1. cap. 6. sub num. 56. versi. nam
5 si perfectionem essentiæ, nam in lingua Principis stat gratia, & in scriptura testimonium, in exequutione commodum, Azebed. post alios in leg. 2. num. 13. tit. 7. lib. 5. recopilationis, & ad punctum principalis quæst. facit quod voluit Rota decisio. 19 de præbendis in nouis, vbi di-
6 xit, quod si Episcopus habet à Papa potestatem prouidendi tribus personis de tribus canonicatibus, & præbendis suæ Ecclesiæ, si collato per eum canonicatu vni ante præbendæ vacationem moriatur Episcopus, nihilominus debebitur illi prębenda proximè vacatura, nam gratia facta non expirat per obitum concedentis, nec Exequutoris, dixit etiam Lapus allegat. 84. ad finem num. final. in fin. quod gratia concessa de
7 reseruando quatuor beneficia non expiret, quãuis Papa re integra decesserit, Geminian. nu. 9. versic. posset concludi, Franch. numer. 11. in cap. 2. de præben. lib. 6. Gemin. in cap. si cui nulla post num. 2. eod. tit. Aeneas de Falconibus de reseruat. in 6. effect. quæst. 5. princ. num. 13. Simonet. de reseruat. quæst. 47. num. 4. & non
8 solum non expirant gratiæ concessæ morte concedentis, sed neque Exequutores dati super exequutione d. gratiæ, cum talis datio Exequutoris sit accessoria ad ipsam gratiam, cap. si super gratia de offi. deleg. in 6. & in terminis Exequutoris dati ad executionem pensionis, late tradit Gigas de pensionibus quæstione 91. per
9 totam, similiter officio à Rege concesso, non expirant illius morte, Franc. Mar. in decis. 780. ex num. 1. par. 1. Menoch. de arbitr. quæst. 69. à num. 8. Vantius de nullitate ex defectu iurisdictionis delegatæ num. 704. latè Barb. in l. quia tale, ex num. 84. cum sequentibus ff. solut. matr. sic etiam fuit resolutum in vna Calaguritana canonicatus, sub die 1. Iulij 1592. coram R. P. D. Pegna, quod gratia expectatiuæ concessa à Gregorio XIV. 26. Septembris, ann. 1591. cuidã Dionisio Frances ad primum canonicatum vacaturum in Ecclesia Calaguritana, non fuerat extincta, nec renocata per mortem Gregorij XIV. Papæ, ex quo ipsemet fecerat dictam gratiã, & collationem, cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, & intrabat dispositio tex. in cap. si super gratia, de officio delegat. lib. 6. vbi glos. verbo facta, Archid. num. 1. Ioann. Andr. num. 2. Gemin. num. 1. & 13. Franchus num. 4. Rota deci. 12. de offic. delegat. in nouis, Aeneas de Falcon. de reseruat. 2. par. quæst. 5. princ. num. 4. vers. 4. quæro, licet secus esset, si non ipse Papa collationem faceret, sed alteri committeret illam faciendam, & tunc locum haberet tex. in cap. sicuti nulla, §. secus si super prouisione de præbendis in 6. & in hoc secundo casu procedunt DD. allegati per Gabriel. in lib. commun. conclus. in tit. de præbendis concl. 1. nu. 5. neque est omittenda lex Hispan. 42. Tauri, alias l. 2. tit. 7. lib. 5. recopilat. disponens, quod licentia ad fundandum maioricatum concessa, non expirat per obitum Regis concedentis, quamuis ea impetrans vsus non fuerit, vt plenè explicant glosatores ibidẽ, & Molina de primogen. Hisp. lib. 2. c. 7. nu. 62. Palaez de maioric. quæst. 10. & nu. 7. quęst. 26. nu. 1. par. 4.
10 His tamen non obstantibus contrarium est verius, & sic fuit resolutum in Curia Archiepiscopali, vt scilicet, quod dispensationes matrimoniales commissæ Vicario Episcopi minimè possint per eum expediri mortuo Summo Pontifice, per tex. in c. sicuti §. secus de præb. in 6. vbi si pro prouisione facienda certæ personæ fit data potestas alicui Executori, illa expirat omninò, si concedens re integra moriatur, Rota in dec. 12. de offic. deleg. Dominic. in c. si super gratia, vers. sed pone, quod Papa de offic. deleg. in 6. Roman. in l. 2. §. sed si quis, ff. de donat. Ias. in l. more versic. item circa ff. de iurisdic. omn. iudic. Felyn. in cap. relatum versic. limita istam
11 limitationem de officio delegati, & fuit dictũ, non obstare tex. in d. cap. si super gratia, nàm procedit, quando gratia Summi Pontificis est iam perfecta, & datus merus Executor, secus si adhibenda est causæ cognitio, quoniam si antequam adhibeatur, moriatur Pontifex, expirat, ita tenet Baldus in l. 1. ff. de constit. Princip. col. 1. versic. sed pone, quod Princeps, Dec. in rubric. de constit. num. 41. Præpositus in cap. petisti 7. quæst. 1. Geminianus, & Ancharanus in dicto capitulo si super gratia, & in terminis decreti si in euidentem, vt non possit expediri à Commissario, est decisio Peguerę 128. fundata in supradictis, nec similiter procedit in rescripto iustitiæ, quia re integra expirat morte Papæ

O 3 illud

illud concedentis, cap. licet de officio delegati l. mandatum Cod. mandati §. rectè institut. eodem tit. text. etiam in cap. final. §. officium, de officio delegati lib. 6. Iason post Bart. & alios in l. more maiorum ff. de iuris. omn. iudic. vbi ponit quatuor ampliationes, & octo limitationes, vsque ad nu. 17. Franch. in cap. si à subdelegato, nu. 3. de officio delegati in 6. Mandosius in reg. cancellariæ 10. q. 2. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Terminum si præfixerit Iudex appellanti, & impeditus fuerit, Iudex debet ei terminũ duplicare.*
2 *Annus datur ad appellandum, & si adest aliquod impedimentum datur biennium ad prosequendum appellationem.*
3 *Quomodo sit probandum impedimentum, ad hoc vt terminus præfixus duplicetur.*

Terminus præfixus à Iudice appellanti, an debeat duplicari, qui impeditus fuerit.

DECIS. CCVI.

1 CEnsuit in casu occurrenti Curia Archiepiscopalis, terminum esse duplicandum, si ex causa iusti impedimenti termino præfixo quis vsus non fuerit, ex eo, quod potest dari alia dilatio secunda; si iustum impedimentum adfuerit, quin probationes fieri potuerint in prima dilatione, l. oratione, ff. de ferijs, Ias. in l. fin. nu. 23. 35. & 36. ff. eod. tit. Cacyc. in dec. 81. nu. 2. Benintend. in dec. 45 Gail. pract. obseruat. lib. 1. obseruat. 91. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo dilationes, sub nu. 6. de probat. Isernia in cõstitut. Regni, lite legitimè contestata, siquidem
2 videmus, quod à iure quis annum habet, & si est impeditus biennium ad prosequendum appellationem, Auth. ei qui C. de temp. appellat. idem ergo dicendum est in dilatione hac data ab homine, quæ loco termini iuris subrogatur, cap. cũ sit Romana de appellat. ergò eius naturam sapere debet, arg. l. si eum, §. qui iniuriam, ff. si quis caut, & sic tenent in c. ex ratione de appell. Inn. col. 1. nu. 2. vers. item nota, & col. 2. Host. col. 2. nu. 2. & col. 3. ante med. vers. & videtur, quod si postquam, nu. 4. Ioan. Andr. col. 3. num. 12. vers. secundum Innoc. & nu. 14. Petr. de Anch. col. 1. nu. 3. vers. 2. quæro, Card. Flor. colum. 2. num. 9. vers. quæro eo casu, & nu. seq. Ant. de Butr. colu. 2. num. 5. vers. quæro quarto, Imola col. 1. nu. 2. vers. an autem detur, Io. de Anan. col. 2. num. 5. ver. nota, quod propter, Philipp. Franc. colu. 12. nu. 61. & est communis secundum Panormitan. col. 3. num. 10. vers. ad tertiam, licèt eam non sequatur, benè tamen eam sequitur, & communẽ ibi appellat Dec. colu. 8. num. 13. vers. circa tertiã quæstionem, quibus adde Bellame. eandem firmantem dec. 592. licet deberet impedimentum
3 probari, aliter quam per iuramentum, vt post Panorm. in cons. 64. vol. 2. voluit Benintend. in d. decis. 45. & interuenire debere causæ cognitionem scripserunt Dec. in cons. 154. num. 19. Lanfranch. in d. c. quoniam contra in verbo dilationes, num. 9. & 10. vbi probare oportere per plures probationes, & si de facili haberi nõ possunt, solum iuramentum sufficeret, si esset persona honesta, & fide digna, Isern. in const. lite legitimè contestata.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest Canonicatu priuare Canonicũ non residentem, nisi elapsis sex mensibus, & præcedentibus tribus denunciationibus.*
2 *Mora modici temporis Canonici absentis post sex mẽses eum excusat, quo minus possit Episcopus priuare eum Canonicatu.*
3 *Minimum non habetur in consideratione.*
4 *Modicum, & nihil æquiperantur.*
5 *Modicus defectus non vitiat actum, nec leuis sollemnitatis ommissio obstat.*
6 *Ex transgressione in re modica, quis puniri non debet.*
7 *Modica res simoniam non inducit.*
8 *Minimum excusat à peccato mortali.*
9 *Pæna pro vulnere, nõ habet locum pro vulnusculo.*

An mora modici temporis Canonici absentis post sex menses eum excuset, quominus Episcopus valeat priuare eum Canonicatu.

DECIS. CCVII.

1 EX dispositione textus in capit. tuæ de clericis non resident. & ex cons. Panorm. 121. depromptũ est, minimè posse Episcopum priuare Canonicatu Canonicum non residentem, nisi elapsis sex mensibus, & præcedentibus tribus denunciationibus, quare orta est difficultas in Curia Archiepiscopali, si modica mora post dictũ tempus sex mensium sit sufficiens ad prædictum
2 effectum, scilicet priuationis Canonicatus, & negatiua inoleuit decisio, ex eo, quod minimum, & temporis modicitas non sunt habenda in consideratione, l. continuus ff. de verbor. oblig.
3 & paruum interuallum non obstat, l. duas, §. duo ff. de duobus reis, modicum enim, & nihil æquiperantur, c. de multa de præbendis, c. licet causam de probat. ibi nulla, aut modica; hinc enim D. Ioannes Maria Nouarius solertissimus ado-
4 lescens scripsit in primo volumine votorum, gratiam non dici subreptitiam, non expresso ve-
5 ro beneficij valore in modico, nam modicus defectus non vitiat actum, nec leuis sollemnitatis omissio obest, Bart. & Bal. in Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor, & hinc Castrens. in cons. 377. lib. 1. dixit, quod ex transgressione in re modi-
6 ca quis puniri non debet, hinc modica res si-
7 moniam non inducit, cap. & si quæstiones ex-
8 tra de simonia, hinc minimum excusat à peccato mortali, quapropter si quis in modico transgreditur votum, verbi gratia, quod omisit dicere rosarium, omittendo vnum, aut alterum

rum Pater noster, esset immunis à peccato mortali, Sotus de iustitia, & iure lib. 7. quæst. 1. art. 2. quod etiam extenditur ad iuramentum, nam non dicitur transgressor voti de non ludendo, qui luderet in parua quantitate, Nauarr. in suo
9 manuali cap. 12. nu. 12. vnde pœna pro vulnere non habet locum pro vulnusculo, Alex. in cons. 104. vbi Apostilla in verbo vulnusculum, & sic modica cutis scissura cum modico sanguine non est vulnus, Alex. cons. 100. nu. 8. Castrens. in consil. 377.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus alit se ipsum.*
2 *Creditor tenetur alere debitorem carceratum, qui sit pauper.*
3 *Debitor carceratus relaxari debet, quando creditor recusat illum alere.*
4 *Debitor carceratus alendus est etiam à cessionario creditoris.*
5 *Carceratus pro delicto alit se ipsum, sed si pauper sit alitur à Curia.*
6 *Carceratus tenetur ad impensam custodiæ, nisi sit pauper.*
7 *Accusatus pro quocumque delicto interim est alendus.*
8 *Damnatus ad mortem est alendus dùm differtur sententiæ exequutio.*
9 *Ecclesia alit delinquentes, qui ad eam cōfugiunt.*
10 *Iudex excommunicatur si impedit, nè confugiens ad Ecclesiam alatur.*
11 *Monachus ali debet à monasterio.*
12 *Monachus acquirit monasterio.*
13 *Monasterium negās alimenta monaco, priuatur bonis sibi per monachum quæsitis.*
14 *Monasterium quando negat monacho alimenta reponitur in alio monasterio, & ibi bona applicantur.*

Debitori carcerato, an dentur alimenta à creditore.

DECIS. CCVIII.

1 ET si carceratus debitor debeat se ipsum alere, l. quemadmodum, §. magister, ff. ad l. Aquil. §. si vnum in auth. vt cum de appel. cogn. §. si vero in auth. de incest. nupt. glos. in l. fin. in verbo cognoscere C. de erog. milit. annon. Bart. in l. sancitum in fine ff. de rerū diuisione, Boer. in decis. 303. nu. 2. vbi multos allegat, tamen si
2 pauper sit, & non habeat de suo, tenetur is qui fecit illum carcerari, vt seruat nostra Curia Archiepiscopalis, glos. in d. l. fin. C. de erogat. milit. annon. Bar. in l. illicitas, §. ne potentiores col. pen. ff. de off. præsid. Ang. in l. minimè, C. de appell. Spec. in tit. qui filij sint legitimi §. fin. num. 20. Aretin. in §. fin. in fin. instit. de act. Guid. Papa in decis. 211. num. 2. vbi refert sic seruare omnes Curias Delphinal. Afflict. in decis. 71. Marsil. in pract. crim. §. attingam, nu. 74. latè Corduba in l. si quis à liberis §. solent num. 37. ff. de li-
3 ber. agnoscend. vbi inquit, quod Iudex possit carceratum relaxare, si creditor qui fecit eum carcerari recusat alere, & num. 38. ampliat procede
4 re etiam in persona cessionarij, & idem dicimus
5 in carcerato pro crimine, qui proprijs expensis est alendus, quando habet bona, alias si pauper sit alitur à Curia, vt tradit Afflict. in d. decis. 71. num. 2. Puteus de sindic. in cap. an carcerarius te
6 neatur num. 2. & 3. vbi inquit, quod etiam custodiri debet, Benincas. de paupert. in quæst. 7. in 2. speciali iudic. num. 6. & procedit in carcerato,
7 vel accusato pro quocumq; delicto qui interim est alendus, Alber. in l. fin. C. de ordin. cognit. Gigas de crimine lesæ maiest. in tit. de pænis committent. quæst. 26. imò etiam damnatus est alen-
8 dus dum non exequitur sententia l. si victum ff. de re iudic. vbi glos. Imol. & Ias. & sic etiam Ec-
9 clesia alit delinquentes, qui ad eam confugiunt, vt voluit glos. in cap. diffiniuit in verbo defendatur 17. quæst. 4. arg. l. præsenti in fine, C. de his, qui ad Eccles. confug. ad idem est glos. in c. fin. de regul. quam dicit singularem Felin. in c. ex rescripto in fine de iure iurando, Imol. in clementina vnica de hæret. Cordub. in l. si quis à liberis, §. solent nu. 46. de liber. agnoscend. Boer.
10 in decis. 303. nu. 3. nec isto casu Iudex potest impedire absque periculo excommunicationis, Host. in c. inter alia de immunit. Eccles. Guido
11 Pap. in decis. 121. & sic pariter dicimus in monasterio, qui monachum debet alere, Castrens. in cons. 76. num. 1. vol. 1. vbi mouetur duabus rationibus, primò, quia monachus seruit altari, & de altari viuere debet, cap. cum secundum de præ-
12 bend. secundo, quia acquirit monasterio, c. cum olim de priuileg. & si monasterium deneget ali-
13 menta priuatur his, quæ monachus acquisiuit, vt per glos. in cap. 1. in verbo languidus de infa. & languid. expos. vbi ait, quod impiè agit Abbas, si monacho non prouidet de necessarijs, Innoc. in cap. cum olim il 2. col. 2. de priuileg. Specul. in tit. de statu monach. §. fin. num. 10. vbi dicit, quod Episcopus reponet monachum in alio
14 monasterio, & illi applicabuntur bona acquisita.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio in iudicio restitutionis in integrū necessaria est.*
2 *Amplia etiam, quando petitur contra sententiam.*
3 *Litis contestatio non requiritur, vbi restitutio in integrum petitur incidenter.*
4 *Incidenter peti videtur restitutio in integrū, quando petitur præparatoriè.*
5 *Incidenter peti videtur restitutio in integrū, quando petitur contra interlocutoriam.*
6 *Dicitur incidenter peti restitutio in integrum, quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis.*

An

An sit necessaria litis contestatio in iudicio restitutionis in integrum, quoties ipsa incidenter petitur.

DECIS. CCIX.

1 QVamuis litis contestatio in iudicio restitutionis in integrum necessaria sit, vt habetur per Bar. in l. papinianus §. 1. ff. de minor. Bald. in l. in causæ, §. fin. ff. eod. & in l. ab hostibus, §. sed quod simpliciter num. 4. ff. ex quib. cauf. maior. Bellam. in cap. coram num. 27. de restit. in integr. & tex. est in l. nec non §. si cui in prouincia, ff. ex quib. cauf. maior. & in cap. fin. de off. Iudic. ita, quod secundum Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de restit. in integr. §. 1. in verbo, vbi, procedit etiam quando petitur contra sententiam,
2 tamen in Curia Archiepiscopali fuit resolutum,
3 & sic obseruauit, non esse necessariam litis contestationem, quando restitutio in integrum incidenter petitur, vt communiter concludunt Bar. in d. l. papinianus, §. 1. ff. de minor. Castrens. in l nam, & postea, §. si minor, nu. 2. ff. de iur. iur. Fulgos. in l. nec non §. si cui in prouincia ff. ex quib. cauf. maior. Butr. in cap. 2. num. 10. de off. ordin. & in cap. causa, nu. 8. de restit. in integr. & dicit, quod tunc sit summaria cognitio, Frãc. in cap. ex ratione, nu. 58. de appell. & ibi Præpos. nu. 35. Cappella Tholos. in decis. 55. num. 3. Rodoan de reb. Eccles. non alien. in q. de rest. in integr. §. fin. nu. 1. & sequen. & est tex. expressus in cap. fin. de off. iudic. Cardin in cap. 2. col. fin. de
4 rest. integr. & incidenter dicitur peti restitutio quanto petitur præparatoriè, Bal. in l. fin. num. 4. C. de tempor. in integr. restit. vel quando peti
5 tur contra interlocutoriam, Cappella Tholos. in decis. 55. num. 3. quinimò Abb. in cap. ex litteris num. 16. de rest. in integrum dicit, quod quãdo petitur contra sententiam semper dicitur incidenter, & non requiritur litis contestatio, &
6 idem est quando petitur per viam exceptionis, vel replicationis, nam etiam dicitur incidenter peti, vt tradit Castr. in d. l. nam, & postea, §. minor, nu. 2. ff. de iur. iur.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus alterius fideiussor potest conueniri in foro illius Iudicis, in cuius loco se submisit.*
2 *Quilibet potest renunciare eius fauori.*
3 *Quiuis potest renunciare priuilegio fori, nisi clericus.*
4 *Nobilis an possit renunciare eius nobilitati remissiuè.*
5 *Laici fideiussores clericorum possunt conueniri coram Episcopo.*
6 *Obligatio fideiussoria est accessoria principali.*
7 *Regulariter fideiussor in duriorem causam non obligatur.*
8 *Exceptiones competentes principali competunt fideiussori.*
9 *Exceptiones rei eius personæ cohærentes prosunt fideiussori.*
10 *Exceptio declaratoria fori competens familiari debet competere fideiussori.*

An exemptus alterius fideiussor possit conueniri coram Iudice eius pro quo fideiussit.

DECIS. CCX.

1 PRo indubitabili habetur in Curia Archiep. exemptum, qui pro aliquo fideiusserat esse conueniendum in foro illius Iudicis, in cuius foro se submiserat, pro qua obseruantia diceba-
2 tur, quod quilibet potest fauori suo renunciare prorogando iurisdictionem alterius, iuxta tex. in l. 1. & in l. 2. ff. de iudic. l. si conuenerit de iurisdict. omn. iud. etiam non requisito suorum superiorum consensu, Abb. in cap. significasti nu. 4. de for. competen. quiuis enim potest priuile-
3 gio fori renunciare, excepto clerico d. c. significasti, & cap. si diligenter, de foro compet. Gayl. lib. 1. obseru. 40. num. 7. & latissimè probat Gutierez de iurament. par. 1. cap. 16. ex nu. 37. vbi
4 etiam vide, an nobilis possit renunciare priuilegio suæ nobilitatis, ita vt pro debito ciuili possit detineri in carcere, de quo etiam est consulendus Couarr. in cap. quamuis pactum 2. par. in init. num. 5. Auiles in prohæm. prætor. in glos. 1. num. 27. Anto. Gom. tom. 2. variarum capit. 11. num. 74. & l. 79. Taur. in princip. latissimè plures referens Cæual. q. 688. ex princip. optimè Perez lib. 4. titul. 2. l. 2. pag. 788. vers. quæri potest, Matienc. lib. 5. tit. 17. lege 7. glos. 2. num. 6. hinc fit, quod per eandem Curiam laici fideiussores
5 clericorum qui in foro Ecclesiastico se submiserunt carcerantur per Cursores prædictæ Curiæ, vt pœnam fideiussionis soluant, & eorum bona venduntur per eosdem de mãdato dictæ Curiæ, pro qua obseruantia facit, quod de iure communi laici possunt prorogare iurisdictionem Episcopi, & se eius foro submittere, lege si qui l. Episcopales, C. de Episc. aud. vbi omnes, nec requiritur licentia superioris laici, Bart. in l. 1. §. & post operis ff. de noui oper. nunciat. Franc. Marc. in dec. 82. & dicit Butr. in cap. 1. de iudic. per illum tex. quod pactum de respondendo coram Iudice non suo factum in præsentia Iudicis, submittit se adeò quod non est locus pœnitentiæ: præterea adducitur textus clarus in c. ex rescripto de iure iur. vbi laicus fideiussor clerici cõuenitur coram Episcopo propter iuramentum præstitum in fideiussione, vt quotidie fit, & ibi id notant Abb. Ant. Imola, Petrus de Anchar. ad idem tex. in c. fin. de foro competent. in 6. quinimò statuentes contrarium essent excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, tamquam statuentes contra libertatem Ecclesiasticam, siquidem clerici non inuenirent fideiussores, & in carceribus macerarentur, non enim Curia prædicta de facili solet admittere fideiussores clericos, tum quia non possunt cõdemnari, nisi in quantum facere possunt, cap. Odoardus, vbi Doctores de solution. tum quia cũ clerici fideiussores carcerantur, seruitium diuinum omittitur, & ratio supradictorum est, quia obli-

obligatio fideiussoria est accessoria ipsi principa
6 li,§.in omnibus instit.de fideiussoribus, vnde principali obligatione non subsistente,fideiussoria corruit,ea vero consistente naturam,& qualitates præcedentis obligationis induit Borgn. decis.31.num.5.par.3.cum regulariter non possit fideiussor in duriorem causam obligari l.Gre
7 ge §.illud ff.de fideiussor. Specul. de competēt. iudice in additio.nu.26.in fin.Cancer.in 2. parte variarum cap.5.nu.73.lib.2.pag.41.in fin. Anton.Gom.tom.2.cap.13. nu. 2. neque fideiussio protenditur vltra contractus naturam,Burs.consil.193.num.6.idcirco omnes exceptiones com-
8 petentes principali, competunt fideiussori l.2. Cod.quæ res pign.l.constitutionibus,C.de vsur. l.tam mandatori , vbi Bald.Cod.de non num. pecun.l.omnes ff.de except.Magon.in decision. 110.nu.3.declarat optimè Farinac.libr.1.q.34. ex num.25.etiam inuito reo,Paris.cons.121. volum.1.num.9.quanto magis illo postulante, glos.verb.competit l.tam mandatori, & l.si stipulatus esses de fideiussor.& multa exempla refert Marsil.in tract.de fideiussor. ex num. 268. qui amplè loquutus est,teste Bursat.cōs.193. nu. 5.& pulchrè Magon.in decisione 110. ex nu. 4. imò quod fortius est exceptiones rei eius perso-
9 næ cohærentes prosunt fideiussori,quando alias inutilis redderetur exceptio,vel priuilegium reo competens,veluti quia fideiussor, si solueret repeteret soluta à debitore principali, tunc enim reus ne iacturam patiatur potest in iudicio comparere suscepturus iudicium tamquam defensor necessarius,vel vt procurator in rem suam,ex l. idemque §.generaliter,& ex l.fin.de fideiussor. l.quidam ff.mandat.tradunt Bartol.in l. verum ff.pro soc.num.3.& in l.cum filius §.1.nu.2. vbi Alexander num.6.Ias.num.4. de verbor. oblig. Bartol.in l. stichum §.quod vulgo num.2. de solut.Bald.in l.quoties num.4.Cod.de precibus Imperat. offer.Rebuff.in tom.2.titul. de restit. art.2.glos.3.num.5.Duennas regul.330.num.3. latè Guttierez de iuram.confirm.par.3. cap.15. ex nu.15. afferens huiusmodi cautelam probari in expressis terminis in d.l.verum in vers. vidēdum,vbi postquam dixerat,quod hoc beneficiū est personale,& proinde fideiussori non datur, subdit, sed si hic fideiussor socij iudicium susceperit proderit sibi,& ratio est, quia defendere est eamdem vicem, quam reus subdit l. minor versiculo quoniam ff.de procur.qui tex. inquit, defensor mariti,in amplius quam maritus facere possit non est condemnandus, & ibi glos.in vers.quam reus subire allegat dict.l.verum §. 1. & alia iura, ex quibus omnibus satis colligitur,
10 quod exceptio declinatoria fori competens familiari competit fideiussori.

SVMMARIVM.

1 *Res prohibitæ alienari non possunt obligari, & pignori submitti.*

2 *Obligatio est actus per quem faciliter potest vera cōtingere alienatio.*

3 *Prohibita alienatione censetur prohibitus omnis actus per quem alteri quæritur ius rei.*

4 *Lex resistens translationi dominij, resistit etiam obligationis.*

5 *In prohibitione alienationis Ecclesiasticæ rei, intelligitur etiam hypotheca.*

6 *Non dicitur alienatio, vbi non transfertur dominium.*

7 *Prohibitus alienare bona,censetur prohibitus ea obligare.*

8 *Exempla non restringuunt regulam.*

9 *In generali obligatione bonorum non comprehenditur bona prohibita alienari sub poena.*

10 *Prohibitus alienare bona ad quorum titulum fuit promotus,ea specialiter non potest obligare sine incursu censurarum Sacri Concilii.*

An prohibitus alienare bona ad quorum titulum est ordinatus,censeatur prohibitus obligare eadem bona.

DECIS. CCXI.

Eleganter dubitatum fuit in Curia Archiepiscopali, an prohibitus alienare bona ad quorum titulum est ordinatus,vt habetur in Cōcil.Trid.c.2.sess.21.censeatur etiam prohibitus obligare eadem bona,absque incursu pœnæ impositæ in d.c.2.in fin.& primo videtur dicendū p̄dicta bona hypothecari minimè posse, ex tex. express.in l.fi.C.de reb.alien.non alien.per quē tex.glos.in verb.vel hypothecam in fin.tenet cū
1 Bar.quod res quæ prohibentur vendi,vel alienari non possunt obligari,& pignori submitti, & idem dicit Bart.in l.quorum nu.1.ff.de pignor. quem refert Menoch.casu 432.nu.9.plures allegat Guttierez de tutel.2.par.c.21.nu.2.Matienzo lib.5.recop.tit.10.lib.3.glos.14.nu.1.obliga-
2 tio siquidem est actus per quem potest faciliter vera contingere alienatio iure pignoris,l.1. & l.3. de distrac.pign.ob idque prohibita cēsetur,arg. l.oratio ff.de spons.& bene facit pro hac opinione tex.in l.1.§.eam rem ff.quæ res pignor.obligari poss.cuius hæc sunt verba,eam rem cū quis emere non potest,iure pignoris accipere non potest;vnde supradictam opinionem tenent in terminis optimè Abb.in cap.2.de feudis nu.7.& in cap.quod quibusdam nu.5.de fideiussoribus Iason in §.item si quid in fraudem nu.2.instit.de action.Tiraq.in legibus connubial.glos.5.num. 10.Cancer.lib.2.variarum cap.12.nu.40.& dicit
3 Alphan.collect.50.quod prohibita alienatione, prohibitus etiam censetur omnis actus per quē alteri quæritur ius rei,& per quem alienatio prouenire potest,vt etiam tradit Dec.cons. 445.nu. 26.cons.485.num.11.& cons.299.nu. 2. Beccius cons.25.nu.2.Menoch.consil.116.num.15. Hadrianus Angio.in allegationibus super Padina de Torres de violada num.2.Surdus decis. 278. num.2.vnde ait Soccin.in l.1.num.3.ff. de con-
4 dit.indeb.quod quando lex resistit translationi dominij, resistit etiam obligationi antecedenti, quod pulchrè similiter tradit Tiraq. de retract. lignag.§.1.glos.13.nu.14. & in legibus connub. in glos.8.num.192. ex quibus optimè infert Couar-

uarruuias lib. 2. variar. cap. 16. num. 7. in prohi-
5 bitione alienationis rerum Ecclesiæ, etiam hypothecam contineri, licet ea expressim non fuerit prohibita in c. nonnulli, de reb. Ecclesię non aliend. dicendum ergo videtur pignori, & obligationi submitti non posse bona ad cuius titulum quis est ordinatus, quin subiaceat obligans pęnis dict. Conc. contrariam tamen opinionem, quod obligans prædicta bona non incurrat dictas pœnas, probatur satis apertè in l. 1. C. de fund. dotal. vbi per alienationē intelligitur actus, ex quo dominium transfertur ait Imperator in hæc verba: est tamen alienatio omnis actus per quem dominiū transfertur; vnde Scribentes colligunt,
6 non dici alienationem vbi dominium non transfertur, Alexander consf. 41. vol. 6. nu. 5. cum igitur ex sola obligatione non transferatur ipsum dominium, dicendum videtur eam non dici alienationem, ita censet Dilect. de arte testandi tit. 8. nu. 4. idque expressius decisum extat in l. alienatum ff. de verb. signif. & præsertim in pęnalibus id procedere affirmant Doctores asserentes,
7 prohibitum vendere, vel alienare, ante ipsius rei traditionem non cadere à iure suo, quamuis clausula constituti, vel præcarij adhibeatur in contractu obligationis, vt ex magis recepta opinione tradunt latè Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glossa 2. nu. 44. & de iure const. 3. parte limit. 26. in princip. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 3. num. 3. Cabal. Milleloquio 93. vnde cum hypotheca nō transferatur dominium, ideo hypothecās rē nō dicetur eam alienare, nec incidere in pęnas contra alienantem inflictas, pignoris itaque obligatio non est propriè alienatio, Clar. §. emphyteusis quęst. 18. huiusmodi autem opiniones ex diametro pugnantes intendens ad concordiam reducere glos. in verbo hypothecam in dicta l. fin. C. de rebus alienis non alien. & glossa in verb. est autem in dict. l. 1. C. de fund. dotal. dicit dictam l. fin. intelligendam esse de alienatione largo modo accepta, contraria vero iura de alienatione propriè, & strictè sumpta, quo pacto qui obligat rem non dicetur eam alienare, cum per ipsum actum non transferatur dominium, quam concordiam, & veram resolutionem ad prædicta iura sequuntur Alberic. in dict. l. fin. nu. 1. & ibi nu. 1. & 6. Paul. de Castr. nu. 2. Salicet. nu. 1. in fine dicens id esse receptum, & menti tenenendum, quam etiam opinionem tenet Felin. in rubr. de fid. instrument. nu. 4. Bero. in cap. nonnulli de rebus Ecclesiæ non alienand. num. 21. & plures quos referunt, & sequuntur Matienc. lib. 5. titul. 10. l. 3. glos. 14. num. 2. Spin. in specul. testament. in glosa 18. ex nu. 75. & Pinel. in l. 1. & 3. par. C. de bon. matern. nu. 18. & 19. qui appellans hanc receptissimam opinionem pugnat contra Alciat. in l. alienationis verbum ff. de verb. signif. dicentem alienationem propriè appellari ex hypotheca vel seruitute absque trāslatione dominij, aduersus tamen hanc glosæ solutionem etiā insurgit Pinel. in dict. nu. 19. asserēs obstare contra illam adhuc tex. in d. l. fin. cū nāque loquatur indistinctè de omni dispositione legis, vel hominis vniuersaliterquè disponat cōprahendi hypothecam sub alienatione non est cur improprietur, cum non ita ind istinctè id affirmaret, si proprie alienatio non esset, ex quo sibi videtur dura decisio illius legis, tam indistinctè loquentis, obstantibus ei multis, tam ex supra citatis, quā alijs adductis à glosa, & Doctoribus, nec similiter ei placet quod ad dictam l. 1. Cod. de fund. dot. respōdeat glosa, & Doctores, dum intelligunt eam legē quasi loquatur tantum de alienatione proprie, & strictè sumpta, cum in materia illius legis, & tituli de fundo dotali non tantum prohibeatur alienatio cum translatione dominij, sed etiam sola hypotheca, vt in prin. inst. quibus alien. licet, & in l. 4. ff. de fund. dotal. & ideo in d. l. 1. dum explicat alienationis verbum, & translationem dominij. intelligi debet, vt nō loquatur restrictè, nec excludat, quin alio modo alienatio dicatur tum ex dict. l. fin. quam ex alijs iuribus in eadem materia dictæ legis primæ, qua retenta consideratione minimè etiam admittenda est alia ipsorum iurium concordia, quod scilicet alienationis appellatione in materia fauorabili contineatur etiam hypotheca, & sic procedat d. l. fin. non vero in materia pęnali, stricta, & odiosa, de qua loquitur dicta l. 1. quam interpretationem adhibet glos. verb. hypothecam in dict. l. fi. C. de rebus alien. non alienan. & ibi Cyn. Bal. & alij, Couar. lib. 2. var. cap. 16. num. 7. Molina de primog. lib. 1. cap. 20. num. 16. & num. 17. qui in huius rei confirmationem allegat Bald. in l. voluntas nu. 11. C. de fideicomm. dicentem, quod si tractetur de pęna, verbum venditio sumi debet strictè, si verò fiat sermo de fauore latè accipiendum sit, qua ratione emphyteutam locantē ad longum tempus non incurrere in caducitatis pęnam dixit Bero. in cap. nonnulli num. 32. de rebus Eclesiæ non alien. Cabal. in Milleloq. 213. Pinel. in l. 1. 3. par. Cod. de bon. mater. num. 64. vers. illa tamen, nulla siquidem adest diuersitatis ratio, quare in præfata l. final. Cod. de reb. alien. non alienand. in materia fauorabili debet fieri interpretatio, in dict. vero l. 1. C. de fund. dotal. stricta quasi de re odiosa, præterea quod exemplum adductum de emphyteuta locante ad longum tempus irrequisito Domino, vt non incidat in pęnam non est omninò verum, imò cōtraria opinio Scribentium consensu videtur magis recepta, vt colligitur ex Dec. consil. 203. Iul. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 19. in fin. & in §. feudum quæst. 33. Molin. in dicto lib. 1. cap. 21. ex num. 15. & 20. Anton. Gom. in l 40. Taur. nu. 84. vers. sed his non obstātibus, Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. glos. 14. ex num. 82. Ioan. Mantiec. lib. 1. recollect. tit. 11. l. 7. glosa 1. nu. 13. Couar. lib. 2. variar. cap. 16. ex num. 1. vnde ego aliter philosofandum esse censeo pro ipsarum legum concordia, vt scilicet regula illa dictæ legis finalis, qua cauetur eum non posse rem pignori, vel hypothecæ dare, qui nec distrahere intelligatur, quando agitur de speciali alicuius rei pignore, vel hypotheca, tunc quidem, qui rem prohibitam alienari specialiter obligat incidit in pœnas prohibitionis, minimè verò, quando eam alienat sub generali bonorum obligatione in quo casu procedit decis. dictæ legis primæ, Cod. de fund. dotal. & quamuis hanc distinctionem pro-

probari expressè in §. si autem creditor in fine in Authen. de Ecclesiast. Reb. non alienand. allegat Menoch. de arbitr. casu 428. num. 3. mihi tamen elegantissimè id probatur ex celebri doctrina Beroij in cap. nonnulli de reb. Ecclesi. non alien. num. 22. sub his verbis, hic confirmo per dict. l. final. Cod. de reb. alien. non alien. vbi si lex, vel testator, vel contrahentes alienationem prohibeant, censentur prohibere pignus, & hypothecam specialem, non autem generalem, & paulò inferius dicit, quod dict. l. final. solum de hypotheca speciali loquatur, suadetur ex omnibus alijs exemplis positis ibi, quæ loquuntur solum de his causis, in quibus ius in re acquiritur, & transfertur, ergo & in exemplo de hypotheca debet intelligi de illa, per quam res acquiritur, & quæ est ma is propinqua pignori, & licet exē
8 pla non restringat regulam, & verba generalia, quin illa comprehendi possint, tamen restringunt, vt non comprehendantur maiora, & dissimilia expressis, iux. tex. in l. fin. §. cui dulcia ff. de vino, tritico, & oleo cap. sedes de rescript. & hinc dicit Gutierez in li. pract. quæst. q. 115. n.
9 1. quod in generali obligatione bonorum non comprehenduntur bona prohibita alienari sub pęna, ad quod est etiam videndus Dec. cons. 645. num. 9. & plures ad id refert Anton. de Fano in tract. de pignor. 2. membro cap. 16. num. 7. afferens, quod specialis hypotheca plus afficit rem quam generalis, seruus siquidem specialiter hypothecæ obligatus non potest manumitti, si vero generalis sit hypotheca iure manumittitur l. 3. C. de seru. pign. dat. l. penul. ff. in quibus pign. tacit. contrah. Alex. cons. 16. volum. 2. num. 4. ex
10 quibus fuit resolutum, quod prohibitus alienare bona ad quorum titulum fuit promotus, ea specialiter non potest obligare sine incursu censurarum Concilij, benè tamen potest ea generaliter obligare per rationem dictam, cum in generali obligatione non compræhendantur huiusmodi bona, ad quorum titulum fuit promotus per supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Decisio quæstionis, & redditur ratio decisionis.*
2 *Charitatis ordo, qui sit.*
3 *Adducitur dictum Catonis ad propositũ quæstionis.*
4 *Maior pietas exerceri debet in consanguineos pauperes quam in extraneos.*
5 *Legatum factum Titio, si sunt duo Titij, quorum vnus est consanguineus, præsumitur factum consanguineo.*
6 *Adducitur pro confirmatione decisionis dictũ D. Augustini dicentis, qui vult filio exheredato, hæredem facere Ecclesiam, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum.*
7 *Male agit, qui exhæredato consanguineo extraneũ instituit.*
8 *Peccat mortaliter, qui extraneos instituit omnis fcis consanguineis indigentibus.*
9 *Hæres institutus ab eo qui consanguineos paupere s habet tenetur hæreditatem eis restituere, alias illam retinendo in peccato mortali existit.*

Gratificare quem debet Eiscopus ex duobus præsentatis ęquè idoneis, quorum alter est consanguineus patroni.

DECIS. CCXII.

1 FVit resolutum, esse gratificandum consanguineum patroni, ex regula illa vulgari, quod potius consanguineis danda est eleemosyna, quàm extraneis, cum teneatur quis diligere magis consanguineum, eique potius subuenire quam extraneo, vt refert Abb. in cap. vt super nu. 19. de reb. Ecclesi. non alien. S. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 9. Siluest. verbo eleemosyna nu. 4. Afflict. dec. 290. nu. 10. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 3. nume. 24. Mess. in pragm. taxæ panis, conclus. 5. num. 105. Menoch. cons. 321. nu. 3. Paul. Fusc. de visit. li. 2. c. 30. num. 10. Roias de success. c. 32. num. 5. & trad. glosa in verb. postulat. in c. qui escamus 42.
2 distinct. vbi habetur, quod charitatis ordo ita seruandus est, quod primo consanguineis, & curæ suæ commissis egentibus, quam extraneis fauendum sit, Couarr. lib. 3. variar. cap. 14. nu. 6. vers. deinde hoc constat, nec prudenter facit qui extraneum coniuncto præfert, optimè Rota dec. 639. num 4. in 1. par. in nou. vnde dicebat Cato,
3 ignotum tu tibi noli præponere notis, quem ad propositum refert Petrus Ferdinandus Villegas in stella clericorum fol. 5. facit primo, Charitas enim præfert suos extraneis l. cum acutissimi, & ibi Bald. in 1. notab. C. de fideicom. & plura referunt Marc. Salon. de pace ad l. Taur. in 5. par. l. 3. concl. vnica num. 1504. Humada l. 4. tit. 20. part. 2. in glos. nu. 1. Valdes de elemosyna 3. par. fol. 74. nam maior pietas exerceri debet in consanguineos pauperes, quam in extraneos, Tiraq. in præfat. de priuileg. piæ causæ num. 15. Surd. de alimentis tit. 1. quæst. 93. ex num. 2. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 18. Cordub. quæst.
5 72. in princ. vnde si lego Titio centum, & sunt duo Titij, quorum vnus est consanguineus, præsumitur consanguineo legatum, ita Matth. de Affl. de iur. protomis. fol. 2. Surd. in dict. quæst. 93. num. 4. & inde etiam est, quod si duo præsentati à patrono sunt æquè idonei, & alter ex eis sit de sanguine fundatoris, Episcopus debet illum præferre, ita pulchrè Roch. de Curte tractat. de iure patr. verb. honorificum ex nu. 45. Gregor. Lop. libr. 6. titul. 15. part. 1. in verb. Por. sic etiã executoribus testamenti discordantibus, si vnus est consanguineus alter extraneus, præfertur consilium consanguinei, Roman. consilio 44. Palat. Rub. in repet. capitul. per vestras §. 43. numer. 8. par. 2. secundo pro eadem sententia passim allegari solet illud memorabile dictum pietatis plenum ex tex. in cap. vlt. 17. q. 4. desumptum ex
6 D. Au. in serm. de vit. cler. 52. ad fratr. de herem. to. 10. fol. 314. & opin. Garnot. 3. par. c. 177. quẽ etiã tex. optimè pōderat Villad. ad forũ Iudgo li. 4. tit. 4. in glos. l. 1. nu. 7. quicumq; inquit vult exheredato filio hęredẽ facere Ecclesiã, qrat alterũ qui

qui suscipiat, non Augustinum, imò Deo propitio neminem inueniet, in tex. etiam in cap. si querit 30. dict. habetur, quod si quis proprios filios habuerit, & necessaria eis non præbuerit
7 anathema sit; ergò à simili, qui exhæredato consanguineo instituit extraneum videtur male agere, & cõtra obligationem, & inclinationem naturalem, quia primò filij, deinde domestici, postea extranei in priori gradu necessitatis constituti subueniendi sunt, iuxta glos. in verbo fideles in cap. si qui filij 30. distin. & glos. in verbo domesticos in cap. non satis 86. dist. & tradit Ripa de peste de præseru. num. 174. Medin. C. de ijs quibus est danda eleęmosyna versic. in de oritur, Valdes in dicto fol. 74. & quidem graue esse videtur saltem de quadam ęquitate, bona venientibus ab intestato auferri, vt inquit l. fin. C. de test. milit. quam ad hoc alleg. Bald. in l. humanitatis num. 7. C. de impub. & alijs substit. & in l. fin. per tex. ibi Cod. quorum bonorum, vbi inquit, non stantibus ascendentibus, neque descendentibus, successio consanguineis est quasi debita de iure naturali, & idem dicit glos. verb. debita in l. fin. C. de codicillis, ergo eis non relinquere bona, sed extraneis nõ videtur iustum,
8 sed ab omni prorsus æquitate alienum, vnde instituens extraneos, ommissis consanguineis indigentibus, facit contra officium pietatis, & peccat mortaliter, ex Roias de succes. cap. 32. num. 4. Feder. in §. 1. nu. 1. instit. de hæred. quæ ab intest. defer. Didacus Perez in addit. ad Segur. in l. cũ patronus ff. de leg. 2. num. 44. versic. ad vnum tantum, & quidem insanum, & dementem pręsumi illum qui facit hæredem extraneum, exclusis sibi sanguine coniunctis de se non demeritis, Alex. consil. 141. num. 8. versic. secunda coniectura vol. 1. Menoch. lib. 6. præsump. 45. nu. 57. post Rodericum Suares alleg. 1. num. 10. & 11. vbi plura ad id cumulat, quæ omnia adeò certa
9 nostris Doctoribus videtur, vt iudicent illum, qui hæres instituitur ab eo, qui fratres seu cõsanguineos pauperes habet, teneri dictam hęreditatem eis restituere, nec eam in foro conscientiæ posse sibi retinere, quia alias in peccato mortale existeret, vt adnotauit glosa in lege 13. par. 4. tit. 6. lib. 3. Fori, Roias in dicto capitulo 32. num. 4. Montaluus libro 3. titulo 6. *De las herencias* in l. 13. in glosa verbo *si el que muriere* in fin. vbi allegat Ancharanum in regul. possessor de regul. iur. in 6. num. 20. & idem sequitur Petr. Peralta in rubr. ff. de hęred. instit. num. 14.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia possunt resignari appellatione pendente, & num. 13.*
2 *Inquisitione pendente nihil potest innouari.*
3 *Accusatus de crimine pendente lite potest permutare, imò potest renunciare etiam post receptas probationes, num. 4.*
5 *Resignatio beneficii potest fieri etiam non facta mentione inquisitionis, quod amplia etiam in crimine grauissimo, vt in crimine parricidii, num. 6.*
7 *Resignari potest beneficium post præsentatam impetrationem suorum beneficiorum factam ab aliquo.*
8 *Episcopus criminosus renunciat præposituram.*
9 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis, & sententiam ipsius à quo prouocatum est.*
10 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
11 *Sententia non priuat sine exequutione.*
12 *Collatio facta per priuationem ante transitum in rem iudicatam est nulla.*
14 *Pendente iudicio nullitatis, & iniustitiæ non potest dici vacare Canonicatum per priuationem.*

Beneficia, an possint resignari pendente appellatione à sententia priuationis beneficiorum.

DECIS. CCXIII.

1 FVit pluries resolutum affirmatiuè, ex quo de iure est indubitatum fieri posse; ita Crescen. decis. 227. Boer. decis. 205. Puteus decis. 223.
2 & est mirabile, cum inquisitione, vel accusatione pendente nihil possit innouari, cap. olim, & ibi glosa de accus. glos. in §. 1. Inst. de hæred. instit. Roman. in l. post contractum ff. de donat. & est communis omnium Doctorum sententia,
3 vnde accusatus de crimine, pendente lite potest permutare, Nauar. consil. 2. de accusationibus,
4 & est communis opinio, imò potest renunciare etiam post receptas probationes, & conclusum in causa, vt tenuit Ant. de Butr. in cap. dudum el 2. num. 11. versic. nota consilium de elect. & ibi Abb. colum. 4. vers. nota penul. & Anchar. in 22. nota. Boer. decis. 206. num. 3. Rebuff. in praxi in titul. de mod. amitten. benefic. num. 51. Ferret. consil. 283. num. 1. & huic opinioni adstipulantur Placita Senatus Parisiens. teste Bleinia. de benef. cap. 26. num 12. idquè probatur in cap. dudum el 2. in fin. de elect. ibi, tandem cum non restaret nisi proferenda sententia, fie-
5 ri, & posse huiusmodi resignationem, etiam non facta mentione de inquisitione, voluit Bisignet. in decis. 5. in principio de sententia, &
6 re iudicata, imò etiam in crimine grauissimo, namq; in crimine parricidij hoc firmat Gabriel. consil. 196. lib. 1. nisi in illo crimine priuato beneficij ipso iure esset irrogata absque alia declaratione, c. 1. §. sacri vbi Gemin. de homic. lib. 6. Abb. in cap. inter circa fin. de excess. Prælat. Rebuff. in praxi tit. de mod. amit. benefic. num. 65.
7 ac etiam resignare post præsentatam impetrationem suorum beneficiorum factam ab aliquo, & iudicium cęptum, etiam si ex deductis veniat priuãdus, vel verisimiliter existimet esse priuandum, vt tradunt Gemin. consil. 105. col. 2. vers. quoad primum cũ alijs, vt per Ferratiũ caut. 44. Prob. ad Io. Monach. in cap. Apostolicæ nu. 10. de re iudicata lib. 6. Boer. d. decis. 205. num. 7. vers. quamuis Sarn. de anni quæst. 42. colum. 3. versic. propositione, & est communis opinio, pro qua facit cap. dudum il 2. de elect. vbi electus cessit iuri, & liti cum non restaret nisi proferenda sententia, & cap. ex litteris de excess. prel. vbi Episcopus criminosus renunciat, & cap. vlt. eod. titul.

tit. vbi Episcopus, qui violauit interdictum cessit, & cap. cum nostris de concess. præb. vbi etiã
8 Episcopus criminosus renunciat præposituram, & cap. per tuas de simon. & ita ad casum propositum, quod possit resignari appellatione pendente, quia appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis, & sententiam ipsius à quo prouocatum est, Lap. alleg. 2. Cardinal. Paris. cons. 12. num. 216. vol. 2. cons. 98. nu. 8. vol. 3. & cons. 180. nu. 23. vol. 4. & est communis omnium Doctorum
10 sententia, & ideò appellatione pendente nihil est innouandum, Dec. cons. 197. Marsil. consil. 103. num. 50. & communiter alij. Accedit, quia æquiparantur ista, pendente accusatione renunciari, vel post appellationem intermissam, l. postquam. §. Imperator, vt l. non caueat. ibi Bartolus, nam appellatio extinguit iudicatum, l. 1. ad fin. ff. ad Turpill. ideo spoliatus post appellationem restituitur, cap. si constiterit de accus. &
11 sententia non priuat sine executione, c. grauem, de excess. prælat. & facit tex. in l. qui à latroni-
12 bus, §. vlt. ff. de test. hinc collatio facta per priuationem ante transitum in rem iudicatam est nulla, estò, quod priuatus postea non appellauerit, vt fuit resolutum 29. Octobris 1540. coram Marsican. teste Mohedan. decis. 148. Put. decis. 30. lib. 1. & in vna Veronen. coram Ant. August. de mense Decemb. 1545. teste Cardinali S. Crucis decis. 1. in manuscr. & ita expeditum, & indubitatum est in tota Curia Romana, quod beneficia possint resignari appellatione pendente à
13 condemnato ad priuationem beneficij, & possunt resignari ad fauorem, etiam si habeatur notitia collationis factæ per Papam in casu priuationis; quare in vna canonicatus Legionensis 15. Februarij 1593. coram Illustrissimo Arigonio fuit dictum, resignationem Canonicatus factã post appellationem à condemnato ex diuersis criminibus in pœnam perpetui carceris, & deportationis, & priuationis Canonicatuum, & omnium beneficiorum, & admissam appellatione pendente, fuisse validam, & impetrantem à Sede Apostolica esse excludendum, sequuntur Anton. de Butr. in cons. 45. nu. 42. Crescent. decis. 6. num. 3. de renunciat. nec potest dici, huiusmodi resignationem esse in fraudem collationis factæ tanquam de Canonicatu vacante per priuationem, & meritò non esse admittendum, ad tradita per Butr. in cons. 43. quia Butr. loquitur in resignatione facta Papæ, secus vbi tractatur de resignatione facienda in manibus eiusdem Pontificis, & pendente iudicio nullitatis, & iniustitiæ non potest dici vacare Canonicatum per priuationem, Anton. August. dec. 30. lib. 1. Puteus decis. 30. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à sententia, qua quis profertur excommunicatus.*
2 *Appellatione pendente potest Iudex denunciare excommunicatum.*
3 *Regulariter in omnibus casibus, in quibus non licet appellare, ipsa appellatione pendente potest fieri exequutio.*
4 *Appellatur à sententia, qua quis excommunicatus profertur.*
5 *Potentior est appellatio à sententia denunciationis, quam illa, quæ interponitur ante sententiam excommunicationis.*
6 *Per appellationem suspenditur executio sententiæ declaratoriæ excommunicationis incursæ.*
7 *Refertur resolutio articuli.*

An declaratus excommunicatus ingerens se diuinis, pendente appellatione efficiatur irregularis.

DECIS. CCXIV.

NOn loquor hic de excommunicato se ingerente in actibus ordinum, nam non dubitatur effici irregularem, sed de eo qui fuit citatus ad dicendum causam, quare non debet declarari incidisse in censuras, in quo articulo est
1 supponendum, quod quamuis à sententia qua quis profertur excommunicatus non detur appellatio ex tex. in cap. is cui. §. fin. de senten. excommun. in 6. Angel. in verb. excommunicatio el 3. num. 10. Cappell. Tholos. decis. 299. nu. 10. Zerola in prax. Episco. 2. par. §. appellatio, vers. 9. quæritur, vbi in num. 7. pulchram rationem assignat, Abb. in cap. sæpe contingit num. 15. de appellat. Rolan. consi. 77. volum. 2. nu. 22. vndè
2 appellatione pendente potest Iudex denunciare excommunicatum, illumque priuare fructibus beneficij, per tex. in cap. pastoralis, §. verum, de appellat, & tradit Lancel. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 21. in prin. Guttier. lib. 2. Canon. quæst. cap. 16. num. 23. Couarr. in cap. alma mater, §. 1. numer. 4. versic. & esse hanc opinionem, Cappell. Tholosan. decis. 300. vbi Aufrer. id optimè declarat, cum regulariter verum sit, quod in
3 omnibus casibus, in quibus non licet appellare, ipsa appellatione pendente possit fieri executio, ex glos. in verbo casibus in capitul. non solum, de appellat. in 6. Innocent. in cap. ab excommunicato de rescriptis, à sententia tamen,
4 qua quis declaratur excommunicatus, aut in excommunicationem incidisse, regulariter bene potest appellari, & in hoc casu appellatio ex iusta causa interposita impedit denunciationem, ex Gratian. in reg. 173. Zerola 2. part. §. excommunicatio vers. 6. licet pulchrè Huma. in l. 21. tit. 9. par. 1. ex num. 8. & optimè in glos. 5. nu. 3. Nauar. in cap. cum contingat de rescrip. in 1. causa, Felyn. in cap. Rodulphus nu. 43. de rescrip. & in cap. cum non ab homine nu. 12. de iudic. Franc. in cap. is cui. §. fin. nu. 2. vers. tertio limita de sententia excommunic. in 6. Put. decis. 271. lib. 3. Gab. in suis com. tit. de regu. iur. con-
5 clus. 3. nu. 59. vnde potentior est appellatio à sententia denunciationis, vel declarationis, quam illa, quæ interponitur ante sententiam excommunicationis, vt ex Card. in clem. 1. §. si quis, quæst. 11. de sequest. poss. & fruct. & ex alijs ostẽdit Humada in d. glos. 1. num. 10. vbi in glos. 5.

P nu. 2.

num. 2. ait, idem esse in alijs censuris interdicti, & suspensionis, quæ licet non suspendantur per appellationem postea interpositam, tamen suspenditur denunciatio per dictam appellationem, & propterea cum insurrexisset dubitatio in Curia Archiepiscopali de quodam, qui fuerat ab Episcopo declaratus excommunicatus, ob contrauentionem præcepti sibi iniuncti sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, à qua appellauit, an suspenderetur executio dictæ senten
6 tiæ declaratoriæ, & fuit resolutum per appellationem suspendi executionem sententiæ declaratoriæ excommunicationis incursæ contentæ non solum in iure, sed etiam in præcepto hominis, ex doctrina Ancharan. Franch. Gemin. & reliquorum in cit. cap. is cui §. fin. de sent. excommun. in 6. & idem Franch. in c. pastoralis §. ve-
7 rum de appellationib. & ex his fuit etiam resolutum, talem declaratum ingerentem se diuinis non effici irregularem, & per tex. in d. c. Rodulfus nu. 43. de rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Regularibus non licet à suis Conuentibus recedere absque licentia.*
2 *Non est petenda licentia ab eo, ad cuius grauamen tollendum quis adit superiorem.*
3 *Religiosis licitum est appellare de grauaminibus sibi illatis.*
4 *Prælati irreligiosè valdè faciunt, qui non admittunt appellationes factas.*
5 *Ordini Fratrum Prædicatorum interdicitur appellatio.*
6 *Vouens castitatem renunciat iuri, quod habet ad contrahendum matrimonium.*

Regularis, qui absque mandato in scriptis sui superioris extra Conuentum repertus fuerit, quo casu valeat ab Ordinario puniri.

DECIS. CCXV.

SÆpissimè reperiuntur in hac Ciuitate Neapol. Regulares extra Claustra absque licentia suorum superiorum regularium, quare fuit dubitatum, si possint ab Ordinario puniri, & fuit dictum, quod Concilium Tridentinum in sess. 25. de regular. cap. 4. sic statuit, nec liceat Re
1 gularibus à suis Conuentibus recedere, etiam prætextu ad suos superiores accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint, qui verò sinè prædicto mandato in scriptis obtento repertus fuerit ab Ordinarijs locorum tamquam desertor sui instituti puniatur, quæ pœna non imponeretur à Concilio, nisi propter graue peccatum, ex quo textu Concilij infert Ioan. Ramirez de confirmatione Ordinis Diui Iacobi cap. 14. in fine vers. quarta declaratio, non esse licitum alicui Religioso, etiam si malè tractetur confugere ad Prælatum superiorem, sine licētia Prælati inferioris, propter eius auctoritatem, vel propter aliam causam, & tales confugientes puniri debere à superioribus grauibus pœnis, cuius doctissimi viri sententiam esse veram existimo, quando cum scandalo Regularis pergit ad superiorem sine licentia, non verò quando accedit ad superiorem, vt ipsum à tali grauamine liberet, nam adiens superiorem videtur appellare, nec vt ait Rodriquez tom. 1. q. 30. art. 3. credendum est, Concilium voluisse derogare, vel tollere iustam appellationem in tam graui ra-
2 tione fundatam, & præsertim, quod non sit petenda licentia ab eo, ad cuius grauamen tollendum pergit aliquis ad superiorem, probat glos. in c. cum Pastoris 2. quæst. 7. vbi habetur, quod non est necessarius Abbatis consensus, si quis voluerit ipsum Abbatem accusare; præterea adire ad superiorem ob iustum grauamen, habet vim appellationis apud Religiosos, quam non videtur vitare, aut prohibere Concilium, nec quod grauiter grauatus per viam iusti grauaminis, & appellationis iustæ verbo, vel facto interpositæ possit adire superiorem ad conquerendum de illo, cum hoc sit obuiare etiam iuri naturali, vn-
3 de licitum esse de iure Religiosis ipsis appellar à grauaminibus sibi illatis; probant pulchrè Rodriquez to. 1. q. 29. art. 2. Arag. 2. 2. q. 69. art. 3. Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. art. 5. Rodriquez in sum. de ordine c. 13. nu. 4. & probatur id ex tex. in c. de priori de appell. vbi iubetur, castigari Priorem, qui appellationem non admisit, idq; etiam confirmatur ex quamplurimis iuribus eleganter relatis à Nauarro, qui eandē opinionem defendit in cap. nullam 18. quæst. 2. nu. 51. dicente, Concil. Tridentinum non vetare appellare, sed adire superiorem, sine licentia Prælati, quod longè est, idem docet idem Nauarr. lib. 2. cons. tit. de appellat. cons. 4. nu. 5. intelligendumque esse, dictum Concilium de illo, qui non grauatus sine vlla appellatione adit superiorem, eo solo, quod prætendat licere sibi adire illum sinè Prælati immediati licentia petita, saltem iusta de causa, quod falsum est, & damnatur à prædicto Concilio, vndè arbitratur Nauarr. quod licet Ordinarius iustè posset capere talem Regularē per suum territorium trāseuntē iuxta dispositionem dicti Concilij, non tamen iustè retinere, nec punire, si fidem faceret se grauatū appellasse, vel de grauamine protestatum iter arripuisse ad superiorem, & ideo licentiam in scriptis non deferre secum, quia noluit eam sibi concedere Prælatus à quo appellauit, vel iustè metuit eam petere, vel quia ob appellationem, vel licentiæ petitionem in carcerem iniustè coniectus fugit, quamuis autem hæc ita procedant de iure, fateor tamen cum Rodriquez tom. 1. q. 29. art. 3. & in sum. in fin. tit. de ordine iudic. c. 13. num. 5. Couarr. in pract. cap. 23. nu. 6. vers. 8. Zerola 2. par. §. regulares, versic. 6. per quam sanctè in quamplurimis Religionibus appellandi vsus fuit abiectus, nam quamuis fortasse accidere aliquando posit, vt Monacus aliquis iniuria læsus affligatur; hæc tamen damna, quæ rarissimè contingunt cum pace, & quiete totius Religionis compensentur, cū illius neruus, atq;

decus

decus in eo maximè consistat, vt Altissimo inter fratres, quæ sua est professio, vt inquit Sot. vbi supra planiter tractent, & transigant, nec se sæculo prodant, aut saltem non facilè causas suas extra Religionem deducant, ex quo non leues perturbationes oriuntur in grauissimum Religionis detrimentum: Aduertendum tamen est ex Nauar. lib. 2. cons. tit. de appell. cons. 4. quod id quod dicitur, non licere Religiosis appellare, quia illis interdicta est appellatio, intelligendum est, quando non est excessus in correctione, & mandata, vel præcepta superiorum sunt rationabilia, & legitimè facta; ceterum si superior in his deficiat, potest Religiosus appellatione, tamquam iuris naturalis subsidio se tueri, nec obstat capitul. ad nostram de appellation. nam ibi solum prohibetur appellatio ad defendendam nequitiam, & de non iniustè oppresso, hic verò fit sermo de appellante iusta causa, & de appellatione ab oppresso facta, & addit Nauarr.
4 vbi supra nu. 6. irreligiosè valdè facere Prelatos, qui iustas appellationes à se oppressorum non admittunt, & debere acriter castigari, vt habetur in cap. de priore de appellat. & iniquitatem iniquitati apponere eos, qui non admittunt, nec dant licentiam prosequēdi, & adeundi superiores, & pessima malis accumulare, qui non solum negant prædicta, sed etiam conijciunt in carceres duros torquendos, donec appellationi renuncient, licet in constitutionibus Illustrissimi Ordinis Fratrum Prædicatorum interdicatur
5 appellatio, nam quamuis oppressis ius naturale subueniat per appellationis beneficium, tamen quicumque potest, si vult, huic iuris naturalis subsidio renunciare; & eo ipso, quod aliquis in prædicta Religione professionem emittit, & secundum illius Ordinis leges, & constitutiones viuere vult, huiusmodi recursum denegantes præterquam in capitulis, aut visitationibus, videtur huic priuilegio, & fauori naturali renun-
6 ciare, quemadmodum vouens castitatem renunciat iuri, quod habet ad contrahendum matrimonium; & manet alligatus ad viuendum in statu cęlibatus, & vouens paupertatem renunciat libertati à iure naturali sibi concessæ ad obtinenda, & possidenda bona temporalia, & adstringitur in paupertate perpetua viuere, & per obedientiæ votum renunciat libertati iure naturali sibi competenti, & subditus & alligatus, aut religatus remanet; hoc ipsum dicendum est de appellationibus postquam Bonifacius Papa Nonus quibusdam litteris dat. Romæ anno 1302. eas abstulit à prædicto Sacto Prædicatorum Ordine.

SVMMARIVM.

1 *De causa dotis potest incidenter cognoscere Iudex Ecclesiasticus.*
2 *Causa dotis principaliter intentata potest deduci coram Iudice Ecclesiastico.*
3 *Causa dotis est pia.*
4 *Vidua dicitur miserabilis.*
4 *Consuetudo tribuit iurisdictionem Iudici Ecclesiastico.*
6 *Iudex Ecclesiasticus potest facilè præscribere iurisdictionem sæcularem.*
7 *Qui alias est Iudex, & iurisdictionem habet potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus, in quibus sua iurisdictio non extenditur.*
8 *Consuetudo causatur ex tacito populi consensu.*

An de causa dotium incidenter intentata, possit cognoscere Iudex Ecclesiasticus.

DECIS. CCXVI.

Facta separatione cuiusdam matrimonij, petita fuit restitutio dotium in Curia Archiepiscopali, vnde fuit dubitatum, si dicta Curia esset Iudex competens in dicta causa, & fuit di-
1 ctum quod sic, quæ opinio Dominorum Iudicum potuit fundari auctoritate Innocent. in cap. de prudentia de donationibus inter virum, & vxorem, & ibi Abb. num. 7. Idem Abb. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut. num. 16. & in cap. ex tenore num. 6. de for. competent. Imol. num. 4. & Crot. num. 65. in l. 1. ff. solut. matrimon. vbi Alexander num. 14. Cardinal. in Clement. dispendiosam 30. quæst. de iudicijs, Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius, prima par. verb. dotem ei dederat num. 26. Couarruuias in 4. 2. parte cap. 8. §. 6. num. 6. post principium, Bald. Nouell. in tracta. de dote 9. par. 16. priuileg. Barbat. in cap. ex litteris de pignor. num. 3. & quos allegat Antonius Gomez in l. 50. Taur. num. 53. & eandem opinionem sequitur, & dicit communem Felin. in cap. licet ex suscepto num. 1. de for. competent. Stephan. Aufrer. in tractat. de potestat. Eccles. super laic. quæst. 17. num. 21. Decius in Authent. quod locum, ex num. 4. Cod. de collat. & eam sequitur Mainer. in l. in ambiguis num. 44. ff. de regulis iur. Syluest. in summ. verb. dos, num. 14. versic. quartum, & eam communem opinionem appellat, & ibidem Tabien. num. 21. & Armil. num. 26. qui omnes affirmant, cau-
2 sam dotis principaliter intentatam deduci posse in foro Ecclesiæ, & ad tenendum istam opinionem moti sunt aliquibus iuribus, & rationibus, & præsertim ex tex. in cap. de prudentia, & in cap. nuper de donation. inter virum, & vxorem, & in cap. ex litteris de pignor. ex quibus iuribus intuenti satis constabit, Iudicem Ecclesiasticum posse cognoscere inter laicos de causa dotis, etiam principaliter intentata, quia quando incidenter, & accessoriè de causa matrimonij agitur, est casus constans apud omnes, quòd Iudex Ecclesiasticus est competens in causa dotis, vt inquit Bulgar. in l. 1. num. 20. & Soccin. Iunior num. 132. ff. solut. matrim. & quos allegat Gomez in d. nu. 53. & casus hic omni prorsus dubitatione caret. Secundò ad id allegari potest tex. difficil. in cap. per vestras de donat. inter virum, & vxor. vbi tam magister R. quam R. pauperes erant, & sęculares, vt apparet ex eo, quia ista causa fuit agitata prius coram

Consulibus Ciuitatis Genuen. & de ea nihilominus principaliter agebatur coram Iudicibus delegatis à Sede Apostolica, vnde illi Iudices cognoscebant de causa dotis principaliter inter
3 dictos laicos. Tertio id confirmatur, quia causa dotis est pia, ex l. cum his, §. si in ea opinione ff. de cond. indeb. & ibi latè Ias. in §. si mulier nu. 1. & tradunt Alexand. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore nu. 10. ff. sol. matr. & pluries in l. si constante nu. 18. eod. tit. Guliel. Bened. in c. Rainutius, verb. soboles quam gesta nu. 5. Ant. Corduba declarat in l. si quis à liberis. §. si vel parens nu. 9. ff. de liber. agnosc. Couarr. in 4. 2. par. c. 8. §. 6. post princip. Didac. Spin. in specul. testamen. in glo. 10. princip. ex nu. 51. Palac. Rub. in repet. cap. per vestras notab. 3. §. 22. nu. 5. pag. 279. Tiraq. in præfat. tract. piæ caus. num. 23. & quia causa dotis pia est, eidemque saltem æquiparatur, summariè, & de plano in ea proceditur, ex Tiraq. de priuil. piæ caus. priuil. 157. & 158. Euerard. in cent. legal. loco 25. de dote ad piam caus. Iodoc. Damhoud. in Enchirid. parium, aut similium in verb. dos, & pia causa, ergo Iudex Ecclesiasticus principaliter potest adiri in causa dotis etiam inter laicos, quam opinionem procul dubio recipiendam esse, quando dos peteretur
4 tur à vidua, quæ miserabilis est, & dotis priuatio reddit eam oppressam, dicit Paz in praxi tom. 1. prælud. 2. nu. 21. Quarto, & vltimo id probari videtur ex vsu, & consuetudine aliquarum Diœcesum, & præsertim in hac Diœcesi, in qua, vt constat ex plurimis processibus actitatis in Cur. Ecclesiast. causa dotis etiā inter laicos fuit actitata coram Iudice Ecclesiastico, partibus cōsentientibus, & minimè reclamantibus, & vsq; ad diffinitiuam sententiam causæ peruentū fuisse, eamq; executioni demandatam extitisse per dictos Ecclesiasticos, ergo saltem in hac Diœcesi dicendum videtur ex cōsuetudine legitimè præscripta, posse Iudicem Ecclesiasticum ius dicere in causa dotis inter laicos principaliter mota,
5 cum consuetudo Iudici Ecclesiastico iurisdictionem tribuere possit, vt notatur in cap. si clericus laicum, & in cap. cum contingat de for. compet. & in c. irrefragabili §. excessus de offic. ord. & tradunt Abb. in c. dilectus nu. 8. de appell. Ias. in l. more nu. 44. ff. de iurisd. omnium iud. optimè Auiles in cap. 2. prætor. in glos. nu. 19. Couar. in reg. possessor. 2. par. §. 3. ex princ. Didac. Perez lib. 3. tit. 1. leg. 1. in glos. *saluo si monstrare priuilegio* pag. 465. Ioan. Segura Dabal. in direct. 2. par. cap. 13. nu. 42. Mattienz. lib. 5. Recollect. tit. 10. l. 1. glo. 19. nu. 3. & in reg. cancell. 31. q. 4. nu. 19. Roch. de Curt. in cap. fin. de consuetud. par. 17. vers. octauo infertur, Natt. cons. 98. nu.
6 4. & cons. 249. nu. 2. Iudex etiam Ecclesiasticus iurisdictionem sęcularem facilè præscribere potest, quamuis non è conuerso, vt notat Aret. in 2. not. per tex. ibi in c. significauerunt, & ibi Feli. nu. 3. de iudic. quod mirum non est, cum non solum iurisdictionem habenti, vt loquuntur iura prædicta, sed etiam nullā priuato penitus iurisdictionem habenti cōpetere possit; vt ex tex. singulari in d. c. cum contingat; & probat latè Palatius Rubeus in c. per vestras 2. notab. n. 27.
7 pag. 253. Didacus Perez vbi supra, non est ergo mirum, quod qui alias est Iudex, & iurisdictionem habet, possit ex consuetudine acquirere iurisdictionem iudicandi in casibus, ad quos sua iurisdictio non extenditur, vt probatur in c. fin. de offic. archidiac. & in cap. Romana, §. debet de appell. in 6. in cuius ornatum est videndus Benedictus in cap. Raynutius verb. & vxorem nomine Adelasiam nu. 318. & l. cum prætor, §. iudicem, ff. de iudic. est namq; consuetudo omnium iurisdictionum origo, forma, & principium, & ei sicut matri, & honor, & reuerentia debetur, vt dicebat Bald. cons. 439. col. 5. circa medium vol. 3. relatus ab Aymon. consil. 238. num. 7. vnde prædictæ consuetudini obtentæ à Iudice Ecclesiastico standum videtur, vt scilicet possit cognoscere de causa dotis inter laicos, etiā si in contradictorio iudicio huiusmodi consuetudo obtenta non sit, quia id necessarium non existit, vt ait Panormitan. dicens ita communiter receptum esse in cap. fin. nu. 16. de consuetud. Natt. consi. 46. col. 2. vers. nec supradictæ decisioni, vol. 1. Aymon cons. 55. num. 6. Bursat. cons. 50. nu. 27. Ioseph. Ludou. decis. 62. Perus. ex nu. 8. Tiraq. de primogen. quæst. 91. num. 2. & quos refert Mascard. vol. 1. de probat. concl. 427. num. 3. Menchac. de succes. creat. §. 21. nu. 114. latissimè volum. 1. commun. opin. pag. 35. in verb. consuetudo super aliquo, & hanc appellat veriorem, & magis communem opinionem Decian. in consi. 41. volum. 2. num. 110. & ratio
8 ea est, quia consuetudo non causatur ex facto Iudicis, sed ex tacito consensu populi, vnde sufficit; quod qualitercumque consensus populi interueniat, siue sint actus iudiciales, siue extraiudiciales, vt optimè tradit Abb. cons. 73. nu. 11. vol. 2. imo nec scientia Principis in introducenda consuetudine exigitur, ex Abb. in cap. fin. nu. 13. de consuetud. & ibi Barbat. num. 71. dicens communem, & Alex. consi. 6. vol. 1. num. 4. & hanc opinionem sequitur Lancell. Galliaul. in Cons. Alex. in præfat. 4. nu. 22. Crauet. cons. 96. numer. 6. in fin. Mich. Graff. lib. 1. commun. opin. quæst. 8. num. 3. sibi contrarius, vbi notat, quod in iurisdictionalibus requiritur scientia Principis.

SVMMARIVM.

1 *Abiurans de vehementi suspitione hæresis non potest admitti ad audiendas confessiones fidelium, & quid de abiurante de leui nu. 8.*
2 *Abiurans de suspitione hæresis, dicitur grauiter infamatus, imo etiam post abiurationem remanet infamia facti nu. 3.*
4 *Crimen hæresis est publicum,*
5 *Abiuratio de vehementi obtinet vim publicæ pœnitentiæ.*
6 *Qui abiurauit etiam post ab abiurationem remanet suspensus, ratione scandali.*
7 *Hæreticus formalis, qui prima vice abiurauit non efficitur inhabilis ad beneficia.*

Abiu-

Abiurans de vehementi suspitione hæresis, an possit admitti ad audiendum confessionem fidelium.

DECIS. CCXVII.

1 FVit pluries negatiuè resolutum, stante ordinatione Sācti Officij, per quam fuit iussum, vt hæreticus reconciliatus numquam admittatur ad audiendum confessiones fidelium, de qua quidem ordinatione mentionem facit Locatus in opere iudic. in fine, quæ decisio non vi-
2 detur carere ratione, siquidem tales censentur grauiter infamati, cap. ad abolendam, & quod ibi communiter notatur de hæreticis, & proinde debent suspendi ab officio, & beneficio propter criminis immanitatem, argum. tex. in cap. inter de purgatione Canonic. Achil. de Grass. in
3 decis. vnica de hæreticis, & Cappell. Tholos. in decis. 91. imo etiam post abiurationem remanet infamia facti, siquidem solus reus illam remouere possit, per Hostien. & alios in c. ex tuarum de purgatione canonica, & ibidem Abb. num. 2. & in cap. testimonium, vbi etiam Felin. num. 12. de testibus, stante maximè, quod fuerat condemnatus ex causa criminis publici, ex qua oritur infamia, cap. infamiæ §. porro 3. quæst. 6. Spec. in tit. de testibus, §. 1. & crimen hæresis
4 esse publicum non dubitatur, ex latè traditis per Simanc. de catholicis instit. num. 7. facit tex. in cap. ius publicum 1. distin. & infamis non potest consequi dignitates, cap. infamibus de regulis iuris, l. vnica C. de infamibus lib. 12. ita vt nec admittatur ad Canonicatum in Cathedrali, secundum Bald. in sua Margarit. in verb. Canonicus, Alex. cons. 22. volum. 1. Dec. in cons. 69. volum. 1. & idem Bald. & Salic. in l. athletas, §. 1. ff. de excusat. tutorum, & ad comprobationem prædictorum facit; quod supradicta abiuratio
5 de vehementi obtinet vim publicæ pœnitentię, vt tradunt communiter in cap. accusatus §. 1. de hæreticis in 6. quæ inducit irregularitatem, & consequenter inhabilitatem ad audiendas confessiones fidelium, cap. ex pœnitentibus cap. illud, & cap. placuit 50. dist. quia irregularitas contrahitur ex publica pœnitentia, quæ imponitur pro crimine, vt habetur in d. c. placuit, & notat Arch. in cap. in capite 50. distin. Alexan. de Neuo cons. 69. num. sexto: Alciat. consil. 71,
6 num. 4. Alban. in consil. 17. & speciale est in crimine hæresis, vt abiuratus etiam post abiurationem remaneat suspensus, ratione scandali, vt notabiliter voluit Oldrad. in cons. 22. Mandos. cons. 29. post Host. Ioan. And. & reliquos in cit. cap. inter de purgatione canonica, & facit cap. nihil, de præscriptionibus, & facit etiam suspitio recidiui ad tex. in cap. semel malus, de regulis iuris.
7 Non obstat Paris. cons. 2. nu. 18. & in cōs. 188. vol. 4. & Rol. cons. 63. nu. 26. vbi ait, hæreticum formalem, qui prima vice abiurauit non effici inhabilem ad beneficia, quia respondetur id procedere in re non ita præiudiciali.
8 In abiurante vero de leui casu, cum fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali re delata ad Sacram Congregationem generalis inquisitionis Sancti Officij in Vrbe fuit rescriptum die 6. Martij 1596. dictum Sacerdotem non esse impeditum exercere omnes ordines, & sacramenta ministrare, ac fidelium etiam secularium confessiones audire, quamuis abiurasset de leui, qui vero abiurauerant de vehementi numquam admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *Cura Regularium spectat ad Episcopum, in cuius territorio Monasteria sunt constituta, & quid seruetur hodie, num. 3.*
2 *Episcopus habet regimen omnium animarum suæ Dioecesis.*
4 *Episcopus habet iurisdictionem in Regulares prædicantes in eorum Monasteriis, absque ipsius licentia.*
5 *Episcopi possunt procedere contra Regulares errores prædicantes.*
6 *Regulares possunt puniri ab Ordinariis, si prædicent miracula non authentica.*

An Episcopus habeat iurisdictionem in Regulares predicantes in eorum Monasterijs, absq; ipsius licentia.

DECIS. CCXVIII.

1 QVamuis attento iure communi sint, qui affirment, Monasteria, & Regularium curam, & disciplinam ad eum pertinere Episcopum, in cuius sunt territorio constituta, vt per tex. in cap. monasteria, 18. quæst. 2. & in cap. cum venerabilis de exception. Hostiens. in summ. titu. de offic. Ordinarij, §. sunt autem quædam, tradunt Mandos. de signat. grat. titu. de exception. ab Episcopis omnes Ecclesiæ, latè Rodriquez tom. 2. quæstio. regular. quæstio. 63. artic. 1. Deci. in cap. fin. num. 16. de confirm. vtil. vel inutil. Decius consil. 151. in princip. Paris. consil. 95. volum. 4. ex num. 2. Triuisan. lib. 1. decis. 36. num. 2. Rot. 1. par. decis. 78. in nouissimis num. 1. Rebuffus de congrua portione
2 ex num. 121. cum habeat Episcopus regimen omnium animarum suæ Diœcesis, & inde ipse dicitur caput totius, ex notat. per Doctores in cap. cum non liceat de præscriptionibus, huiusmodi autem, & alia iura vt inquit Trullo lib. 4. capit. 14. pag. 642. loquuntur iuxta praxim priscorum temporum, antiquarumque constitutionum Ecclesiasticarum, quando vniuersa Monasteria iure communi Episcopis subijciebantur, nullique aderant Abbates, seu Priores ab Episcoporum iurisdictione exempti, imò eo tempore Episcopus in Diœcesi sua erat quasi Generalis, & admittebat ad professionem in Monasterijs, vt optimè annotauit Rodriguez

3 in articul. 1. nostris verò temporibus non vt ait Trullo, exemptionis priuilegio ferè omnia Monasteria, & loca regularia gaudent, & idem affirmant Rodriguez in d. quæst. 62. artic. 3. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 15. ante num. 1. optimè Cuchus in lib. 2. institut. maior. tit. 6. num. 68. Rodrig. tom. 2. quæst. 2. artic. 8. post principium, quod iuri consonum semper visum est, cum succedente tempore experientia compertum sit, Regulares, eorumque Monasteria, & Capitula male tractari ab Episcopis, vt patet ex cap. nimis praua, & cap. nimis iniqua de excess. prælat. vbi describuntur viginti septem grauamina, quæ Prælati Religiosis inferebant, & in clemen. 1. eodem titu. Papa prouidet contra triginta grauamina per Episcopos, & alios Superiores Religiosis inferri solita, de quibus alios allegans meminit Henriquez lib. 6. cap. 24. num. 7. in littera V. vnde non solum antiquæ, & modernæ Religiones, sed etiam si noua Religio hodie fundaretur, facilè similem exemptionem à iurisdictione Episcoporum obtineret à Romano Pontifice; vt refert Mandos. de sign. grat. titu. de exempt. ab Episc. vers. antiquæ igitur, & modernæ fol. 121. & Cuchus d. tit. 6. nu. 69. & sic infert Nauarr. in cap. non dicatis 11. quæst. 1. num. 95. nullum esse Monasterium, in quo priuilegio, vel consuetudine non sit obtentum, vt Prælatus cognoscat priuatiuè ad Episcopum de omnibus delictis Religiosorum, & idem fatetur Nauarr. libro 3. titul. de Regular. consi. 58. num. 2. saltem, cum crimen non requirit depositionem ab ordine.

4 Nihilominus fuit dictum, habere iurisdictionem in exemptos, & eos posse punire, si prædicent absque ipsius licentia, vel Sedis Apostolicæ, iuxta tex. in cap. excommunicamus. §. quia vero de hæretic. & glos. in verb. priuilegiatum in cap. quod Dei de stat. Monach. & tradit Pegna in direct. 2. par. cap. 12. comment. 11. in fin. pag. 101. Viual. in 1. par. tit. de absolut. num. 26. Zerola in 1. par. §. prædicatio vers. ad tertium, Rodrig. tom. 3. quæst. 32. artic. 1. latè Simanc. de Cath. instit. tit. 49. ex princip. Alphon. Castr. de iusta hæret. punit. lib. 3. cap. 3. iuxta finem, Paris. de Resig. benefic. lib. 3. q. 11. nu. 18. Concil. Trident. sess. 5. de reform. cap. 2. in fin. ex quo Concilio animaduertendum est, quod si Regulares prædicant in Ecclesijs suorum Ordinũ, stante licentia, & approbatione suorum superiorum sufficit se præsentare coram Ordinarijs, & ab eis benedictionem petere, & præsentare intelligitur personaliter; iuxta glos. in verbo præsentati in Clemen. dudum de sepult. in Ecclesijs vero suorum ordinum non sufficit petere benedictionem, sed debet obtinere licentiam ab ipso Ordinario; Rodriguez tom. 2. quæst. 63. art. 11. vers. primum, quare contradicente autem Episcopo, nec in Ecclesijs Parochialibus, nec in Ecclesijs suorum Ordinum possunt prædicare, vt habetur in eodem Concilio in sessione vigesimaquarta de reformat. cap. 4. Alphonsus de Torres de instit. Sacerd. lib. 3. primo capit. in num. 12. trad. Rodriguez in d. art. 11. & similiter ait Rodriguez tom. 3. quæst. 2. artic. 5. & in artic. 8. quod Episcopi possunt procedere contra Regulares, errores prædicantes,
5 de quo etiam Azor. inst. moral. lib. 2. tit. 6. nu. 162. & idem Rodrig. in dicta quæst. 32. art. 10.
6 dicit quod Regulares puniri possunt ab Ordinarijs, si reuelationes, aut miracula non authentica prędicent, & quod puniri possunt ab Ordinarijs huiusmodi Regulares, si prædicando aliquid detrahant Ecclesiæ, vel Prælatis, probat aliquibus iuribus idē Rodriguez tom. 3. quęst. Regular. quæst. 32. art. 2. Zerola in d. §. prædicatio vers. ad sextam.

SVMMARIVM.

1 *Cappellanus debet esse actu Sacerdos.*
2 *Præsentandus debet esse actu Sacerdos tempore præsentationis.*
3 *Cappellanus infirmus tenetur per alium celebrare, vt fructus lucrifaciat.*
3 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*
5 *Verba illa, qui celebret, in fundatione apposita, quomodo intelligantur.*
6 *Beneficium simplex non requirit residentiam.*
7 *Congregationis Concilii decretum, quando cappellanus est infirmus.*
8 *Testator in dubio præsumitur se velle conformare cum dispositione iuris communis, seu vniuersalis consuetudinis.*
9 *Datum ob aliquam causam repetitur, si adimpleri non possit ob infirmitatem recipientis.*
10 *Cappellanus censetur locare operas suas tāquam famulus.*
11 *Famulo infirmo non debetur salarium, sed potest petere cibaria, & modicas expensas per octo, vel decem dies, num. 12.*

Cappellaniam habens cū onere celebrandi Missam, an teneatur illam per alios celebrari facere tempore infirmitatis, ad intellectum tex. in c. significatum de pręb endis.

DECIS. CCXIX.

FVit dubitatum, an Sacerdos possidens Cappellaniam cum onere celebrandi Missas, teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis, & aliter non faciat fructus suos, & fuit resolutum affirmatiue, ex eo, quod dictus Cappellanus propterea debet esse actu Sacer-
1 dos, vt per se ipsum valeat Missas celebrare, nā qui Sacerdos non est, satisfacere non valet testatoris voluntati, & sic censetur exclusus, cum deficiat illa qualitas, & verba non conueniant; quā sententiā adeo tenent DD. vt firmant, quod prę-
2 sentandus debeat esse actualiter Sacerdos tempore præsentationis, nempè Barbat. consil. 33. num. 6. & 7. lib. 2. Rocch. de Curte de iurepatron. verbo honorificum num. 21. Decius consi.

129.

129. num. 5. Lambertin. de iurepatronat. lib. 2. par. 1. quęst. 7. princ. art. 27. nu. 1. & sequentib. Ripa in l. ex facto num. 31. ff. de vulgar. & pupill. & ex Hispanis eam sequuntur Didacus Perez in l. 1. titu. 6. lib. 1. col. 246. vers. notabile est etiam dubium. Guttierez consi. 1. num. 11. & per totum, vbi satis ad longum defendere conatur, & iterum cons. 2. per totum, Spino in speculo testamentorum glo. 4. principali num. 68. cum seqq. & propterea in casu infirmitatis, vt
3 Cappellanus lucrifaciat fructus Cappellæ tenetur Missas per alium celebrare facere, ex quo,
4 qui facit per alium, per se ipsum facere videtur, regula qui facit de reg. iur. in 6. & Lapum sequitur Cardinalis in cap. de multa, prope finem, vers. quæro si habens de præbendis, & Felin. in cap. cum omnes ante num. 33. vers. & hoc procedit etiam si ex ordinatione testatoris, & Dec. ibi in secunda lectura ante finem, vers. sed quando non esset necessaria, de constitutionibus, Ferret. cons. 112. D. Caro. in princip. lib. 1. istam etiam sententiam amplexa est Rota in vna Romana Cappellaniæ 23. Ianuarij 1589. coram Pamphilio, & fuit etiam resolutum in vna Lucana Cappellaniæ 12. Decembris 1593. coram Gipsio, & in pluribus alijs, ac nouissimè in Tirason. Cappellæ 9. Iunij 1603. coram Sacrato, vbi etiam fuit adducta alia ratio, scilicet, quod præ-
5 dicta verba, qui celebret tot Missas non respiciunt factum ipsum celebrationis ab ipsomet Cappellano, nec obligationem Sacerdotij, sed potius sunt posita ad denotandum obligationé, & onus, quod ipse fundator Cappellæ imponebat, & sufficit, quod onus expressum non sit ita impositum Cappellano, quod per alium expleri non possit, & ideo cum dicta Cappellania, quãuis auctoritate Episcopi fundata sit beneficium
6 simplex, in quo ex generali totius Vrbis consuetudine non requiritur residentia, vt post Cardinalem tradit Imol. in cap. fin. num. 9. Abb. nu 3. de clericis non residentibus, Mandosius in regula prima Cancellariæ quæst. 13. num. 7. & seq. in 2. editione, Menoch. de arbitrarijs casu 201. num. 75. & propterea dixit Sacra Congregatio
7 Concilij, sufficere, quod seruat, & Missas dicat per substitutum, vt fuit etiam resolutum in vna Gienen. Cappellaniæ 8. Iunij 1605. coram Lancellotto, præsertim cum fundator semper cen-
8 seatur velle se conformare cum dispositione iuris communis, seu vniuersalis consuetudinis, l. 2. C. de hæred. instituen. l. cum quidam. §. quemadmodum, C. de verborum signif. Bald. in l. precibus num. 44. C. de impuberum & al. subst. Aimon cons. 25. num. 15. Roias de successionibus cap. 32. à num. 11. cum seqq. Guttierez cons. 18. nu. 7. Mohed. decis. 18. de caus. possess. & propr. Cæsar de Grass. decis. 1. num. 3. & in decis. 2. nu. 7. de iurepatron. Puteus decis. 197. nu. 8. lib. 2. Rota decis. 11. nu. 1. & decis. 550. par. 1. diuers. Spin. in terminis ferè loquens vbi supra num. 66,
9 Et ad supradictorum confirmationem facit, quod datum ob causam, reperitur si adimpleri non potuit ob infirmitatem recipientis, l. si pecuniam in princ. ff. de conditione causa data, sed redditus Cappellaniæ principaliter dantur propter onus celebrandi Missas, ergò tempore infirmitatis possunt, & debent per alios cele-
10 brari: secundò facit, quod Cappellanus censetur locare operas suas, tamquam famulus, glos. in d. cap. significatum, sed famulo infirmo non
11 debetur salarium, iuxta veriorem opinionem, Bart. in l. si vno, §. iterum cum quidam, ff. locati, Ant. Anchar. Imola in cap. potuit de locato, & Franch. in cap. vnico, §. qui vero, de cler. non
12 resident. in 6. solum tenetur Dominus famulo infirmo dare cibaria, ac modicas, & tenues expensas, nempè per octo, vel decem dies, Barto. in l. si cum dotem. §. sin autem, ff. soluto matrimonio, Abb. in cap. 1. de clerico ægrotante, Couarr. lib. 3. variar. resol. cap. 13. & ita fuit pluries resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo delinquendi aggrauat delictum.*
2 *Pœna, quæ est pecuniaria, potest propter delinquendi frequentiam in corporalem commutari.*
3 *Solitus blasphemare est acrius puniendus eo, qui non solitus est hoc facere.*
4 *Verba pœnæ adiecta in Bulla Pii V. contra blasphemantem Deum, & Sanctos pro prima vice, intelligi debent pro prima vice punitionis, & non blasphemiæ.*

Verba pœnę adiectę in Bulla Pij V. contra blasphemantem Deum, & Sanctos, scilicet pro prima vice, &c. an intelligi debeãt pro qualibet blasphemia, an vero pro prima vice punitionis.

DECIS. CCXX.

1 BVlla considerauit consuetudinem blasphemandi, ex quo generale est, quod delinquẽdi consuetudo aggrauat delictum, & pœnam ordinariam, ad tex. in l. capitalium §. qui solent, & in §. grassatores. ff. de pœn. in l. 3. C. ad l. Iul. de vi publ. in l. 1. ff. de iurepatronat. in l. 3. vers. si plures, ff. de re militari; cum alijs, de quibus per Iacob. Nouell. reg. 1. num. 14. & seqq. & per Gomez in tit. de furt. num. 5. & cap. 3. num. 60. in fin. efficitque eadem consuetudo, vt pœna, quæ
2 ex delicti natura est pecuniaria, possit propter delinquendi frequentiam in corporalem, & quandoque etiam in pœnam mortis per Iudicem commutari, secundùm opinionem Bartol. & Alexandr. in l. 1. Cod. de superactor. libr. 10. Brun. cons. crim. diuers. 115. num. 15. & seqq. tom. 2. in fol. inter consil. Ziletti, Marsil. singul. 378. Fabia. Monteleone in sua praxi arbit. par. 2. pag. 159. num. 266. & seq. ita etiam generale est in crimine blasphemiæ, quandoquidem solitus
3 blasphemare multo acrius puniendus est, quam is, qui non sit ita solitus, vt notanter tradit Aug. ad Angel. de malef. in verbo verba inofficiosa num. 15. vbi post Cynum concludit, quod pęna blasphe-

blasphemiæ, quæ vigore statuti esset pecuniaria: puta centum, potest facere consuetudo blasphemandi, vt in pœna decapitationis commutaretur, is enim, qui blasphemare consueuit, & qui incorrigibilis est, multò grauius alijs puniendus est, secundum Abb. & alios in cap. 2. de maled. Alex. cons. 72. nu. 8. in 1. lib. Diaz in pract. crim. canon. cap. 103. Fab. à Monteleone in pract. arbitr. par. 4. fol. 259. num. 766. & Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 3. num. 26. & cap. 5. num. 14. & propterea grauissima illa pœna mortis naturalis, de qua in authen. vt non luxurien. cont. natur. non habet locum, nisi in solito, & consueto blasphemare, secus in non consueto, vt in specie tradiderunt Bald. in l. 2. C. ad leg. Iuliam Maiestat. & in l. 2. ibi etiam Salyc. C. de rebus cred. Aug. ad Ang. vbi supra num. 14. propè finem, Conrad. in pract. tit. de iniuriand. pag. 409. col. 2. sub num. 25. Alexan. cons. 233. nu. 7. lib. 6. Boer. decis. 302. num. 11. Francisc. March. decis. 409. nu. 8. 1. par. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cent. 4. casu 375. num. 26. Arnold. Albert. in tract. de agno. asser. cath. & hæret. quæst. 5. num. 19. vbi quod isto casu non soliti blasphemare possunt aliter puniri, quam pœna capitis, puta pœna fustigationis, vel carceris, seu aliter arbitrio Iudicantis, vt per Ioan. de Anan. in cap. 2. colum. 7. de maled. vel pœna pecuniaria, vt per Imol. in clem. volentes col. 3. de hæret. iuxta blasphemiæ atrocitatem, & blasphemantium qualitatem, Decian. d. cap. 5. sub num. 5. & cap. 6. sub num. 4. Ex quibus omnibus, cum fuisset inquisitus in Curia Archiep. prima vice quidam clericus non habens beneficia, quod pluries blasphemauerat Deum, & B. Virginem, dubitabatur, an deberet condemnari ad triremes, &
4 fuit dictum, quod illa verba Bullæ pro prima vice, intelligenda de prima vice punitionis sint non blasphemiæ, facit cap. cum non ab homine, & ibi Abbas notabiliter num. 28. de iudic. l. capitalium, §. qui solent, ff. de pœnis, ibi, quod si ita correcti; cap. prauè, de præbendis, ibi, post secundam correctionem, tex. in §. si quis in domo in auth. vt liceat matri, & auiæ, & in authen. de Eccles. titulis, §. non autem collat. 9. & in auth. si quis ei C. de adult. & in similibus casibus ita de iure esse tenet Auendan. de exeq. mandatis Regum par. 2. c. 9. quem refert, & sequitur Ignat. Lopez super praxi Diaz super cap. 70. videtur enim Bulla habuisse respectum ad correctionē clericorum, & quia dictus clericus pluries blasphemauerat Deum fuit factus exul à Ciuitate per quinquennium pro prima vice.

SVMMARIVM.

1 *Ad validitatem excommunicationis requiritur scriptura, & vide nu. 3.*
2 *Dictio, quisquis, est generalis.*
4 *Pænalia non sunt extendenda.*
5 *Refertur decisio articuli.*

An pœna imposita contra Episcopum excommunicantem absque scriptura, habeat locum in pręcepto de aliquid faciendo sub pœna excommunicationis latę sententię.

DECIS. CCXXI.

1 INtèr cætera, quæ ad validitatem excommunicationis concurrere debent, illud principale est, vt adsit scriptura, cap. cum medicinalis, & ibi glos. in verbo in scriptis, & ibi Steph. Costa num. 20. de senten. excommunicat. lib. 6. Angel. verbo excommunicatio 2. Pisanella verbo excommunicati. 1. vers. quomodo debeat fieri, Tabien. verbo excommunicat. 2. vers. secundo quæritur, Nauarr. in manuali cap. 27. num. 11. latius tradunt Innocen. in d. c. cum medicinalis in verbo in scriptis, Gem. ibi num. 3. & Panorm. in cap. Sacro num. 3, vers. secundo not. de sententia excommunicat. & Marian. Socin. Sen. in cap. perpendimus num. 68. vers. 8. de sentent. excommunicat. ideo autem requiritur, vt in scriptis ponatur, & descriptè à Iudice proferatur sententia, non autem memoriter, vt hac via sententia excommunicationis dari possit, vt eam si velit superiori deferre, & se ab hoc onere leuare possit, ex Mariano Socin. in cap. perpendimus nu. 140. de sententia excommunic. à quocumque igitur Iudice sententia excommunicationis feratur, in scriptis proferri debet, vt patet ex dict.
2 cap. cum medicinalis vers. quisquis, quæ dictio generalis est, & generaliter intelligenda, ex Gemin. ibi num. 11. vers. quæro qui sint, & hoc etiamsi in personam incertam feratur, vt idem Marian. Socin. in d. c. Sacro num. 217. & in cap. perpendimus num. 140. de sententia excommu
3 nicat. lib. 6. & hæc quæ de scriptura diximus, intelliguntur solum in sententia hominis, & excōmunicationis maioris, ex Tabiena verbo excommunicat. 2. vers. secundo quæritur, & clarè docet Marian. Soccin. in d. c. Sacro num. 210. & in cap. perpendimus num. 69. de sententia excommunic. & idem sentit Costa in repet. in cap. cum medicinalis num. 27. de senten. excommunic. lib. 6. secus enim est in sententia lata à iure, seu per modum statuti, vt ex Felino in rub. de constit. nu. 3. & Gemin. in d. cap. cum medicinalis, num. 7. & §. fin. vers. & per permissa, quia licet in sententia hominis requiratur scriptura, & aliter excommunicans peccet, lata tamen sine scriptura, & memoriter prolata valida erit, ex glosa in cap. cum medicinalis in verbo causam, de senten. excommunic. lib. 6. & ibi Gemin. nu. 13. vers. quæro an possit, Marian. Socin. in cap. perpendimus nu. 146. de sent. excommu. Steph. Costa in repet. in cap. cum medicinalis num. 36. & 37. de senten. excommun. lib. 6. & Ioan. And. in regula nemo potest de reg. iur. lib. 6. in Mercurial. vbi hoc notat, & intelligit ex d. cap. cum medicinalis in verb. relaxans, & quod de excommunicatione in scriptis ferenda diximus, de suspensione, & interdicto etiam affirmare oportet.

ret, vt habetur in d. cap. cum medicinalis, vers. & hæc eadem, & ibi glosa in verb. obseruari, & ibi Gemin. Quibus sic præmissis, cũ euenisset in facto, quod Dominus Vicarius quodam die festo interesset Choro Ecclesiæ Cathedralis, quidam laicus Magister cuiusdam Ecclesiæ voluit eidem Vicario ibi existenti consignare Claues, & amplius in ea se non intromittere, quem Vicarius pluries monuit, vt pro tunc ipsas pęnes se retineret, quia nec tempus, nec locus id petiebantur, sed absoluto officio benignè ipsum audiret, & cum dictus laicus adhuc imprudenter, & temerariè voluisset consignare claues in dicto loco, Dominus Vicarius fecit ei præceptum, vt sub pœna excommunicationis latæ sententiæ pro tunc dictas claues pęnes se retineret, qui laicus relictis ibi clauibus discessit, proferendo quædam verba cum scandalo Canonicorum, & aliorum circumstantium, propterea fuit per Curiam Archiepiscopalem declaratus excommunicatus, & ad quasdam pœnas condemnatus, & publicè absolutus in Missa conuentuali die Dominico in eadem Ecclesia Metropolitana, in loco in quo præbuerat scãdalum, fuit tamen dubitatum, an Vicarius propter excommunicationem latam sine scriptis esset suspensus, iuxta cap. 1. de sentent. excommun. in 6. qui textus procedit etiam in alijs censuris, & siue excommunicatio feratur in certam personam, siue incertam, secundum tutiorem opinionem Ioan. Andr. Dominici, & Franch. in d. cap. 1. Marian. Socin. cap. sacro de senten. excommun. & in cap. perpendimus eodem titul. Vgolinus de censuris tabula 8. cap. 21. §. 1. sed dubium faciebat, quoniam textus in d. cap. 1. loquitur de senten. excommunicat. & tamquam pœnalis non videbatur extendenda ad præce-
4 ptum de aliquo faciendo sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; quia non videtur sententia excommunicationis: in contrarium tamen est veritas; quia non potest negari, quin in præcepto contineatur sententia excommunicationis, & ita communiter concludunt Doctores in d. cap. 1. dum ponunt exemplum de superiore regulari, qui fecit præceptum sub pœna ex-
5 communicationis latæ sententiæ subdito suo, sed fuit excusatus dictus Vicarius, ex quo non habebat copiam Notarij, & ex alijs causis, & sic fuit resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Referuntur multi modi, quibus consulitur victo.*
2 *Quando denegatur remedium ordinarium appellationis, potest haberi recursus ad Principem, adhoc vt causa reuideri possit.*
3 *Reuisio concessa dicitur quædam species appellationis.*
4 *Vbi duo sunt æquiparata, dispositum super vno censetur dispositum super altero.*
5 *Causa reuisionis, & appellationis in multis differunt, de quibus remissiuè.*
6 *Exceptio firmat regulam in causis exceptuatis.*
7 *In causa reuisionis iudicatur ex eisdem actis.*
8 *Vbi denegatur appellatio, & conceditur reuisio sententiæ per viam supplicationis, talis supplicatio propriè non inducit litis pendentiam.*

In causa reuisionis, an possit iudicari ex eisdem actis. vel sit statuendus nouus terminus.

DECIS. CCXXII.

1 VArijs, innumerisque modis consulitur victo contra ipsam sententiam, appellatur enim, dicitur nulla sententia, petitur reuisio, postulatur restitutio in integrum, ac etiam supplicatio conceditur, Auth. quæ supplicatio, C. de prec. Imper. offerend. Boss. in sua pract. in tit. de supplicat. aduers. rem iudic. Surd. cons. 379. nu. 26. Valasc. in decis. 51. Giurb. in decis. 4. latè Costa de remed. subsidiar. remed. 22. Lancellot. de attent. cap. 19. part. 2. quarè lata sententia in Curia Archiepiscopali, & elapso tempore ad appellandum habitus fuit recursus ad Illustrissimum, & obtentum, causam reuideri, vt fieri po-
2 test de iure quando denegatur remedium ordinarium appellationis, vt in l. 1. C. de sentent. præfect. prætor. Abb. in cap. ex litteris per illum textum in 4. notab. de restitutio. in integr. dubium erat si potuisset peti, in causa reuisionis statuti nouum terminum probatorium, & procedi, sicut in causa appellationis proceditur, vel esset reuidenda iustitia, vel iniustitia illius sententiæ ex eisdem actis, & videbatur resoluendum, vt esset concedendus nouus terminus, siquidem
3 supplicatio, reclamatio, & reuisio sunt quædam species appellationis, l. non distinguemus. §. cũ quidam de Arbit. per quem textum Ang. in l. ex consensu col. 3. vers. tu addas de appellat. dixit, quod supplicatio, seu reclamatio est loco appellationis, & tradit Affict. in decis. 231. quod causa reuisionis est ad instar appellationis, allegat Specul. in tit. de appellat. §. ante in fin. ergo habet locum regula, quod vbi duo sunt æquipara-
4 ta à iure super vno dispositum, censetur dispositum super altero, l. vt tantum de seruo corrupt. iuxta l. si quis seruo persuaserit cum glos. C. de furt. quod procedit; si est facta æquiparatio in illa materia, licet non sit facta in illo indiuiduo, vt declarat Ripa in l. si constante, ff. solut. matrimon. num. 51. sed in causa appellationis debet statui terminus ad probandum, ergo pariter in causa reuisionis, vt quod non est deductum deducam, & quod non est probatum probabo in causa appellationis c. per hoc cum simil. de tempor. appellat. ergo idem in causa reuisionis, &
5 licet causa appellationis, & reuisionis in multis differant, vt per Specul. vbi supra, & per Marat. in sua practica in 6. part. actu 2. vbi ponit octo differentias, tamen non reperitur, quod in hoc causa reuisionis differat à causa appellationis, videlicet, vt cognosci, & reuideri debeat tantum
6 ex eisdem actis, & non ex alijs, sicuti fit in causa appellationis, & exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis, l. nam quod liquidè. §. finde pęn. leg. generali, §. vxori de vsufr. cum simi-

libus

libus, de quibus per Cagnol. in l. 1. num. 25. de regul. iur. & vnius exclusio est alterius inclusio, l. cum pretor de iudic. l. Maritus C. de procur. & pro hac sententia facit textus in cap. ex litteris in fine, de restitut. in integrum, ibi, ordine iudiciario cognoscentes confirmetis, vel infirmetis sententiam, sicut iustum fuerit, quem textum ad hoc allegauit eruditus adolescens D. Ioannes Maria Nouarius, & me admonuit de expressa doctrina Abb. in d. cap. ex litteris nu. 6. in vltimo notabili, vbi dicit, tenendum esse menti, quod in causa supplicationis proceditur ad confirmandum, vel infirmandum sententiam, sicut in causa appellationis, vt expressè colligitur ibi.

7 Quidquid tamen sit, Curia Archiepiscopalis pluries censuit, & obseruauit, reuideri ex ordine Illustrissimi Domini sententias per eam latas ex eisdem actis absque nouo termino probatorio, etenim vbi denegatur appellatio, & conceditur
8 reuisio sententiæ per viam supplicationis, talis supplicatio propriè non inducit litis pendentiã, nam non rescindit iudicatum, sicuti appellatio, vt dicit Bald. in d. Authen. quæ supplicatio in 2. notab. C. de prec. Imperat. offerend. & propterea videtur, quòd terminus, qui aliàs assignari debet in causa appellationis ex forma statutorum, non habeat locum in causa reuisionis, vt de quadam pragmatica dicit non seruari in causa reuisionis Afflict. in decis. 233.

SVMMARIVM.

1 *Terrulæ possunt alienari absque assensu Apostolico.*
2 *In generali prohibitione alienationis non veniunt Modica.*
3 *De Modicis nihil curandum.*
4 *Modica pars Magni prædii non potest alienari inconsulto Summo Pontifice.*
5 *Validum est argumentum de toto ad partem.*
6 *Exceptio rei iudicatæ, quæ obstat agenti ad totum, obstat etiam agenti ad partem.*
7 *Possidens totum, dicitur possidere singulas partes.*

Modica pars magni prędij, an possit alienari absque sollemnitatibus extrauagant. ambitiosę de Rebus Ecclesię non alienandis.

DECIS. CCXXIII.

1 POst dispositionem extrauagant. ambitiosæ de rebus Ecclesi. non alienand. possunt absq; assensu Papæ alienari Terrulæ, & Vineolæ; vt probat textus in cap. terrulæ 12. quæst. 2. Lapus allegat. 22. Zerola in sua praxi in verbo alienatio num. 4. Couar. lib. 1. variarum resolut. cap. 15. Guid. Pap. in decis. 151. Nouiss. in sua praxi cap. 60. num. 3. siquidem vineolæ, & domunculæ, & Ecclesiæ minus vtiles, & longè positæ, siue paruæ, iuxta d. cap. terrulæ 12. quæst. 2. non
2 veniunt in illa prohibitione, in generali enim prohibitione alienationis non veniunt Modica, Abb. in cap. vt super de rebus Eccles. non
3 alienand. & de modicis parum, aut nihil curatur, l. scio ff. de restit. in integr. & lex generaliter loquens non includit modica, Soccin. in fallent. 229. quare exorta est dubitatio, an supradicta ratio procederet etiam in alienatioue modicæ partis, quæ terrulæ æquiparatur magni prædij Ecclesiæ, & videbatur ex supradictis affirmatiuè decidendum ex eo, quod dubitari minimè potest, quin illa modica pars non sit terrula, & consequenter alienabilis, iuxta latè tradita in cap. sine exceptione 12. q. 2. & in cap. nulli de rebus Eccles. non alienan.

4 Cæterùm contrarium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali, nam fuit dictum, aliud esse alienare terrulas, & aliud alienare modicam partem magni prædij, nam illud fieri non potest, quia hoc modo paulatim possent alienari omnia prædia Ecclesiæ, & sic fieret fraus legi, l. non dubium C. de leg. cap. quia circa de priui.
5 leg. l. 2. ff. de leg. & ad idem dicebatur, validum in iure esse argumentum de toto ad partem l. quæ de toto ff. de rei vendicat. vnde quemadmodum prohibetur alienari totum territorium Ecclesiæ inconsulto Summo Pontifice, ita pariter prohiberi debere eius pars, etiam modica, vt vires argumenti rectè locum sibi vendicent, siquidem secundum Bursat. in cons. 91. num. 3. & sequen. volum. 1. quem refert, & sequitur Menoch. in cons. 491. volum. 2. adeò procedit
6 supradicta æquiparatio, vt exceptio rei iudicatæ, quæ obstat agenti ad totum, obstat pariter contra agentem ad eius partem, vt probat textus expressus in l. si quis totum ff. de except. rei iud. & partes integrent totum, Bald. cons. 21. volum. 1. & in l. qui vniuersas ff. de acquiren. possess. vbi
7 qui possidet totum videtur possidere singulas partes, vndè sufficit adipisci partem possessionis beneficij, vt habetur per Cappell. Tholosan. in decis. 423.

SVMMARIVM.

1 *Testis dicens se habere notam manum scribentis non probat, sed limita vt nu. 4.*
2 *Ad hoc vt probetur, scripturã fuisse ab aliquo confectam, necesse est, vt ad minus tres testes fuerint præsentes tempore confectionis, vt quod viderint illam scribi.*
3 *Testes deponentes habere notam manum scribentis probant in litteris cambii.*

An in litteris cambij testes deponentes habere notam manum scribentis probent.

DECIS. CCXXIV.

1 QVamuis regulariter testes dicentes, se habere notam manum scribentis non probent, vt tradunt Alex. consi. 80. & cons. 150. vol. 5. Dec. cons. 615. col. 2. Paris. cons. 19. nu. 44.

nu.44.volum.3.& conſ. 55. num. 13. volum. 4. Gram.deciſ.84. Riminald. Iun.conſ.39. volum. 1. Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 114. num. 22. Afflict. in deciſ. 181. vbi etiam Vrſill. & ad hoc
2 vt probetur ſcripturam fuiſſe ab aliquo confectam, neceſſe ſit, vt ad minus tres teſtes fuerint præſentes tempore confectionis, & quod viderint illam ſcribi §. ſi quis igitur Authen. de inſtrum.caut.& fid.gloſ. Barto.& Caſtren. in Authen.& ſi contractus C. de fide inſtrumen. multa ad hoc congerit Ruin. in conſ. 46. volum. 4. Abb. in cap. 2. de fide inſtrumen. quidquid nonnulli dixerint, quòd teſtes dicentes habere notam manum ſcribentis probant ſi reddiderint cauſam ſcientiæ per actum corporeum, puta quia viderunt ſcribentem ſæpius ſcribere, Ruin. in conſi.46.num.12.volum.1. Rolan. conſ. 27. vol. 1. nam Riminal. Iun. in conſ. 209. num. 15. volum. 2. doctè probat non ſufficere huius dicti rationem; quia tunc deponerent vt Iudices, & non vt teſtes, vnde concludit, quod ſi fuerint electi tamquam periti per Iudicem ad faciendam comparationem, & recognitionem literarum, tunc ſemiplenè probabunt, aliter nullo modo probarent, Pariſius conſ. 55. col. 2. vol. 4. Tamen in quadam facti contingentia cenſuit noſtra Cu-
3 ria Archiepiſcopalis, teſtes deponentes habere notam manum ſcribentis probare in literis cābij, prout eſt de ſtylo Rotæ Romanæ, vt patet in deciſ. Rotæ diuerſ. par. 1. deciſ. 553. & in deciſ. 124. nu. 3. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus dicitur, qui ſtat in aliquo loco, ita quod ab eo recedere non poteſt.*
2 *Habilitatus ſub cautione dicitur carceratus.*
3 *Carceratus ſi diſceſsit à palatio, vel alio lòco pro carcere ſibi aſsignato, & poſtea intra breue tempus reuertatur, non tenetur ad poenam fideiuſsionis.*
4 *Spontè recedens, recedendi animum habuiſſe non præſumitur.*
5 *Exiens à carceribus animo redeundi, non dicitur carcerum effractor.*

An carceratus recedens à Palatio, vel alio loco ſibi pro carcere aſsignato, & intra breue tempus reddens, teneatur ad pœnam fideiuſsionis.

DECIS. CCXXV.

IN facti contingentia euenit, quod quidam Clericus non in carceribus ordinarijs Curiæ Archiepiſcopalis, ſed in Camera Commentarienſis, ſiue Carcerarij fuit detetus, cum fideiuſſione de non diſcedendo ab ea, quare cum diſceſſiſſet, & infra breue tempus reuerſus eſſet inoleuit dubitatio, ſi eſſet exigenda pœna contra fideiuſſorem, & dicebatur, talem dici verè, & propriè carceratum, taliter quod per eius receſſum cenſetur fregiſſe carceres, & confeſſum fuiſſe delictum, ſicuti ille, qui eſt in compedibus & carceribus, vt communiter annotarunt DD. in l. qui in carcerem ff. quod metus cauſa, nam qui non poteſt de loco exire, parum differt à captiuitate, quia videtur ſpoliatus ſua libertate, ſecundum gloſ. communiter receptam in cap. de raptoribus quæſtio. 1. & ſic ſcripſit Innocen.
1 in cap. nuper de ſentent. excommunic. dum dixit, quod omnis ille dicitur carceratus, cui locus pro carcere aſſignatur, ita quod illum locum exire non poſſit impunè, & ire quo vult, ſequuntur Catal. in conſ. 56. num. 4. & 5. Angel. de malefic. in verbo qui iudex num. 16. vbi dicit, quod omnis locus aſſignatus alicui pro carcere, dicitur carcer, vt ante eum tradit Bart. in l. 2. C. de exhib. reis, & Angel. in l. 1. C. de priuat. carcer. dicit, quod etiam ille, qui detinetur in via, & recedere de illo loco non poteſt, dicitur carceratus, & talis detinens illo modo incideret in pœnas de priuatis carceribus, & Bertazzolus in conſ. 35. nu. 3. & ibi Apoſtilla ſub littera A. dicit quod ſi quis detinetur in aliquo carcere, Palatio, & Ciuitate, ita dicitur fregiſſe carceres ſi aufugit, ſicut ſi eſſet in carceribus, quia ille locus eſt ſubrogatus loco carceris, ſequitur Becc. in conſ. 44. num. 36. vbi alios allegat, & quando eſt aſſignata Ciuitas, vel Caſtrum. vel territorium alicui pro carceribus ſub præcepto pœnali cum fideiuſſione de ſoluendo pœnam in caſu contrauentionis, dicitur ſub arreſto ille talis poſitus, & ſi taliter carceratus recedit; & aufugit, dicitur ita carcerem fregiſſe, ſicuti ſi fuiſſet in proprio carcere, & habetur pro confeſſo, Gramm. conſi. crim. in. 57. num. 4. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu 301. num. 9. & 10. Apoſtill. ad Bertazzol. in conſ. 35. in lit. A. & quod ille cui fuit aſsignata Ciuitas pro carcere ſub præcepto, ſiuè cuſtodia, dicatur carceratus, & propriè ſi non eſt ita ſtrictè, prout quando eſt in compedibus, & in aliquo arcto carcere, eſt textus in l. ſuccurritur ff. ex quibus cauſ. maior. vbi dicitur, quod qui aliquo modo ſtringitur, vt euadere non poſsit dicitur carceratus, & his accedat quod voluit Guid. Pap. in deciſ. 563. vbi habili-
2 tatus cum cautione de non diſcedendo à Palatio dicitur etiam carceratus, allegat glo. in l. nec nō §. 1. ff. quib. ex cauſ. maior. & ſequitur Anna in conſ. 140.
3 His ſic ſuppoſitis fuit in Curia Archiepiſcopali reſolutum in iſto caſu, fideiuſsionem non eſſe ruptam, nec fideiuſſorem ad pœnam teneri ex doctrina Carrerij in ſua pract. crim. §. 3. nu. 20. vbi expreſsè tenet in iſto caſu non eſſe ruptā fideiuſsionem, nec fideiuſſorem ad pœnam aliquam obligari, voluit Roman. in conſ. 193. vbi pluribus, & quidem ſubtilibus rationibus conſuluit ad fauorem fideiuſſoris, qui promiſerat, quod quidam debitor ex Curia non diſceſſiſſet, donec debitum ſoluiſſet, ſi idem debitor diſceſſit, ſed reuerſus eſt, concludit, fideiuſſorem non poſſe conueniri, tradit Suarez. de fideiuſſ. in cauſ. crim. num. 32. & voluit Hercul. de caut. de non offendendo cap. 50. num. 17. vbi quod ſi Iudex alicui aſsignauit locum pro tuto carcere, & is pro-

is promisit inde non egredi sub pœna mille scutorum, non dicitur incidisse in pœnam promissam, si egressus redijt, argumento textus cum ibi notatis in §. pauonum institut. de rerum diuis. & l. quicquid calore ff. de regul. iur. vbi in breui reuersa vxor, diuertisse non videtur, &
4 sponte redeundo recedendi animum habuisse non præsumitur, l. nihil interest, ff. de capt. & postlimin. reuers. vbi Barto. notat, quod ibi quis
5 esse creditur, vbi reuertendi animum habet, & exiés ex carceribus animo redeundi, carcerum fractor non dicitur, Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. Alex. ad Barto. in l. 1. ff. de effractor. & hæc decisio fuit facta cum rationabili æquitate, quia rectè intuentes Iudices, similes promissiones, & fideiussiones non alia de causa requirunt; nisi vt ipsis cautum sit de persona carcerati, sed per reuersionem nihil deperit fisco, & Iudici ex discessu dicti carcerati, ergo pœna fideiussionis conuenta exigi non potest, cum in prætorijs stipulationibus, prout est hæc, de qua agitur, pœna conuentionalis exigi non possit, non dato interesse fisci, vt pluribus comprobant Cacher. in decis. 70. num. 13. Honded. in consilio 94. num. 24. & sequen. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Denunciator non admittitur ad faciendam partem in iudicio.*
2 *Accusator non potest esse testis contra accusatum.*
3 *Nemo potest esse testis in causa propria.*
4 *Testis non potest esse, qui accusationem impetrauit.*
5 *Consanguineus, nec familiaris de domo accusatoris potest esse testis.*
6 *In causa matrimoniali accusator potest testis esse.*
7 *Damnum passo quoad pretium rerum, contra furẽ, statur iuramento.*
8 *Accusator in causa hæresis esse potest testis.*
9 *Denunciator in Curia Archiepiscopali admittitur tamquam fisco adhærens.*

Denunciatus, an admittatur ad faciendam partem in iudicio, & quid seruetur in Curia Archiepiscopali.

DECIS. CCXXVI.

1 DEnunciatorem non admitti ad faciendam partem in iudicio, tradit Maranta in sua practica in 6. parte versic. & peruenitur aliquando per viam denunciationis, nec esse citandum scribit Bald. in l. ea quidem C. de accusat. qui dicit, quod potest tantum assistere in iudicio, ac-
2 cusator enim non potest esse testis contra accusatum, quis enim ferat, & testem, & accusatorem arg. cap. forus §. in omni de verbor. significat. & cap. accusatores 3. q. 5. c. denunciatores 3. quæst. 5. l. diui ff. de accus. glos. in cap. 1. in principio 1. quæst. 4. nam hoc esset deponere in causa pro-
3 pria, quod est prohibitum l. idonei ff. de testibus & sic sequitur Gramm. in cons. 49. num. 2. post Gandin. in tract. Malefic. sub rubrica qui accus. poss. colum. 2. Marsil. in consi. 33. num. 5. quod adeo verum est, vt nec ille, qui accusationem
3 impetrauerit possit testificari, vt dicit Spec. in tit. de test. §. 1. vers. item, quod ipse est testis, &
5 accusator, & nec consanguinei aut familiares, siuè è domo accusatoris prodeuntes. possunt aduersus extraneos testimonium perhibere, arg. cap. super prudentia 14. quæst. 2. Cephal. consil. 65. num. 13. & cons. 84. num. 24. Natta cons. 215. num. 8. & cons. 354. num. 4. volum. 2. Riminal. Sen. in cons. 316. num. 17. & sequen. licet in cau-
6 sa matrimoniali, accusatorem posse testimoniũ perhibere, tradunt Specul. in titu. qui matr. accus. poss. Grammat. in cons. 50. in ciuil. num. 40. vbi etiam dicit, quod testes esse possunt mater puellæ, & consanguinei pro matrimonio filiæ plebeæ aduersus nobilem per eos accusatum, captum amore prædictæ filiæ, per textum in c. super de testibus, vbi pulchre id tenent Abb. Imol. & Hostiens. vt etiam dicimus, quan-
7 do quis passus est damnum, quia tunc contra furem, vel prædonem quoad probandum pretium rerum ablatarum, vel quãtitatem, præstatur iuramentum; sicque accusator admittitur in testem, & facit in ciuilibus plenam fidem, vt docet Bart. in l. fin. ff. de in lit. iur. & notat Cam-
8 peg. de testibus reg. 104. & sic pariter in causa hæresis, quia in ea accusator adscribitur numero testium, cum non peruersæ, sed Christianæ Religionis studio impulsus id agere videatur, cap. in omni negotio de testibus, quem textum ita ibi intelligunt Butr. & Abb. num. 4. in Curia
9 tamen Archiepiscopali solet denunciatio admitti ad assistendum tanquam fisco adhærens, & sic pluries resolutum fuit, & in plurimis factis contingentijs fuit seruatum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia iurispatronatus laicorum non includuntur in generali reseruatione facta à Papa, & quare nu. 2.*
3 *In reseruatione, quam facit Papa de beneficiis, numquam intelligitur velle reseruare beneficia iurispatronatus laicorum, etiam si clausula derogationis priuilegii circa prouisionem alias pertinentem sit quantumcumque generalis.*
4 *Si tamen vellet Pontifex hoc ius sibi reseruare posset vtique.*
5 *Ex socio clerico laicus damnificari non debet.*
6 *Beneficia iurispatronatus mistim clericorum, & laicorum comprehenduntur in generali derogatione Pontificis.*
8 *Quando laicus habet rem communem, & indiuisibilem cum Ecclesia, præscriptio non currit contra eum spatio temporis à iure communi statuto.*
8 *Cognitio delicti commissi à clerico, & laico spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*
9 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
10 *Causa commissa laico, & Ecclesiastico, si à sententia ipsorum fuerit appellatum, appellatio est diri-*

dirigenda ad Iudicem Ecclesiasticum.
11 *Clericus præfertur, quando concurrit cum laico in aliquo.*
12 *Clerici actu dicuntur potentiores ratione officii.*
13 *Iudex Ecclesiasticus dicitur maior sæculari.*
14 *Laici patroni tenentur præsentare infra quatuor menses.*
15 *Clerici patroni tenentur præsentare infra sex menses.*
16 *Clerico compatrono cum aliis laicis in præsentando, debet attendi semestre competens clerico.*
17 *Multa conceduntur ratione cõnexitatis, quæ alias non concederentur.*
18 *Sententia lata à pluribus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis, & minus competens valet.*
19 *Plures rei diuersi fori coguntur apud eundem Iudicem litigare.*
20 *Restitutio in integrum, quæ datur minori extenditur ad maiores litis consortes.*
21 *Ratione connexitatis, quando plura bona separata simul venduntur, poterit vicinus, qui in vna tantum re cohæret omnia sua bona retrahere.*

Beneficia iurispatronatus mistim clericorum, & laicorum, an comprehendantur sub generali derogatione Pontificis.

DECIS. CCXXVII.

1 CErtum est, in reseruatione generali facta à Summo Pontifice non includi beneficia iurispatronatus laicorum, vt tradunt Abb. in cap. dilectus num. 4. de officio legat. Cardin. in Clement. 1. num. 17. vt lit. pendent. Rebuff. de nominat. quæst. 15. num. 2. Hoied. de benefic. part. 1. cap. fin. num. 109. Couarr. pract. quæst. cap. 36. nu. 2. Simonet. de reseruat. quæst. 9. vbi optima Additio Granucij in litera A. Lapus allegat. 96. Cassador. in decis. 6. nu. 5. de iurepatronat. Rota in nouis in decis. 304. part. 2. pulchrè Felin. in tractat. quando lit. Apostol. num. 2. Domin. de Sant. Gemin. in cap. 2. de præbend. in 6. num. 11. qui loquitur in fortioribus terminis, videlicet in reseruatione in corpore iuris clausa, & ibidem Franc. num. 8. subdens, quod in reseruatione generali illius capituli, & in alia quacumque reseruatione non comprehenduntur beneficia iurispatronatus laicorum, & nisi fiat de eis specialis mentio, ita docent Lambertin. de iurepatronatus part. 1. artic. 8. quæst. 15. num. 7. Paris. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 4. num. 35. optime Cosm. in pragm. Sanct. in prohem. §. Cæterum in glos. in verbo eneruantur, vbi refert ex Hostiens. se vidisse rescriptum Gregorij VIIII. Bullatum, per quod scribens Prælatis Angliæ declarabat, quod quando scribebat pro aliquo beneficiando, non intendebat, quod prouideretur ei de beneficijs pertinentibus ad præsentationem laicorum, quod etiam refert Selua de benefic. par. 3. quæst. 11. num. 2. Gambar. de officio, & potest. legat. libr. quinto num. 240. ne laici retra-
2 hantur à fundatione, constructione, vel dotatione Ecclesiarum, vel beneficiorum, vt tradit Lapus in dict. allegat. 96. & voluerunt Spin. in specul. testament. glos. 4. num. 44. Menoch. consil. 90. num. 100. volum. 1. Roland. consil. 46. num. 25. volum. 1. Staphyleus de litteris gratiæ §. de modo, & form. impetrand. num. 8. Sacr. Concil. Tridentin. in sess. 25. cap. 9. de reformat, ibi, sicut legitima patronorum iura tollere, piasque fidelium voluntates in eorum institutione violare æquum non est, ex quibus
3 deducitur, quod in reseruatione, quam facit Papa de beneficijs, numquam intelligitur velle reseruare beneficia Iurispatronatus laicorum etiã si clausula derogationis priuilegij circa prouisionem alias pertinentem sit quantumcunque generalis, Lapus allegat. 96. num. 6. Rebuff. in 3. parte signat. in verbo nec non iurispatronatus num. 9. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 36. Hoied. de benefic. plures alios referens in d. cap. fin. num. 110. & hæc omnia ad id tendunt, vt minime iudicemus velle Summum Pontificem derogare Iurispatronatus laicorum, nisi id expressè ex litteris iuris constiterit, vnde quamuis in generali reseruatione à Summo Pontifice facta non comprehendantur beneficia iurispatronatus laicorum, vt recensui, etiam si vacent in Curia, Zerola in praxi Episcopal. par. 2. §. iuspatronatus vers. 11. si tamen
4 vellet Pontifex hoc ius sibi reseruare, posset quidem prælaturas; & beneficia vacantia sine assensu, & præsentatione patronorum laicorum, vt inquit glos. communiter recepta in Clement. 2. in verbo Apostolicis de præbend. sequuntur Abb. in cap. quoniam num. 2. & cap. illud, in fin. de iurepatronat. Hoied. de benefic. part. 1. cap. fin. num. 110. Paris. consi. 47. volum. 4. num. 26. Crauetta consil. 63. num. 8. optimè Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 32. Dubitatio tamen orta est in Curia Archiepiscopali, si sub huiusmodi generali derogatione comprehenderentur etiam beneficia iurispatronatus mistim clericorum, & laicorum, & prima consideratione videbatur negatiuè resoluendum ne laici patroni propter clericum suum amitterent priuilegium, alioquin in odium patronorum laicorum redundaret, vt affirmat Rebuff. in concord. in titu. de mandat. Apostolic. §. 11. glos. in verb. vnum collocatorem, Abb. in cap. fin. de iurepatronat. & in cap. dilectus num. 5. de offic. legat. Simonet. de reseruat. quæst. 9. num. 3. Couarr. practic. quæstio. cap. 36. num. 5. Paris. consf. 35. volum. 4. Felin. in cap. in vltorem num. 3. de fideiuss. Rebuff. de nominat. quæst. 15. nume. 6. Selua de benefic. par. 3. quæst. 11. num. 11. & 12. Gambar. qui hanc opinionem sequitur de officio, & potest. legat. num. 363. Hoied. de benefic. part. 1. cap. fin. num. 114. vbi respondet argumentis, quæ in contrarium adduci possent; non
5 inquam æquum est, ex socio clerico laicum damnificari, cap. sacris de sepultur. sed magis ex priuilegio, ex persona laici socium clericum commodum

Q modum

modum sentire, iuxt. l. si communem ff. quo-
mod. seruit. amitt. vnde eandem opinionem
sequitur Granut. in additio. ad Simonet. in dict.
quæstio. 9. lib. 6. Caual. in decisio. 11. num. 107.
part. 3. dicens, quod requiritur expressa men-
tio iurispatronatus, & derogatio, ita quando est
laicorum, & Ecclesiasticorum, sicuti quando in
totum est laicorum, propter fauorem iurispa-
tronatus.
6 Sed supra relatis non obstantibus, contrarium
fuit resolutum, vt scilicet, quod beneficia iuris-
patronatus mistim clericorum, & laicorum
comprehendantur in generali derogatione
Pontificis, vt in proprijs terminis sequitur glo.
in c. vnico in verbo Ecclesiasticus de iur. patron.
in 6. dicens, huiusmodi patronatum regulari
iuxta naturam patronatus Ecclesiastici, scri-
bunt Staphil. de litter. grat. in §. de modo, &
forma impetrand. num. 14. Paris. de resignat.
benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 49. Mandos. in re-
gul. Cancel. regul. 1. quæst. 1. Rot. in decis. 4. in
titu. de concess. præbend. in antiquis, pro qua
opinione facit quod tradit Abb. in cap. de quar-
ta nu. 19. de præscript. vbi affirmat, quod quan-
7 do laicus habet rem communem, & indiuisibi-
lem cum Ecclesia, tunc præscriptio non currit
contra laicum spatio temporis à iure communi
statuto, quia propter Ecclesiam conseruatur
etiam ius suum, ob quam iuris rationem hoc si-
8 militer fieri contingit circa cognitionem deli-
cti commissi à clerico, & laico simul, vt ad Iu-
dicem Ecclesiasticum, non verò ad laicum per-
tineat, vt notant Doctores relati per Couar. in
pract. quæst. cap. 34. Portoles de consort. cap.
35. num. 13. Menoch. de arbitrar. Iudicum casu
9 371. num. 12. magis enim dignum ad se minus
dignum trahere ostendit text. in cap. quod in
dubijs, versic. fin. cum glos. de consecrat. Eccles.
vel altar. l. quæritur ff. de stat. homin. vnde cau-
10 sa commissa laico, & Ecclesiastico, si à senten-
tia ipsorum fuerit appellatum, appellatio est di-
rigenda ad Iudicem Ecclesiasticum, quia cleri-
11 cus præfertur, quando concurrit cum laico in
aliquo actu, vel negotio, Ancharan. in cap. Ioan
12 nes num. 7. de testament. clerici enim dicuntur
potentiores laicis ratione officij, Specul. in titu.
de cession. action. §. 1. versic. ex proximè dictis,
Caroc. de excus. bon. par. 2. quæst. 39. num. 1. &
2. glos. in cap. sedis in verbo maiores de rescript.
quam sequitur Iason in l. generaliter ff. de in ius
vocando num. 6. hinc igitur euenit, quod magis
creditur testibus clericis, quam laicis, Abb. per
illum tex. in cap. in nostra colum. 1. de procura.
Corset. in suis singularibus in verbo testis in 4.
sing. Soccin. consi. 28. colum. 11. volum. 3. Go-
zad. in consil. 13. colum. penult. Port. qui de
communi testatur in conclus. 28. & facit insu-
13 per, quia Ecclesiasticus Iudex dicitur maior sę-
culari, cap. solitæ, vbi latè Scribentes de maio-
rit. & obedient. Cephal. cons. 366. num. 5. vol.
3. glos. in cap. licet, & in cap. decernimus de sen-
tentia excommunicat. in 6. DD. in cap. cum sit
de ætate, & qualitate, & in cap. cum in nouis de
iudicijs. ergo dubium non est, quin ad Iudicem
Ecclesiasticum dirigenda sit appellatio in tali
casu, vt in proprijs terminis consuluit Roman.
in cons. 263. & voluit Gratian. in lib. discept. fo-
rens. cap. 100. num. 5. Hinc est etiam, quod licet
laici patroni alicuius beneficij, vel Ecclesiæ te-
14 neantur ad illud beneficium præsentare infra
terminum quatuor mensium, cap. cum propter
de iurepatronat. cap. vnic. §. fin. vbi glos. in ver-
bo quadrimestre eod. tit. lib. 6. & si clerici fue-
rint, tenętur infra semestre pręsentare, cap. vni-
co de iur. patron. in 6. cap. quoniam, cap. si vero,
cap. eam te, & cap. si propter, extra de iurepa-
tronat. Bisignet. in decis. 5. de iurepatronat. ta-
16 men si laicus sit compatronus cum aliquo cleri-
co, tempus semestre quòd competit clerico, &
non quadrimestre, quod competit laico est in-
spiciendum, vt scribit glos. fin. in cap. vnico §. fi.
de iurepatronat. in 6. vbi etiam notant Archi-
diac. Anchar. & Abb. cum pluribus alijs conge-
stis per Lambertin. de iurepatronat. part. 2. lib.
1. quæst. 6. Decian. in tract. crimin. par. 1. lib. 4. c.
9. nu. 4. multa enim conceduntur ratione con-
17 nexitatis, quæ alias non concederentur, l. etiam
§. 1. ff. de minoribus l. si alieni nummi ff. de so-
lut. & hinc euenit, quod sententia lata à pluri-
18 bus Iudicibus, quorum alter erat inhabilis, &
minus competens, valet, Abb. Felin. Butr. & In-
nocent. in cap. cum semper de off. delegat. Vant.
de nullit. ex defect. iurisd. ordin. num. 183. Ma-
strillus in decis. 27. vt etiam dicimus de processu
facto à Iudice recusato cum Iudice non recusa-
to, Achill. de Graff. in decis. 2. de except. & pari-
19 ter de pluribus reis diuersi fori, quia coguntur
apud eundem Iudicem litigare, Capyc. in decis.
122. & in decis. 173. & facit decisio Afflicti 113.
20 vbi restitutio, quæ datur minori, extenditur
etiam ad maiorem litis consortem, & ideo Ro-
21 ta Florentina decidendo voluit, quod ratione
connexitatis, quando plura bona separata simul
venduntur, poterit vicinus, qui in vna re tantum
cohæret omnia sua bona retrahere, vt testatur
Magon. in decis. 29.

SVMMARIVM.

1 *Acta facta coram Iudice sæculari non probant coram Ecclesiastico.*
2 *Iudicium sæculare quoad clericum dicitur omnino incompetens.*
3 *Acta facta coram Arbitro non probant coram Iudice.*
4 *Acta facta in iudicio plenario, non probant in sũmario.*
5 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato coram sæculari.*
6 *Clericus remissus ad Curiam Ecclesiasticam à Curia sæculari vna cum actis, constituitur reus ex dictis actis.*
7 *Acta facta coram Iudice sæculari contra clericum operantur suos effectus, de quibus nu. 8. & 9.*
10 *Episcopus tenetur sequi acta coram Iudice sæculari ad instructionem tantum, non autem ad punitionem.*

An

An Clericus remissus ad Curiam Ecclesiasticam à foro sęculari vna cum actis, possit constitui Reus eisdem actis, vel testes examinati coram Iudice laico sint iterum de nouo examinandi.

DECIS. CCXXVIII.

1 QVamuis communiter habeatur, attestationes, siuè acta facta coram Iudice laico, non probare, nec quidem inditium coram Ecclesiastico facere, ad textum, & quod ibi communiter notatur in cap. at si clerici de iudic. Ias. & Doctores in l. Magistratibus ff. de iurisdict. omnium iudic. quia facta censentur coram Iudice omninò incompetenti, & impro-
2 rogabili, prout est iudicium sæculare quoad clericum, cap. si diligenti, & cap. significasti de foro competenti, Valasc. qui sic refert iudicatum in decis. 65. post Ang. in l. 1. num. 3. ff. de confessis, Felin. in cap. qualiter il secundo num. 32. de accus. & quia sicuti acta facta coram Arbitro nõ
3 probant coram Iudice, iuxta distinctionem traditam in cap. præsentata de testibus, & illa quæ fiunt in iudicio summario, quod non probant
4 in plenario, cap. veniens eodem titu. de testibus, ita pariter acta facta coram Iudice sæculari non debent probare, vel aliquid operari coram Ecclesiastico, Iudex enim Ecclesiasticus minimè
5 tenetur stare processui fabricato coram sæculari, vt habetur communiter per DD. in cap. at si clerici de iudic. & tradunt Balb. in decis. 399. Garf. in decis. 2. Valasc. in d. decis. 65. imò secundum omnes in d. cap. at si clerici tenetur de nouo inchoare processum, aliàs non potest procedere ad capturam contra clericum, nec inquisitionem formare ex processu fabricato à laico, vt voluerunt etiam Rum. in cons. 7. num. 6. vol. 5. Artaman. conf. 22. num. 4. Henriquez consi. 91. num. 6. & sequent. Baiard. in additio. ad Clarum in quæstio. 36. num. 53. Tamen in Cu-
6 ria Archiepiscopali fuit resolutum, & sic seruatur, quod quando clericus remittitur constituitur reus ex eisdẽ actis factis coram Iudice laico, & quãdo vult habere testes pro repetitis, proceditur ad vlteriora, & sic ad sententiam, vt de hac obseruantia etiam meminit Nouissimus in sua praxi eiusdem Curiæ cap. 6. de qua quidem obseruantia non est quippè mirandum, siquidem secundum Innocent. in cap. inquisitionem de elect. quem refert, & sequitur Specul. in titu. de confessis §. 1. & 5. confessio, seù acta facta per clericum coram Iudice laico, licet non probent coram Ecclesiastico, poterit tamen cogi ad perseuerandum in eadem confessione, prout decisum fuit per Cappellam Tholosan. in decis. 425. vnde Balb. in decisio. 103. dixit, quod acta facta
7 coram Iudice sæculari contra clericum valebunt saltem quoad duos effectus, primò, quia ex illis
8 poterit clericus poni ad torturam, sicuti extraiudicialiter esset confessus, argumento notatorum in l. capite quinto. ff. de adulter. & in cap. quam graue de excess. prælat. secundo, quia po-
9 terit cogi perseuerare in tali confessione coram Iudice Ecclesiastico, nisi dicat de errore, & de causa variandi, Doctores in l. Magistratibus ff. de iurisdictio. omnium iudic. & tandem facit pro hac obseruantia quod scriptum reliquit Bald. in Authen. clericus, C. de Episcop. & cle-
10 ric. vbi voluit, quod Episcopus tenetur sequi acta coram Iudice sæculari ad instructionem tãtum, non autem ad punitionem, vt concludit etiam Balb. in decis. 399. & ita alibi in praxi seruari testatur Suarez in practica tom. 2. prælud. 1. num. 11.

SVMMARIVM.

1 *Absolutus in foro conscientiæ, non censetur absolutus in foro temporali.*
2 *Poena spiritualis non tollit poenam temporalem.*
3 *Iudex spiritualis minimè potest exercere iurisdictionem temporalem.*
4 *Poena fornicationis mulieris erga maritum non tollitur, habita absolutione in foro conscientiæ.*
5 *Poenitentia quantumuis magna poenam temporalem non tollit.*
6 *Absolutus in foro conscientiæ ab excommunicatione non debet inquietari in foro exteriori.*

An absolutus in foro conscientię debeat molestari in foro exteriori.

DECIS. CCXXIX.

1 QVamuis regulariter, absolutio in foro conscientiæ non suffragetur in foro exteriori, ad notata communiter per Doctores per illum textum in cap. de his de accusat. & tradunt Pegna in commentar. ad directo. inquisit. par. 2. comment. 25. colum. 9. Zanchin. de hæret. cap. 34. Simanc. de cathol. instit. tit. 8. num. 8. Calderin. de hæret. cap. 34. & iuxta hanc opinionem refert fuisse decisum in Rota Romana Crescent. in decis. 14. de probat. & ita quoque fuisse iudicatum scribunt Balb. in decis. 122. Sayr. in decisio. 1. de testibus, latè Couar. in cap. alma mater §. 12. num. 16. de senten.
2 excommunicat. in 6. pœna enim temporalis spiritualem non tollit, sicuti spiritualis non tollit temporalem, vna enim alteram non tollit, sicuti dicimus, quod & si fur per confessionem Sacramentalem euitat pœnam spiritualem, attamen non euitat pœnam temporalem, l. qui ex mente ff. de furt. sic etiam cum duo sint Iu-
3 dices vnus spiritualis, alter temporalis, non potest ille spiritualis exercere iurisdictionem pertinentem ad Iudicem temporalem, & confert quod tradit glos. fin. in cap. gaudemus de diuortio, cum dixit, pœnam fornicationis mu-
4 lieris erga maritum non tolli absolutione habita in foro pœnitentiali, & conscientiæ, sequuntur Abb. Imol. & reliqui in cap. de his de accus. & ibidem Felyn. num. 25. Castrens. in l. cunctos

Q 2 popu-

populos num. 7. C. de summa Trinit. & Fide Catholica, Nauarr. in cons. 5. nu. 8. de priuileg. lib. 5. & accedunt alij multi idem absolutè affirmantes in quocunque delicto, cuius pœna temporalis non censetur sublata per iniunctam à Sacerdote Confessario, ita sanè glos. in cap. de his, de accusat. Præpos. in cap. habet colum. fin. 2. quæst. 5. Gomes. varia. resolut. in tit. de delictis num, 46. part. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 3. cap. 30. num. 28. par. 1. & ita etiam aduersus Bartol. in consi. 167. & sequaces, est magis recepta opinio, quod scilicet absolutus à peccato blasphemiæ in foro pœnitentiali, & conscientiæ, non censetur absolutus à pœna fori temporalis, in quo puniri potest, Catald. in tract. de syndic. num. 131. Ias. in l. 3. §. iurati num. 15. ff. de iur. iur. Felyn. in cap. de his num. 7. de accusat. Marsil. singul. 639. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 5. nume. 16. qui multis rationibus comprobat, Paris. in cons. 1. num. 14. lib. 4. Couarru. varia. resolut. cap. 10. num. 3. Afflict. in constitu. lib. 2. rubrica 54. num. 2. vbi etiam Grammat. nu. 7. Simanc. de Catholic. institut. cap. 8. num.
5 18. & etiam si in foro conscientiæ Sacerdos imposuisset Confesso magnam pœnitentiã, adhuc non censetur absolutus à pœna temporali, Gomes. variarum resolutionum in titu. de delictis numer. 40. tomo 3. qui testatur sic vidisse seruari, Clar. in pract. crimin. §. fin. quæst. 57. col. 7. vers. idemque dicendum est, qui sic intelligunt in glosa vltima in cap. gaudemus de diuortio, In Curia tamen Archiepiscopali fuit pluries dictum, & obseruatum, quod si in iudi-
6 cio appareat aliquem esse excõmunicatum, sed constet Iudici in conscientia, talem excommunicatum obtinuisse absolutionem in foro conscientiæ, antequam negotium deduceretur in iudicium, licet talis excommunicatus absolutus in foro conscientiæ tantum possit accusari, declarari, & puniri in iudicio, iuxta glos. communiter receptam in cap. de his de accusat. & tradita per Couarr. in d. cap. alma mater, de sententia excommunicationis in 6. §. 12. num. 16. honestius tamen, & benignius facit Iudex si ipsum non inquietet, nec declaret excommunicatum in foro exteriori, Nauarr. in consi. 51. de sententia excommunicat. Henriquez in sua summa in tit. de irregularitate cap. 20. & facit cons. eiusdem Nauarr. 4. de testibus, Nouiss. in sua praxi eiusdem Curiæ cap. 25. vbi dicit sic in eadem Curia pluries seruatum vidisse, nisi pars esset in iudicio, quæ instaret, sed si pars non adesset, non teneretur Iudex illum declarare excommunicatum ex officio Iudicis nobilis, quod versatur circa publicam vtilitatem, quia illa non est in consideratione, postquam quis est absolutus, & in peccato non perseuerat, vnde plures secundum eum post excommunicationem, & absolutionem obtentam in conscientia non celebrauerunt ad euitandam irregularitatem, super qua in hoc casu solus Papa dispensat, secundum Nauarr. in suo Manuali cap. 27. nu. 241.

SVMMARIVM.

1 *Lapis incisus probat plenè in Antiquis, etiam respectu iurispatronatus.*
2 *Insignia non solent apponi super re aliena.*
3 *Quinimmò etiam respectu dotis iurispatronatus Lapis incisus probat.*

Arma, & insignia, an probent iuspatronatus.

DECIS. CCXXX.

FVit resolutum in Curia Archiepiscopali, quod Lapis incisus in antiquis facit profe-
1 ctò plenam probationem, etiam respectu iurispatronatus, vt voluerunt Bald. in consil. 310. lib. 5. Anan. in consi. 86. num. 2. Dec. consi. 135. num. 1. Ripa in cap. cum Ecclesia Sutrina num. 97. de Caus. possess. & propriet. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæst. 10. artic. 9. lib. 3. quæst. 5. artic. 4. num. 2. Crauet. de antiquit. tempor. par. 4. §. octaua limitatio num. 14. & fuit dictum in vna Ispalen. *de las eneranas* de anno 1590. coram Pamphilio, latè Caualc. in decisio. 17. num. 1. Bald. consi. 330. Caputaq. decis. 190. par. 3. Seraphin. in decisio. 1141. par. 2. num.
2 7. vbi assignat rationem, quia insignia regulariter non solent apponi super re aliena, l. 1. Cod.
3 vt nemini liceat, quinimmò etiam dotem iurispatronatus huiusmodi incisa marmora probant, Dec. cons. 135. num. 2. Polidor. Ripa in libro singularium obseruationum, obseruat. 68. vbi num. 12. dicit, ita respondisse ad fauorem admodum Reuerendi D. Iacobi Vassalli Patricij Ticinensis aduersus sorores Crassas.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis non condemnatur ad poenas ignominiosas, & viles.*
2 *Nobilis non est puniendus vt Plebeius.*
3 *In poena corporali non sic punitur Nobilis sicut Plebeius.*
4 *Nobiles in poenarum exequutione mitius puniuntur, quam Ignobiles.*
5 *Nobilis non torquetur in casu quo Ignobilis torquetur.*
6 *Nobilis ad triremes non condemnatur.*
7 *Popularis diues honestus ad poenas Ignobilium nõ damnatur.*
8 *In Crimine falsi Nobilis punitur vt Ignobilis.*
9 *In causis Sanctæ Fidei Clerici, siue Nobiles, siue Ignobiles in Curia Archiepiscopali Neapol. mittuntur ad triremes.*

Nobiles delinquentes, qua pœnarum specie sint puniendi.

DECIS. CCXXXI.

1 REsolutum non semel fuit in Curia Archiepiscopali, sicq; seruatur, quod Clerici Nobiles pro delictis ab eis patratis, non cõdemnã-
tur

tur ad pœnas ignominiosas, & viles, & consequenter ad triremes, sed relegantur, & carceribus mancipantur l. mortis §. sed enim sciendum ver. nec furcæ subijci ff. de pœnis, leg. Capitalium §. non omnes, eodem titulo, vbi fustibus cędi non debent honestiores homines, sequitur
2 Abbas in l. grauem de pœnis. Nobilis enim non est puniendus vt Plebeius, Clar. §. fin. quæst. 60. vers. prodest etiam, vbi id dicit de consuetudine seruari in Hispania, & alibi, Garcia de nobilitate in exempt. glos. 1 num. 15. vbi id etiam tuetur pro regula firmissima, & adducit casus, in quibus id limitatur, & Nobiles suspenduntur, & arrestantur, Azebed. lib. 8. tit. 23. l. 3. num. 5. & lib. 4. l. 5. in fine, vbi dicit distinguendos in pœnis nobiles, egregios, literatos, & personas honorabiles à Plebeis, imo l. 24. tit. 21. par. 2. hanc exemptionem in pœna irroganda tuetur, etiam si proditionem commiserit, nam non debet occidi infamatoria, & vili morte, nec ducitur ad triremes, vt ex Garzia, Azebed. vbi supra, ita Couarr. lib. 2. varia. cap. 9. num. 3. & 4. dicens,
3 in pœna corporali non sic puniendum Nobilem, sicut Plebeium, ob qualitatem personarum, ex quo fit permutatio pœnæ, vt sic Nobilis tormentis non subijciatur, l. nullus, Cod. ad leg. Iuliam Maiest. l. diuus Marcus, C. de quæstion. Otalor. de nobilitate 5. part. princ. num. 4.
4 dicens, quod Nobiles in pœnarum exequutione, & impositione mitius puniuntur, quam Ignobiles, cap. fin. vbi glos. & Doct. extra de pœnis, Felin. in cap. pastoralis in princip. de officio delegat. & sic dicit Otalor. vbi supra, non
5 torqueri Nobilem, in casu quo Ignobilis torquetur, & Nobiles non suspendendos, sed decapitandos, tradunt Barto. in l. capitalium ff. de pœnis, Abb. in cap. pastoralis de offic. deleg. licet aliud aliquando fiat secundum consuetudines locorum, vt in Francia, & ex hoc infert Ota-
6 lor. non posse Nobilem ad triremes damnari, sed ad honestiores pœnas, dicens, iniustè facere Iudices, qui Fidalgos, seu Nobiles, & honestioris familiæ homines pro delictorum pœna fustibus, vel flagellis cędi iubent; hinc est, quod licet omnes delinquentes, siuè Nobiles, siuè Ignobiles puniantur in foro magno, vt etiam legitur de Corradino Rege, qui fuit decapitatus in foro magno, vt latè refert Salern. in Consuetud. Neapo. & si testator in addit. incip. dicit Neapod. & nouissimè fatetur Zappullus in suo compendio historico in 3. part. cap. 5. in princ. tamen contra Equites Neapolitanos aliter proceditur, sæpè enim non in foro Magno Mercati, vbi scelesti omnes morte plectuntur, sed ante fores ipsiusmet Tribunalis iustitiæ, idest M. Cur. Vic. vt refert Mutius Surgens in annot. de Neap. Illustr. cap. 15. sub num. 28. vers. at vero honestiores, & annot. ad cap. 22. in 4. priuilegio incipien. ob rebellionis tamen crimen, & hoc ratione honestatis seruandæ: ita pariter cum quodam Nobili Neapolitano inquisito de parricidio fuit seruatum, cum enim fuisset condemnatus ad amputationem capitis, & deinde seruata forma iuris, ad inclusionem in culeo, cum illis quatuor animalibus, & quòd corpus in mare proijceretur, vigore decreti tam M. C. V. quam S. R. C. fuit tamen ex gratia hæc pœna iuris remissa per Proregem, vt fatetur de Frãch. decis. 230. in fine, Nobilibus enim istis nostris Parthęnopeis plurimum est deferendum, cum ob eorum antiquam, ac notam, seu celebrem nobilitatem, de qua Sanctus Gregorius Magnus S. P. & Ecclesiæ Dei maximus Doctor meminit, scribens enim Neapolitanis in rescriptis exordiebatur; Nobilibus Ciuibus, & Clero Neapol. in cap. priusquam 28. distin. & in cap. Petrus 39. distin. & pariter Robertus Rex in eius litteris exordiebatur, Nobilibus Viris Capuanę, Nidi, ac cæteris de populo grosso, vt inquit Afflict. in cap. 1. de pace iuramen. firm. num. 5. & secundum Annam in sing. 34. num. 6. nedum
7 Nobiles, sed etiam Populares diuites, & honestiores, ad pęnas ignominiosas condemnari non possunt, ita in specie Barto. in d. l. capitalium. §. serui cęss. ff. de pœnis, cuius doctrinam probat insignis tex. in d. l. capitalium §. non omnes, vbi Iureconsultus loquitur per verbum honestiores, quo vocabulo, nedum Nobiles, sed alij Populares comprehenduntur, vt ex doctrina Bar. apertè colligitur, vbi dum ampliat ad honestiores, præsupponit, quod minus sit esse honestior quam Nobilis. & hanc Bartoli traditionem sequuntur Cępoll. consil. 50. Lucius colum. 5. in crimin. & in tracta. de imper. milit. delig. §. nobilitatis num. 27. versic. Quintum Rub. 312. & §. diuites num. 8. Rub. 314. in 16. tom. tract. nouissimæ editionis; & Gramm. super cap. Regni ad hoc, vt nostrorum nu. 24. Rub. 112. Panorm. in cap. pastoralis num. 5. de offic. delegat. Lup. in Rub. de donatio. inter virum, & vxorem. §. 9. num. 19. Auiles de prætore cap. 1. ver. *de rechamento*, num. 18. rub. 44. Nec dissentit Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 20. num. 111. cum de Nobilibus, & honestioribus æquè loquitur, quibus addo insignem tex. in l. si quis vxori §. cum actio ff. de furtis, vbi honestus pro diuite acci-
8 pitur, & sic fuisse decisum in Curia Archiepiscopali refero Ego ipse supra in decisio. 19. hoc eodem lib. licet hæc omnia cessent in crimine falsi l. præsbyter, C. de episc. & cler, l. si quis decurio C. de falsis, Afflict. in decis. fin. & sic etiam
9 in causis Sanctæ Fidei, quia non habetur ratio nobilitatis, Archidiacon. in cap. qui contra 14. quæst. 1. Felyn. in cap. pastoralis de offic. delega. Tiraquell. de pœnis num. 25. Sesse in decis. Rotæ Aragon. 11. num. 17. vnde in Curia Archiepiscopali, Nobiles, siue Ignobiles mittuntur ad triremes pro causis Sanctæ Fidei, eorum demeritis sic exigentibus.

SVMMARIVM.

1 *Periculosum est, coram Iudice suspecto litigare.*
2 *Pactum, quod Iudex non valeat iusta de causa allegari suspectus non valet.*
3 *Princeps ex certa scientia causam notoriè suspecto committere non valet.*
4 *Non recognoscentes superiores recusari non possunt.*
5 *Defensio est de iure naturali. & tolli non potest.*

6 *In Curia Archiepiscopali Neapolitana non seruatur iura circa recusationem Consultorum.*
7 *De iure ciuili sufficit simplex allegatio suspitionis, secus verò de iure canonico, vt num. 8. & vide num. 9.*

De modo recusandi Consultores in nostra Curia Archiepiscopali.

DECIS. CCXXXII.

1 NIl grauius, ac periculosum est, quam corã Iudice suspecto litigare, & ab eo iudicari; cap. quid suspecti 3. quæst. 5. cap. secundo requiris in fin. de appellat. l. cum apertissimi C. de Iud. Roman. consi. 521. num. 6. vers. aduertat, Mars. singul 292. Card. Tusch. tom. 6. conclus. 910. num. 1. in tantum, quod pactum non vale-
2 ret inter partes, vt Iudex nõ possit iusta de causa dari suspectus, l. stipulatio hoc modo concepta, vbi Bartol. ff. de verbor. oblig. Caualcan. de Brach. Reg. part. 3. num. 318. vnde Princeps ex certa scientia, causam notoriè suspecto commit-
3 tere non valet, sed intelligitur esse saluum, & reseruatum parti ius recusandi, vt post alios firmat Mars. d. singul. 292. vers. iudices, nec Sedes Apostolica vnquam ex certa scientia causas suspectis Iudicibus committit, cap. si inter de except. Roman. d. cons. 521. num. 6. Card. Tusch. d. conclus. 910. num. 3. imò Papa alijs commisit causas suorum familiarium, ne suspitionis scrupulus in eo notari posset, Roman. d. cons. 521. num. 7. idemque obseruat in causis facti proprij, glos. in cap cum delicta de confirmat. vtil. vel inutil. Rom. d. cons. 521. num. 7. Card. Tusc. d. conclus. 910. num. 4. & 5. licet Papa, Impera-
4 tor, & alij non recognoscentes superiores, non possint recusari, Aufrer. in tit. de recusat. num. 6. cart. 66. Caualc. de Brach. Reg. part. 3. num. 314. vbi reddit rationes, tamen quando agitur de aliquo vero præiudicio, ex honestate solent dare Iudices non suspectos, & alteri causam delegare, Caualcan. d. par. 3. num. 714. qui etiam loquitur in Senatoribus, & Duce Ianuæ, qui solent recedere à Senatu, quando feruntur vota, licet ipsi in dicta causa suspecta non votent, si vero Princeps commiserit causas, cum clausula, non obstante exceptione recusationis, dubitatur, si talis commissio teneat, quia ita commit-
5 tendo videtur tollere defensionem, quæ cum sit de iure naturali, sine causa tolli non potest per Principem, Clemen. pastoralis de re iud. §. sed & naturalia instit. de iure natural. gent. & ciuil. Abb. in cap. ad hæc, extr. de rescript. & in cap. cum inter de exception. Rom. cons. 521. num. 6. latè Ias. in l. apertissimi nu. 17. C. de iudic. Cardin. Tusch. d. conclus. 910. num. 2. licet nonnulli alij contrarium tenuerint, vt Bald. in l. fin. C. de sentent. & interlocut. Angel. Imol. & alij in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appell. non liceat, quicquid tamen super hoc dubitetur, certum est, quod quando Princeps committit, cum dicta clausula, appellatione remota alicui etiam notoriè suspecto, intelligitur de causa friuola, & non graui, & iusta suspitionis, vt post alios, quos allegat, declarat Mars. in d. singul. 292. per totum, & in fin. vbi dicit, prædicta esse menti tenenda, quia sunt multum quotidiana, sed Franc. in cap. postremo num. 2. & sequen. de appellat. disputat istum articulum, & tandem concludit, quod Princeps possit committere causam, recusatione remota.

6 Quibus omnibus sic præmissis pro quæstionis dilucidatione redeundo ad casum propositum, dico, quod in Curia Archiepiscopali non seruantur iura ciuilia circa probationem causæ suspitionis, vt per Capycium in decis. 137. num. 10. Tuschus tom. 7. conclus. 913. num. 40. de
7 iure enim ciuili sufficit simplex allegatio absque expressione causæ, glos. in l. apertissimi in verbo recusare, & ibi Batto. Bald. & alij C. de iudic. dummodo allegans suspitiones, se non causa calumniæ id agere iuret, Lanfranch in rep. cap. quoniam contra, in verb. recusationes, de prob. de iure autem canonico secus est, cap. secundo
8 requiris, extra de appell. Rolan. consi. 19. num. 14. & consi. 31. in fin. volum. 3. Gramm. in Rit. Mag. Cur. rub. item si contingit num. 1. Carau. rit. 265. num. 6. vbi testatur in Regno seruari dispositionem iuris canonici, & num. 30. vers. quia de iure ciuili, Mascard. de probat. conclus. 943. num. 9. vbi de communi, nisi causa fuisset famosa, quia sufficeret solum iuramentum, Baiard. quæst. 49. nu. 1. Seraph. de priuil. iur. priuil. 7. num. 6. & seqq. Farin. cons. 17. num. 16. in fin. vbi Addentes in lit. G. qui alios allegant, immò
9 de iure ciuili, quando agitur de magno præiudicio alicuius, requiritur expressio causæ si non à principio ante capturam, saltem post capturã, & quòd legitimè etiam probetur, vt latè per Mascard. de probat. conclus. 959. nu. 10. & seq. volum. 2. vbi concordantes allegat, de iure canonico autem causa suspitionis, quæ concernit iurisdictionem ipsius Iudicis proponitur coram eodem Iudice recusato, probanda tamen coram Arbitris, si exceptio non fuerit famosa contra personam illius, secus si fuerit famosa, quia erit probanda coram superiore, secundum communem opinionem, de qua testatur Iul Clar. §. fin. quæst. 43. & in fi. per cap. secũdo requiris §. fi. de appell. c. cum speciali eod. tit. Franc. in d. cap secundo requiris nũm. 12. qui ponit differentiam quare Iudex recusatus non cognoscat de sua suspitione, & tamen cognoscat, an sit Iudex competens, Ioan. Ant. de Nig. super Cap. Reg. cap. 217. nu. 38. vers. ad tem, & sub nu. 8. & seq. quærit, si coram recusato possit opponi exceptio cõtra libellum, & actorem, & nu. 63. videtur facere differentiam inter Iudicem ordinarium, & delegatum, Add. ad Farin. cons. 17. in litt. E. vbi alios allegant, quæ omnia cessant in d. Curia, ex quo DD. Consultores spontè recedunt, istis supradictis minimè seruatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Multiplices referuntur ætates, & nu. 2.*
3 *Senex quis dicitur arbitrio Iudicis.*
4 *Mulier 52. annorum non dicitur senex ad effectum concedendi marito licentiam suscipiendi Sacros Ordines, ambobus in sæculo remanentibus.*
5 *Sed quæ ætas requiratur nu. 5.*
In dubio plus creditur testibus rei, quam actoris, sed limita vt num. 7.

Cuius ętatis debeat esse vxor, ad effectum concedendi marito licentiam suscipiendi sacros ordines, ambobus in sęculo remanentibus.

DECIS. CCXXXIII.

1 IN hoc articulo, antequam ad decisionem deueniam, opus erit cognoscere varias, & multiplices ætates esse, nam primo legitima, & perfecta ætas est 25. annorum, vt l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetrau. vnde obseruandum est in hoc legitimam ætatem, iustam ætatem, maturam ætatem, & propriam ætatem eius, qui adoleuerit, pro eisdem haberi, per l. cum filio. §. vult, & ibi glos. ff. de leg. 3. ætas autem infirma est seniorum, puerorum, & puellarum, ex l. Ciuitatis post princ. ff. de legat. 1. ætas verò tenera puerorum est, vt in auth. de rest. fideicom. §. illam vero, collat. 9. attamen ætas perfecta, iuxta
2 Iuris Pontificij Professores, est annorum triginta, vt cap. Episcopus 83. distin. puer etiam dicitur vsquè ad 14. annum, interdum vsquè ad 18. l. Mela post princ. ff. de aliment. Iuuenis autem dicitur post 25. annos vsque ad senectutem exclusiuè, l. non aliter §. vlt. ff. de legat. 3. item est ætas plena 33. annorum, l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ liber. quæ etiam dicitur robusta ætas, l. si maritus. §. lex Iulia, ff. de adult. & hæc omnia annotat Luc. de Penn. in l. cum vos, circa finem 2. col. C. qui ætat, vel profess. se excus. lib. 10. & de numero variarum ætatum notatur in l. 1. §. pueritiam, ff. de postulan. & latè per Duen. in reg. 259. in 2. ampliat. vbi etiam priuilegia ætatis minoris recenset, ad hæc Bald. in conf. 19. num. 3. volum. 5. ait in probanda ætate requiri, vt probetur principium, & finis temporis, quia ætas nihil est aliud, nisi quædam mensura temporis à die Natali vsq; ad obitum decurrens.
3 Et licet quisnam dicatur senex Iudicis arbitrio remittendum sit, vt scripsit Barbat. cons. 25. col. penul. volum. 2. & cons. 22. colum. 3. vol. 3. Ioan. Andr. in cap. quoniam frequenter, vbi etiam Marian. Socin. extra, vt lite non contesta. & ibi Felin. colum. 6. vers. ad tertiam quæstionem, tradit Menoch. de arbitrar. iudic. casu 59. Claud. Bertazzol. in addit. ad consil. Patris 192.
4 volum. 1. proinde optimo iure Curia Archiepiscopalis arbitrauit, mulierem ætatis annorum 52. non esse senem, ad effectum impartiendi licentiam marito suscipiendi sacros ordines, ambobus in sæculo permanentibus, iura tradita in cap. cum simus, de conuersatione cõiugatorum,
5 sed requiri ætatem 60. annorum, ex quo de iure, tali senectuti conceduntur priuilegia, l. semper ff. de muneribus, & honoribus, & tali senectuti iura nostra plurimum deferunt, de quibus cap. Domino Sancto, vbi Arch. 50. distin. cap. quamuis, de sententia excommunicatio. cap. fraternitatis 24. dist. cũ alijs pluribus in hãc sententiam adductis per Rom. in l. si vero §. de viro ff. solu. matrim. in fallen. 53. & latissimè per Tiraquell. in præfat. de iure primogen. nec id quidem mirum videri debet, cum senes prudentiores iuuenibus, & virtutibus excellere præsumantur, vt potè qui vsu rerum docti prudentiam sibi comparare potuerunt. l. si vt certum §. custodiam, & ibi glos. in ver. est commendatus ff. commod. §. cogitandum, in Auth. de Monach. cap. cum pridem, de renunciat. & ibi Bald. cap. cum in iuuentute, & ibi glos. in ver. ad similem, de præsumptio. & tradit Archid. in d. cap. Domino Sancto, & in cap. diffinimus 18. quæst. 2. Ioan. Andr. in d. cap. cum in iuuentute, Lucas de Penn. in l. 1. colum. 1. Cod. de consul. lib. 10. Tiraquell. vbi supra num. 153. quod ampliatur adeò verum esse, vt contrarium probari non possit, nisi per quindecim testes, quapropter qui dicere volet, Iuniores senibus esse prudentiores, id per quindecim testes probare oportebit, l. vnicuique, C. de prox. sac. sacrin. quem tex. ad hoc singularem reputat Roman. in dict. §. de viro fol. 35. vers. quæro probatur in fine, Alexan. in l. cum quid colum. 2. ff. si certum petat. Felin. in rubr. extra de maioritate, & obedien. colum. 1. in fin. Tiraquell. vbi supra num. 153. Hinc est, quod si plures testes reperiantur sibimetipsis contrarij, erunt præferendi illi, qui cæteros ætate antecedunt, cap. quoties, & ibi Abbas in tertio notab. & cap. licet ex quadam, vbi Imol. colũm. 2. de testibus, glosa in l. cum quid, & ibi Scribentes omnes ff. si certum peta. Archid. in d. cap. Domino Sancto 50. dist. & in cap. tanta 86. dist. & dixit Roman. quod licet in dubio magis
6 credatur testibus rei, quam actoris, fallit tamen
7 si pro actore stent seniores, Alex. consi. 136. col. 1. volum. 6. Luc. de Pen. in l. de viro col. 1. C. de Decurionibus lib. 10. Dec. cons. 443. nu. 26. Cępolla cons. 21. colum. 4. cum cæteris satis copiosè adductis per Tiraquell. in loco iam citato num. 148. & alijs seqq.

SVMMARIVM.

1 *Vir, & vxor per copulam fiunt vna caro,*
2 *Vir qui ingressus est Religionem de consensu vxoris, potest reuocari, nisi vxor etiam in Monasterium includatur, quod limita vt nu. 3.*
4 *Mulier, & vir debent esse sexagenarii, ad effectũ, vt possit vir suscipere sacros ordines.*
5 *Mulier 50. annorum ordinariè est sterilis.*

An

An ad effectum concedendi licentiam marito suscipiendi sacros ordines, & permanere in sęculo, requiratur copulatiuè, quod vir, & vxor sint senes, & steriles.

DECIS. CCXXXIV.

QVidam annum agens sexagesimum, secum habens vxorem quinquagenariam, petijt se promoueri ad sacros ordines, eius coniuge in sæculo adhuc permanente, seorsum tamen ab eo, ex quo nullum videbatur posse oriri periculum incontinentiæ, tum propter amborum senectutem, tum etiam, quia iam decem ab hinc annis, & vltra, votum castitatis ab vtroque emissum, & inuiolabiliter obseruatum fuerat, quare deducta causa in Congregatione, dicebatur, de iure maritum non posse trãsire ad Monasterium, nisi quoque mulier ingrediatur
1 Religionem, quia cum sint vna caro effecti propter copulam con ugalem non potest vna pars conuerti ad Dominum, & alia in sæculo remanere, & ideo non est ad Religionem assumendus vnus, altero in sæculo remanente, & propterea vno intrante Religionem, alter debet perpetuam continentiam promittere, & vitam mutare, ingrediendo Religionem, cap. cum sis, &
2 cap. cum ad Apostolicam 53. de conuer. coniugator. cap. agaiosa 27. quæst. 2. & si vir de licentia vxoris fuerit ingressus Religionem, nisi etiã vxor transierit ad Monasterium, aut perpetuò promiserit seruare castitatem, vir de Monaste-
3 rio potest reuocari, cap. 1. de conuers. coniugat. dummodo vxor non sit senex, & sterilis, ita quod sine suspitione possit remanere in sæculo, promittendo tamen castitatem, d. cap. cum sis, & d. cap. cum ad Apostolicam cap. 2. & ibi glos. in verb. reuocari, & cap. vxoratus, de conuers. coniugat. & propterea fuit resolutum, non esse alteri huiusmodi facultatem concedendam, tam propter exemplum, ne aliàs videretur introduci in Ecclesia Latina Ritus Græcorum; tũ
4 quia ex communi Doctorum sententia, non solum vir, sed etiam mulier debent esse sexagenarij, ad hoc, vt alter coniugum possit ordines sacros suscipere, altera in sæculo permanente. Tum etiam, quia non videtur satisfactum iuri, quod requirit, vxorem debere esse ita senem & sterilem, vt nullum incontinentiæ periculum excogitari possit, & sic fuit in Cõgregatione habitum pro absoluto, quod copulatiuè vtrumque requiratur, scilicet, quod mulier sit senex, & quod sit sterilis, & quamuis mulier quinquagenaria regulariter dicatur senex, tamen in proposita facti specie, communi sententia dictum fuit, quòd sexagenaria debet esse: Et licet etiam mulier quinquagenaria ordinariè sit sterilis, at-
5 tamen secundum Aristotelem, & alios Philosophos multoties hæc quoque concipere solet, & sic non potest dici satisfactum tex. in cap. cum sis de conuers. coniug. quod requirit omnimodã sterilitatem, moderando dictionem illam, ita, quæ de sui natura est amplificatiua.

Neque refert, quod in præsenti casu nullum videatur posse oriri periculum talis incontinentiæ, cum iam per decem annos, & vltra coniuges isti continentiam seruauerunt, quia respondetur, quod isti fecerunt vtique rem laudabilissimam, & valdè commendandam, sed non per hoc dicitur satisfactum iuri, quod requirit sterilitatem in vxore ex natura, & propter senectutem, non autem ex voto, & voluntate ipsius, & ita fuit resolutum.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter nemo priuandus est vsu suæ possessionis.*
2 *In interdicto retinẽdæ ille debet obtinere, qui tempore litis possidet.*
3 *Pendente lite super matrimonio non est interdicendum carnale commercium.*
4 *Lite pendente beneficium non est resignandum.*
5 *Alienatio rei litigiosæ fieri non potest.*
6 *Res litigiosa non potest donari.*
7 *Res litigiosa non potest pignorari.*
8 *Alienans rem lite pendente, potest condemnari ad fructus.*
9 *Exequutio fructuum rei litigiosæ potest fieri contra personam.*
10 *Titulus de litigiosis habet locum etiam in beneficialibus.*
11 *Vitium litigiosi transit in Resignatarium.*
12 *Patronus lite pendente non potest præsentare.*

An lite pendente super matrimonio sit interdicendum carnale commercium.

DECIS. CCXXXV.

1 QVoniam regulariter, nemo priuandus est vsu suæ possessionis, cap. cum personæ de priuileg. cap. 1. de caus. possessionis, & proprietatis, cap. licet de præbend. in 6. ad quod facit etiam textus in §. hodie institut. de interdictis, vbi in interdicto retinendæ ille de-
2 bet obtinere, & consequenter in possessione manuteneri, qui tempore litis possidet, vt voluerunt etiam Afflict. in decis. 326. & Benitend. in decis. 42. ideo merito iure fuit in Curia Archiepiscopali conclusum, vt pendente lite super
3 matrimonio non sit interdicendum carnale commercium, cap. laudabilem, vt lite pendente,
4 sicuti à simili dicimus, quod lite pendente beneficium non est resignandum, vt tradunt Sarnen. in compend. signatur. num. 64. & 65. Staphil. quem refert, & sequitur Puteus in decis. 554. lib. 3. vbi refert, ita fuisse tentum in vna Britonien. Monasterij 9. & 19. Ianuarij 1551. & in decis. 311. lib. 2. Lancellot. de Attentat. lib. 2.
5 cap. 1. num. 254. Hinc alienatio rei litigiosæ lite pendente fieri non potest, & facta non tenet, vt in Rubric. tot. titu. ff. Cod. & Authen. de litig. Guid.

Guid. Pap. in decis. 337. num. 4. Afflict. in decis. 369. num. 10. Alexan. consi. 45. nu. 5. lib. 3. Dec.
6 consi. 491. hinc res litigiosa donari non potest, l. fin. C. de litig. Boer. in decis. 33. num. 2. nec hypothecari, & pignorari, Alciat. consi. 61. num. 3,
7 lib. 8. hinc taliter alienans habetur pro possesso-
8 re, & potest condemnari ad fructus perceptos medio tempore, & qui percipi potuissent vt possessor, vt fuit resolutum in vna Perusina bonorum 22. Octobris 1548. coram Puteo, teste eodem in decis. 65. lib. 3. quamuis etiam contra
9 tertium, in fauorem cuius est alienata, possit fieri executio, Ruin. consi. 34. num. 12. lib. 5. Neuizan. consi. 20. num. 13. Natt. consil. 350. num. 4. lib. 2. & sic fuit conclusum in vna Romana vineæ 20. Decembris 1534. teste Mohed. in decis. 12. & tamen titulus de litigiosis habet lo-
10 cum etiam in beneficialibus, Franc. in cap. 1. in glosa litigantibus vt lit. pendent. in 6. & ideo vi-
11 tium litigiosi transit in Resignatarium habentem causam à litigante, vt colligitur ex decis. 1. vt lit. pendente in antiq. per Bisignet. Cassador. in decis. 8. super Regul. Cancellar. Mohedan.
12 decis. 207. hinc est etiam, quòd si pendet lis super iurepatronatus, patronus ipse lite pendente non potest præsentare, secundum Calderinum in consi. 1. vt lit. pendente, Paris. consi. 47. num. 13. volum. 4. & est communis opinio relata per Sarnen. de subrogat. collitig. quæst. 13. & magis communis, teste Roccho de Curt. in tracta. de iurepatron. in verbo honorificum nu. 53. q. 23. & ita tentum fuit coram Crescentio in vna Barchinonen. Beneficij 27. Nouembris 1538. teste Sarnen. decis. 31. & in vna Compostellan. 16. Februarij 1554. coram Montefiasconen. teste Guidobon. in decis. 104. & in vna Astoricens. Sanctæ Christinæ 9. Martij 1569. coram Grato, quam conclusionem pluribus modis ampliat, & limitat Lancellott. de Attentat. part. 1. cap. 4. num. 522. vsque ad finem, vbi ad saturitatem videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Deponens in facto suo reiicitur à testimonio.*
2 *Testis habens interesse non probat.*
3 *Pater pro filio, & filius pro patre idoneus testis nō est, sed limita nu. 15.*
4 *Vir pro vxore, & vxor pro marito reiicitur à testimonio, sed limita nu. 14.*
5 *Domestici repelluntur à testificando, sed limita vt num. 12.*
6 *Item familiares, & famuli, vt nu. 7. & Ancilla, vt nu. 8.*
9 *Dictum stupratæ facit inditium ad torturam.*
10 *In delictis occultis socius criminis admittitur.*
11 *Iudex debet esse pronior in delictis occultis ad torturam & condemnationem.*
15 *Testis inhabilis admittitur in iis, quæ sunt difficilis probationis.*
16 *Mulieres in criminalibus in subsidium admittuntur.*
17 *In Materia dubia, quæ stat in secreto statur Rei iuramento.*

An dictum Mulieris asserentis, se ab aliquo stupratam faciat indicium ad torturam.

DECIS. CCXXXVI.

Inquirebatur in Curia Archiepiscopali contra quendam Clericum de stupro, & abortu; & inter cætera, quæ contra eundem opponebantur pro prætensi delicti verificatione, erat confessio eiusdem mulieris asserentis, se à præfato Clerico stupratam, quare fuit dubitatum, an dictæ depositioni mulieris esset standum, saltem quoad faciendum indicium ad torturam, & pro negatiua parte dicebatur, quod testis tractans de se exonerando, deponens de facto suo in
1 causa, in qua habet interesse, non probat, quia videtur deponere in causa propria, ita Barto. in l. deferre §. item decreuerunt ff. de iure fisc. loquens in Procuratore, Panorm. in cap. insuper de testibus, Felyn. colum. fin. in cap. cum à nobis eodem titulo, Afflict. in constitut. mores dissolutè viuentium. vers. duodecimo, Alexand. consil. 107. num. 4. volum. 1. Corne. consi. 145. num. 1. volum. 4. consil. 130. num. 4. volum. 1. & consil. 160. nume. 3. volum. 2. Bero. consil. 164. num. 22. volum. 3. Necnon testis deponens ad proprium commodum minimè probat, ita Alexan consi. 107. num. 4. volum. 1. Neuiza. consi. 47. Corn. consi. 145. num. 1. volum. 4. Et
2 sic testes habentes interesse aliter non probant, l. omnibus, & ibi glos. & Doctores omnes ff. de testibus, Abb. & alij omnes in d. cap. insuper de testibus, & Alexan. in l. si cui §. fin. ff. de legat. 1. Barto. & cæteri omnes in l. si quis ita, ff. de reb. dub. Bero. consi. 124. num. 27. vol. 1. quoniam videntur tunc in causa propria deponere, vt per Bald. consi. 227. & Crauett. consi. 99. num. 2. vn-
3 de euenit, quod pater pro filio, & filius pro patre testis idoneus non est, ad textum expressum, & quod ibi notatur in l. testis idoneus. ff. de testibus, cap. si testis, versic. item testis idoneus 4. quæst. 2. & 3. imò nec ad testificandum admittuntur, l. parentes, iuncta glos. ibi in verbo aduersus se, Cod. eod. Gabriel. in lib. commu. conclus. in titulo de testibus conclus. 17. num. 2. & 5. Grammat. decis. 45. num. 16. Mascar. de probat. conclus. 1148. num. 1. & 2. Viuius in lib. commun. opinio. in verbo testificari, vel testis esse non potest pater pro filio, vbi quod ita se habet communis Doctorum sententia in varijs locis,
4 hinc etiam vxor pro marito, & Maritus pro vxore testis esse non potest, ideò vnus pro altero à testimonio repellitur, cap. si testis §. idonei 4. q. 3. & ibi glos. in verbo impetrari, l. etiam, & ibi glos. vers. quid in viro, & vxore, & cæteri Scribentes, C. de testibus, Grammat. in d. decis. 45. num. 13. & 19. vbi testatur de communi opinione, de qua etiam testatur Diaz in Regula 746. in 5. Fallent. latè Farinac. de testibus, vbi ampliat conclusionem, & alios Doctores adducit in quæstio. 54. Reg. 4. hinc domestici etiam à testi-

5 testimonio repelluntur, l. etiam vbi communiter Doctores C. de testibus, l. testes eos, ff. de testibus, cap. si testis §. testes 4. quæst. 3. cap. in litteris, & ibi pariter notant omnes Canonistæ, extra de testib. latè Mascard. de probationib. con-
6 clus. 1357. num. 47. hinc familiares alicuius non admittuntur pro eo ad testificandum, cap. in literis, vbi notant communiter Doctores extra de testibus Gabriel. in lib. commun. conclus. in tit. de testibus conclus. 10. num. 1. vbi alios plures adducit Mascard. de probationib. conclus. 757. num. 51. hinc famuli, & serui etiam liberi
7 non admittuntur ad testimonium ferēdum pro eorum Dominis, Abb. in cap in litteris num. 3. extra de testibus, Mascard. de probationib. conclus. 758. num. 1. Gomez. variarum resolut. tom.
8 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 15. hinc Ancilla esse testis minimè potest pro Domino suo, Bertazzol. in cons. 478. num. 3. vbi etiam Addit. Mant. cons. 213. nu. 30. lib. 1. Paris. consi. 67. num. 81. lib. 3. Iodoc. in sua pract. cap. 50. rubric. de reprob. test. num. 6. hinc testis amicus licet à testimonio non repellatur, tamen integræ fidei non est, secundum Farinac. de testibus quæstio. 55. vbi latè hanc materiam tractat, & DD. cumulat.

9 Tamen contrarium fuit resolutum, vt scilicet, dictum stupratæ faceret inditium ad torturam, iunctis adminiculis, & dummodo dicta stuprata fuerit torta, nisi fuisset illata vis, & sic cum modificatione, videlicet quia illa virgo erat bonæ famæ, inquisitus vero malæ, eò magis quia hoc est delictum, quod fit occultè, & in de-
10 lictis, quę occultè fiunt, Socius criminis admittitur ad faciendum inditium ad torturam, vt per Simon. de Præt. in cons. 178. num. 18. vol. 1. quem refert, & sequitur Viuius in decis. 157.
11 vnde Iudex in occultis debet esse pronior ad torturam, & condemnationem, vt post Bart. in l. 3. C. de Episcop. Audient. concludit Alex. in cons. 77. num. 8. volum. 1. & cons. 64. num. 5. eodem volum. exemplificantes hoc in adulterio, in quo idem concludit Castren. in cons. 348. in fin. vol. 1. Ex quibus tacitè respondetur pro contraria parte adductis, quia illa procedunt, quando aliter veritas haberi potest, quod non est in casu nostro, quia cum hic actus, vt supra diximus fiat in secreto, & abscondito. non potest aliter probari, quam per dictum patientis, quo casu supradictæ personæ admittuntur ad testificandum, vt videmus in domesticis, qui quando veritas aliter
12 haberi non potest, quam per ipsos, tunc admittuntur ad ferendum testimonium, per textum in l. contenta, C. de repud. Gabriel. lib. commu. conclus. in d. tit. de testibus cit. conclus. 10. num. 47. Mascard. de probationib. conclus. 124. num. 48. & conclus. 533. num. 15. latè Farinac. de te-
13 stib. quæst. 55. num. 35. sic etiam videmus in parentibus, & filijs, qui licet non admittantur in testimonium, tamen quando aliter veritas haberi non potest contrarium seruatur, vt per Gomez. variarum resolut. tom. 3. cap. 12. in rubric. de probat. delic. num. 24. vbi alios concordantes adducit, Farinac. de testibus quæst. 54. num. 171. vbi alios etiam refert, vt etiam videmus in ma-
14 rito, & vxore, qui pariter admittuntur ad testimonium ferendum, quando aliter veritas haberi non potest, Crauet. de antiq. tempor. part. 1. sect. 1. num. 17. vbi alios adducit concordantes, Alber. de Malet. qui contrarijs respondet in tract. de testibus cap. 6. num. 31. & sic etiam in factis, quæ sunt difficilis probationis, argumento text. in l. ex contentu §. 1. cum ibi notat. per Doctores C. de repud. Gabriel. de testibus conclus. 16. num. 17. Mascard. de probationib. conclus. 1420. num. 13. & sic de singulis habetur, testes enim aliàs inhabiles admittuntur in ijs, quæ
15 sunt difficilis probationis, vt sunt ea, quæ communiter occultè fieri solent, vt adulterium, furtum, & huiusmodi, in quibus, vt plurimum nulli testes interuenire solent, nisi fortasse mulieres, & domesticæ personæ. vt voluit Barto. in l. cunctos populos num. 23. C. de summ. Trinit. & fide Catholic. Alberic. post cæteros in l. contentu, C. de repud. vbi dicit, ea, quæ domi fiunt, quoniam occultè fieri solēt, per testes inhabiles probantur, Alexan. in consi. 74. volum. 1. vbi mu-
16 lieres in criminalibus in subsidium etiam admitti inquit, sequitur Dec. in cons. 363. num. 5. & in proposito criminis occulti dixit Lap. allegat. 94. num. 5. quod in materia dubia, quæ
17 stat in secreto, & conscientia alterius, statur Rei iuramento, quapropter an qui percussit clericū scierit eum esse clericum, vel non, statur ipsius iuramento, glos. in cap. si verò aliquis de senten. excommunic. & stari iuramento dicentis, vxoris sororem cognouisse, credens eam propriam fore, dixit glos. in cap. lectum 24. quæst. 2. Lap. alleg. 46. post num. 6. Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem num. 4. ff. de quæst. vbi dicit, quod licet domesticus non admittatur pro domestico, id tamen fallit, quando agitur de probandis ijs, quæ domi fiunt, quæ vt plurimum domesticis solis innotescere consueuerunt, Magon. in decis. Lucens. 90. num. 26. latè Gabriel. in lib. commun. conclus. in tit. de testib. concl. 7. post Decian. in Respons. 25. vol. 1. Bursat. in cons. 239. volum. 3. & alios complures cumulatos per Mascard. de probat. concl. 1365.

SVMMARIVM.

1 *Olim maximæ considerationis erat quasi possessio præsentandi, ita quod paria erant esse patronum, vel in quasi possessione præsentandi, vt num. 2.*

3 *In beneficialibus vltimus status attenditur.*

4 *Hodie non sufficit docere de quasi possessione, nisi plenè ostenso de legitimo titulo fiat.*

5 *Si semel vacatio contingerit, & patronus coram Ordinario docuit de suo iurepatronatus, & præuia causæ cognitione fuit approbatum dictum iuspatronatus licet deinde idem beneficium vacare contingat non tenetur amplius patronus de titulo docere.*

Patro-

Patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Concil. Trident. an semper teneatur docere de titulo in qualibet vacatione.

DECIS. CCXXXVII.

1 QVamuis olim maximæ considerationis erat quasi possessio præsentandi, ad effectum manutentionis patronorum, cap. querelam de elect. cap. consultationibus, de iurepatron. & cap. cum olim de caus. possess. & propr. Rot. decis. 1. de iurepatronat. in nou. & in decis. 13. eodem titu. ita quod paria erant,
2 quem esse patronum, vel in quasi possessione iuris præsentandi, vt per Cardin. consil. 69. in 2. dubio, & Abb. in dicto cap. consultationibus, vbi præsentatio facta ab eo, qui erat in quasi possessione iuris præsentandi præferebatur præsentationi factæ à proprietario iurispatronatus, vt in proprijs terminis voluit Rot. in decisio. 14. de iurepatronat. in antiquis, & eadem Rota in decisio. 9. eodem titu. in nouis. Triuis. in decis. 54. par. 2. Rota diuers. decisio. 167. part. 2. Franc. March. decis. 119. & propterea solet dici, quod
3 in beneficialibus, & maximè in iurepatronatus attenditur vltimus status, & immediatè quasi possessio, Rot. in decis. 2. num. 2. de præbend. in nou. & in decis. 49. de rescript. in antiq. Put. decis. 2. lib. 3. Cæsar de Grassis decis. 4. de probatio. & in hac quasi possessione suffragatur sola bona fides absque titulo Verall. decis. 69. par. 1. Hodie
4 tamen post Concilium Tridentin. in dict. cap. 9. non sufficit docere de quasi possessione, nisi plene ostenso de legitimo titulo fiat, ratio est, quia per dictum Concil. derogatur non solum titulo; sed etiam quasi possessioni cuiuscumque patronatus aliter acquisiti, quam ex fundatione, constructione, vel dotatione; & ideo vt quasi possessio possit suffragari, est docendum de legitimo titulo, vt pluries tenuit Rota Roman. præsertim in vna Compsana iurispatronatus 23. Iunij 1604. coram Licta, & in vna Roman. parochialis 21. Ianuarij 1600. coram Pacen. & iterum in vna Auximana iurispatronatus 15. Maij 1595. coram Illustrissimo Mellino, & tandem in vna Reatin. iurispatronatus 1587. ex quibus etiam percipitur, hodie cessare manutentionem ex vi quasi possessionis, donec possessor iurispatronatus nõ doceat de titulo, & ita cẽsuit Sac. Cõgreg. Concilij per hæc verba, Hoc decretum Concilij habet locum in petitorio, & possessorio, vnde non est admittenda præsentatio, aut præsentati institutio, nisi prius verificetur iuspatronatus ex decreto Concilij, & iuxta hanc opinionem in quamplurimis causis fuit obseruatum in Curia
5 Archiepiscopali, est benè verum; quod si semel vacatio contingerit, & patronus coram Ordinario docuit de suo iurepatronatus, iuxta dispositionem Concilij, & præuia causæ cognitione fuit approbatum dictum iuspatronatus, tunc licet postea idem beneficium vacare contingat, non tenetur amplius patronus de titulo docere, sed sufficit sibi quasi possessio quam habuit, vt censuit Sacr. Congregatio per hæc verba, Item censuit Sacr. Congregatio non posse repelli patronum à sua quasi possessione præsentandi, si adhibita causæ cognitione super iurepatronatus post Concilium, Ordinarius à patrono præsentatum admisisset, etiam si post obitum eiusdem præsentati de validitate iurispatronatus contingerit dubitari, secus autem simpliciter patroni præsentatio, absque causæ cognitione admissa fuerit, & ita censuit Curia Archiepisc. in occurrenti casu, quæ dixit, quod patronus, qui est in quasi possessione præsentandi post Cõcilium, si de nouo vacet beneficium, & iterum præsentet, non tenetur ad instantiam Fisci de nouo docere de titulo, sed debet manuteneri in sua pacifica possessione, saluis iuribus, idest Fisco in petitorio, & hoc, quia nunquam daretur finis litibus.

SVMMARIVM.

1 *Pluralis locutio, duorum numero est contenta.*
2 *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.*
3 *Testis vnus minimè probat, sed limita vt num. 4. 5. & 6.*
7 *Præsentationes multiplicatæ tres esse debent ad effectum probandi iuspatronatus.*
8 *Iuspatronatus ex fundatione, & dotatione satis dicitur probatum ex tribus antiquissimis instrumentis enunciantibus iuspatronatus alicui spectare de iure, vel de Consuetudine.*

Præsentationes multiplicatæ quot esse debeant, ad effectum probandi iuspatronatus.

DECIS. CCXXXVIII.

IN quadam facti contingentia fuit dubitatũ, quot præsentationes multiplicatæ essent necessariæ ad finem probandi iuspatronatus, & prima facie videbatur dicendum, duas esse ne-
1 cessarias, ex eo quod pluralis locutio duorum numero est contenta, l. vbi numerus, ff. de testibus, cuius textus hæc sunt verba. Vbi numerus testium non adijcitur, etiam duo sufficiunt, pluralis enim elocutio duorum numero contenta est, concordat textus in cap. in omni negotio, extra de testibus, cap. licet, eodem titulo, addo Ripam in l. ex facto §. si quis rogatus num. 51.
2 ff. ad Trebell. Mar fil. in singul. 47. & singu. 433. vbi inquit, quod trita est iuris regula, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, &
3 vox vnius, vox nullius, vnde vnus testis minimè probat, licet hoc fallat, & minimè locũ habeat,
4 quando sumus in causis breuioribus, nam in tali casu probatio per vnum testem, vel per famam dicitur plena probatio, & sic non est necesse deferre iuramentum in supplementum probationis, vt videtur de mente Bart. in l. de minore §. in tor-

in tormenta in vlt. colum. ff. de quæstion. voluit expresſè Mathesil. in notab. 2. qui subdit in 3. notab. quod eodem modo in iudicijs possessorijs, in quibus dicitur agi de leui præiudicio, probatio per vnum testem, vel famam habet vim plenæ probationis, ita quod non est opus iuramento in supplementum probationis, quod sentit etiam Bart. in l. 1. C. quor. bonor. & clarius in l. 1. in fine, C. vbi in rem act. de quo dicto latius loquitur Iaſ. in l. admonendi in 78. colum. post med. ff. de iur. iur. qui in l. huiusmodi §. legatum num. 20. ff. de legat. 1. dicit quod vnicus testis plenè probat, vbi non agitur de alicuius præiudicio, vt notant etiam Abb. in cap. proposuisse, per gloſ. ibi de consecrat. Eccleſ. vel Altar. Butr. in cap. veniens de test. & est gloſ. in cap. nuper eodem tit. de testibus, & ibi
6 per hoc infert Bald. quod per vnum testem plenè probatur, quod aliquis sit baptizatus, vel aliquis sit ordinatus, vel quod Ecclesia sit consecrata, & similiter sacerdotium probatur per vnum testem, quia per ista nemini præiudicatur, & similiter doctoratus posset probari per vnum testem, & sic limitatur regula in l. iurisiurandi C. de test. quæ dicit, quod dicto vnius testis non creditur, etiam si præclaro honore Curiæ præfulgeat, quam etiam regulam limitant per plures casus Felin. in cap. G. & D. de offic. delegat. colum. 2. in fin. Girard. in singul. 49. vbi ponit casus, quibus statur dicto vnius testis, & per Marsil. in singul. 112. dum dicit, quod statur dicto vnius testis corrupti contra delinquentem, seu corrumpentem, & per plures casus etiam limitat Bertach. de gabell. in 8. par. lib. 4. verſ. de causa formali.

7 Supradictis non obstantibus, fuit in Curia Archiepiscopali conclusum, ad minus debere esse tres præsentationes multiplicatas, nam multitudo consistit in tribus, gloſ. in l. 1. §. hoc rescripto, ff. ad Syllanian. gloſ. in §. fin. instit. de iure personarum, aduertit etiam Finiz. in decis. 17. & facit decisio 7. de iurepatronatus Achil. de
8 Graff. vbi habetur, quod iuspatronatus ex fundatione, & dotatione satis dicitur probatum ex tribus antiquissimis instrumentis enunciãtibus iuspatronatus alicui spectare de iure, vel de consuetudine, quam decisionẽ mihi allegauit adolescens magnæ spei, & nunquam satis laudatus D. Ioannes Maria Nouarius,

SVMMARIVM.

1 *Monitio non requiritur contra Concubinarium notorium.*
2 *Notoria, probatione non indigent.*
3 *Notoria, accusatione non indigent.*
4 *Clericus concubinarius notorius est vitandus in diuinis.*
5 *Ratione notorietatis plura permittuntur, quæ alias denegarentur.*
6 *Notorium dicitur, quod nulla tergiuersatione potest celari.*

An contra Concubinarium notorium requiratur monitio.

DECIS. CCXXXIX.

1 FVit dictum in Curia Archiepiscopali, & obseruatum, quod monitio non requiritur ad puniendum Concubinarium notorium, ex notabili doctrina Abb. in cap. tua nos de cohabit. cleric. & mulier. vbi id dicit, quare fuit exulatus ab hac Diœcesi per plures annos quidam Concubinarius notorius, qui nunquam fuerat
2 monitus, & per nonnullos annos steterat in concubinatu, ex eo quod notoria, probatione non indigent, cap. Manifesta 11. quæst. 1. & cap. euidentia de accuſ. l. 1. ff. de in integrum restitut.
3 sicuti manifesta, pariter accusatione non indigent, cap. ad nostram de iureiurando, cuius verba sunt, ad nostram noueris audientiam peruenisse, quod à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum iuramentum, quod in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verũ quoniam secundum traditiones canonicas manifesta, accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in alijs obseruari, nec tu quando sub præmisso tempore iurasti habebas in mente, vt propterea venites contra canonicas sanctiones, alioquin iuramentum, sed periurium potius extitisset, nec esset alia ratione seruandum, & facit pro hac decisione text. in cap. fin. de cohabit. Cleric. & mulier.
4 vbi licet Clericus Concubinarius non sit vitandus in diuinis, tamen quando est notorius vtiq; euitari debet, vnde in cap. vestra, eodem titu. habetur, quod clericus fornicarius quamdiu toleratur, si non habet operis euidentiam, & sic vi-
5 detur, quod ratione notorietatis multa permittuntur, quæ alias denegarentur, notorium verò
6 dicitur, quod nulla tergiuersatione potest celari, cap. super quibusdam §. fin. & cap. cum olim, de verbor. significat. & propterea non auditur appellans, cap. cum sit Romana, & cap. peruenit de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quomodo in visitatione debet procedere contra resistentes.*
2 *Excommunicatio potest ferri sine monitione pro iurium conseruatione.*
3 *Scriptura non requiritur in sententia excommunicationis lata pro defensione iurium.*

An Episcopus possit in visitatione procedere contra resistentes, & eos de facto excommunicare.

DECIS. CCXL.

1 IN visitatione facta in hac Diœcesi fuit dictũ, quod quando Episcopus visitat, & in acta visita-

visitationis visitati resistunt, allegantes exemptionem à visitatione, poterit Episcopus illos de facto resistentes, nisi sint in possessione, quod non visitentur, excommunicare, nullo iuris ordine seruato, nec exemptionem, aut probationem oblatam recipere, aut appellationem admittere tenetur, cum non vt Iudex, sed vt pars pro suo iure seruando procedat, defendendo se gladio spirituali, iuxta text. dispositionem in cap. dilecto de sententia excommunicat. in 6. ex quo fit, vt oblata probatio nequaquam iustificet appellationem, alias si vt Iudex exceptionis legitimæ oppositæ oblata probatio appellationem iustificaret, cap. cum inter Canonicos de electione, cap. interposita de appellat. sed si illi sint in possessione, quod non visitentur, minimè poterit eos excommunicare, vt notabiliter scripserunt Butr. & Innocent. in cap. venerabili de censibus, Soccin. de visitat. quæst. 14. lib. 3. Felin. in cap. sacro de senten. excommunicat. vbi inquit, non esse necessariam monitionem,
2 quoties fit excommunicatio pro iurium defensione, sequuntur Ioan. Andr. Franc. & Dominic. in d. cap. dilecto de sentent. excommunicat. in 6. Dec. in cap. irreprehensibilis de appellation.
3 Lap. allegat. 73. vbi inquit, quod in excommunicatione pro iurium defensione non requiritur scriptura, limitando textum in cap. 1. de sententia excommunicat. in 6. Et quando Episcopus excommunicat pro iurium defensione, Magister Actorum poterit scribere sic Die tali, &c. Dum Reuerendissimus Episcopus exercens iurisdictionem visitando, &c. tales de facto resisterunt, qui Reuerendissimus Episcopus in actu manifestæ violentiæ sibi illatæ pro sui Iuris defensione vim vi repellendo ipsos excommunicauit, & cedulones affigi mandauit, vt à Christi fidelibus euitentur.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio obtineri debet antè diem solutioni destinatum.*
2 *Obligatus cum iuramento soluere in quodam termino ante aduenientem terminum, absolutionem petere debet.*
3 *Archiepiscopalis Curia Neapolitana nullum à iuramento absoluit, nisi per viginti dies ante solutionis tempus.*
4 *Sed vide num. 4. vbi fertur, concedi hodie absolutionem, etiam si vnus dies termini solutionis superesset.*

An concedenda sit absolutio à iuramento ad finem agendi, si vnus dies termini solutionis supererit.

DECIS. CCXLI.

1 NOn est dubium, ante diem solutionis destinatum, absolutionem obtineri debere, sic inquam scribunt Caualc. in decis. 9. num. 22. vol. 1. Barz. in decis. 67. nu. 23. Rota diuers. in
2 decis. 786. par. 3. vndè obligatus cum iuramento soluere in quodam termino, ante aduenientem terminum absolutionem petere debet, quia ipso transacto periurus dicitur, & ad petendum absolutionem eo casu non admittitur, nec si obtineretur valida esset, Roland. in cons. 34. vol. 1. Pedroc. alios cumulans in cons. 1. nu. 210. vol. 1. & in cons. 35. nu. 97. eodem vol. Bellon. in decis. 193. nu. 2. Viuius in decis. 120. num. 31. Rota diuers. in decis. 786. par. 3. vnde Nostra Curia Ar-
3 chiepiscopalis consueuit nullum absoluere à iuramento, nisi saltem viginti dies supersint ad implenda promissa, vel debiti solutionem, vt testantur Oliua in Ritu Curiæ Archiepiscopalis 12. in fine, Afflict. in decis. 31. num. 2. vbi refert, quod in Sacro Consilio fuit facta fides, quod in Nostra Curia Archiepiscopali non conceditur citatio super absolutione à iuramento, nisi ad minus supersint viginti dies termini solutionis pecuniæ, & si per inaduertentiam conceditur, citatio minime operatur suum effectum, licet hodie
4 seruetur aliter in dict. Curia, nam cōceditur absolutio ad finem agendi, etiam si vnus dies termini solutionis superesset, de qua practica testatur etiam Nouiss. in sua praxi eiusdem Curiæ Archiepisc. cap. 4. sub nu. 6. vnde remanet decisus articulus, & concluditur, esse concedendam absolutionem à iuramento ad finem agendi, si vnus dies termini solutionis supererit.

SVMMARIVM.

1 *Testes sunt examinandi cum interrogatorijs partis aduersæ.*
2 *Testes examinati sine interrogatoriis à parte datis, nihil probant, quod amplia vt nu. 5.*
3 *Amplia in ciuilibus, & criminalibus.*
4 *Testes qui iurauerunt in faciem inquisiti, & fecerunt confrontationem, sunt postea repetendi cum interrogatoriis inquisiti.*
5 *Confrontatio obtinet vim repetitionis.*

An testes, qui iurauerunt in faciem inquisiti, & fecerunt confrontationem, sint postea repetendi cum interrogatorijs inquisiti.

DECIS. CCXLII.

1 DE iure est absolutissimum, testes esse examinandos cum interrogatorijs partis aduersæ, vt notatur communiter per illum tex. in c. præsentium de testibus in 6. sequitur Host. in c. per tuas nu. 5. ante medium cit. tit. licet Socc. in l. 1. nu. 3. ff. si cert. petat. dicat, olim ante d. c. præsentium interrogatoria non esse de iure cognita, sed tantum de consuetudine, hodie vero de iure, & consuetudine, vt post eum dixit Grauat. ad Vestr. in praxi lib. 5. cap. 10. num. 16. Monticell. de testibus folio 168. adeo quod te-
2 stes examinati sinè interrogatorijs à parte datis nihil probent, Oldrad. in cons. 323. Scott. in

conf.6.nu.34.vol.1.Cacher.in conf. 65. num. 5.
3 Bursat. consil. 34. volum. 1. quod procedit tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, l. si postulauerit §. quæstione ff. de adulterijs, Clar. in
4 quæst. 23. vers. item quæro, Ex quibus fuit resolutum in Curia Archiepiscopali testes qui iurauerunt in faciem inquisiti, & fecerunt confrontationem, posse repeti ad instantiam inquisiti, cum interrogatorijs eiusdem, non obstante dicta confrontatione; quia iuxta opinionem Spec. in tit. de testibus §. iam de interrogatorijs num. 8. quem sequitur Fel. in c. cum causam num. 6.
6 eodem tit. testes examinati absque interrogatorijs datis à parte, vltra quod nō probant, possunt repeti facere cum interrogatorijs, etiam facta publicatione, Burs. in conf. 358. Viuius opinion. 896. Rota diuers. decis. 84. par. 3. vbi dicit fuisse aliàs resolutum in Rota, testes examinatos sine interrogatorijs partis, repeti datis per eandem partem interrogatorijs, vnde secūdum Farinac. de testibus quæst. 73. nu. 9 testes possunt repeti per reum confrontatum, cum interrogatorijs, ratio, quia tunc pars melius scit quærere circumstantias, secundum Arch. in cit. cap. præsentium, de testibus lib. 6.

6 Non obstat, quod confrontatio obtinet vim repetitionis, secundum Afflict. in constit. si damna clandestina nu. 28. quem sequitur Clar. quæst. 11. Vulpel. conf. 68. Honded. conf. 101. Baiard. q. 48. nu. 33. pro quo facit tex. in cap. in primis 2. quæst. 1. quia respondetur, non per hoc suppleri defectum interrogatoriorū, cum quibus debent testes examinari in ciuilibus, & criminalibus, c. cum causam, c. per tuas de testibus, c. præsentium eod. tit. alias eorum depositio esset nulla, vt communiter per omnes in iuribus antesignatis habetur.

SVMMARIVM.

1 *Vsus speculi, aut phialæ, ad effectum sciendi futura contingentia reddit vtentem vehementer de hæresi suspectum.*
2 *Inuocatio Dæmonis ad sibi impossibilia sapit hæresim manifestam.*
3 *Vsus speculi non est medium impetrandi aliquid à Deo.*
4 *Pactum implicitum sapit naturam pacti expliciti.*

An vsus speculi, vel phialæ, ad effectum sciendi futura contingentia, reddat ipsum vtentem vehementer de hæresi suspectum.

DECIS. CCXLIII.

1 Censuit Curia Archiepisc. in casu occurrenti, talem vtentem prædictis rebus esse vehementer de hæresi suspectum, ac proinde abiurare debere de vehementi, & hoc ex pluribus.
2 Primo, quia inuocatio Dęmonis, ad ea quæ excedunt suam naturalem facultatem, sapit hæresim manifestam, vt habetur per Direct. Inquis. 2. par. q. 43. in fin. vbi assignat rationem, quia tales protestantur se credere Dęmonem esse Deū. Secundo, quia in hoc facto præsupponitur adfuisse candelam accensam, qui videtur actus latriæ, vel saltem duliæ, vt ex eodem Director. vbi supra nu. 2. & 3. Tertio, quia præsumitur, saltem iuris præsumptione pactum cum Dęmone, & probatur ex tertio articulo Parisiensi apud Pegnam in 1. par. Direct. n. 68. vbi dicitur, quod inire pactum cum Dęmone, non sit idolatria, vel species idolatriæ, vel apostasiæ error, & intendimus esse pactum implicitum in omni obseruatione superstitiosa, cuius effectus nō à Deo, vel natura expectatur, vt per Parisiens. DD.
3 vsus enim speculi non est medium, vt patet ad impetrandum à Deo aliquem effectum, non enim Christi fideles hoc medio vtuntur, cum à Deo ipso aliquid petunt, nec Deus ipse per tale medium sua dona impartitur, neque talis vsus ex se naturalem habet efficaciam ad tales effectus producendos, signum est ergo, & quidem vehemens; ac probabile supradicti pacti cum Dęmone, quod proinde sapit manifestam hęresim, & per consequens ipse vtens redditur vehementer de hæresi suspectus, præsertim vero si hanc artem profiteatur, vt inquit Pegna loco citato, & probatur insuper ex Constit. Sixti V. quæ incipit cęli, & terræ, in qua habetur, in tali casu sub nomine Angeli sancti Dęmonem adorari, at Dęmonis adoratio, ex communi hæresim sapit manifestam, quæ secum, vt patet, vehementem suspitionem affert. Neq; obstat si dicatur, quod adoratio non probetur, satis enim est si præsumatur vehementer ad vehementem suspitionē, & per consequens ad abiurationē de vehementi inducendam. In casu autem proposito, & si adoratio plenè non probetur, ex circumstantijs tamen facti probabiliter præsumitur, vt est pręsertim accensio candelæ, vt dictum est, & con-
4 firmatur conclusio ex eo, quod pactum implicitum sapit naturam pacti expliciti, Delri. lib. 2. disquisit. Magic. q. 4. implicita ergo adoratio saltem præsumitur, præsertim si vtens talibus signis magicis sciens, & volens vtatur, & non laboret ignorantia probabili.

SVMMARIVM.

1 *Testis regulariter torqueri non potest, vbi veritas aliter sciri potest, vt nu. 2.*
3 *Testis cogitur per torturam deponere illud, quod verisimiliter scire potest, & nu. 6.*
Amplia etiam in ciuilibus, nu. 4.
5 *Testis vacillans est torquendus. Item quando in facto adfuisse negat, & postea conuincitur interfuisse, vt nu. 7.*
8 *Testis infamis, casu quo à iure admittitur est torquendus, quod amplia vt nu. 9. & 10.*
11 *Testis criminosus non admittitur absq; tortura.*
12 *Ita etiam testis, qui spontè vadit ad se examinandum, quod amplia vt nu. 13.*
13 *Domestici possunt torqueri ad eruendam veritatem de delicto commisso in domo, sic etiam vicini nu. 15.*

16 Vbi

16 *Vbi delictum est commissum in vicinia, vicini capiuntur, carcerantur, & torquentur.*

17 *Testes qui dicunt se non recordari de eis, quæ verisimiliter recordari debent sunt torquendi, præsertim si recordantur de alijs, de quibus minus recordari deberent, vt nu. 18.*

An, & quando testis pro rei veritate eruenda, sit torturę subijciendus, tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus.

DECIS. CCXLIIII.

1 TEstis regulariter torqueri non debet, prout seruatur in omnibus Tribunalibus, & præsertim in nostra Curia Archiepiscopali, secundum Hartaman. in lib. 2. practicar. quæst. tit. 15. obseruat. 11. Bertazzol. cons. 153. num. 5. vbi
2 non intelligit procedere, quando veritas aliter haberi potest, hinc enim deinde euenit, quod de tortura testium non habetur tanta ratio, prout in illa, quæ exigitur in Reo, vnde non exiguntur indicia, quæ requiruntur in Reo, nec habetur disputatio cum Aduocatis, sed totum Iudicis arbitrio committitur, secundùm Barto. & Marsi. in l. vnius §. testes ff. de quæst. Brun. de Indic.
3 cap. 7. in princip. Baiard. & Clar. in quæst. 25. nu. 6. in fine, licet testes cogendi sint ad deponendum quid sciant de negotio, etiam per viam torturæ, si verisimiliter sciunt, vt generaliter tenet Bald. in l. si milites C. de quæst. pro cuius dicto est tex. ad literam in l. vnius §. Testes ff. eod.
4 imò, quod etiam in ciuilibus amplietur hoc dictum, si aliter veritas haberi non possit, tenet glos. in l. ex libero in verbo non vacillante ff. de quæstion. per tex. in l. Diuus eodem tit. Natt. cons. 349. num. 1. & Curia Archiepiscopalis iudicauit in casibus occurrentibus, quod testis torqueri possit ex eo solo, quod actui præsens fuerit, & ita censuit Senatus Pedemontanus in anno 1562. 27. Augusti in Causa Stagnolarum,
5 teste Thesaur. in decisio. 42. vt etiam torquendus est testis, quando vacillat, l. ex libero in verbo non vacillante, sumpto ibi argumento à contrario sensu, & ibi glos. ff. de quæstion. Foller. in pract. crimin. in verbo capiat informat. num. 38. Gomes. de delict. cap. 13. rub. de tortur. Bertazzol. consil. 153. num. 1. lib. 1. Bursat. cons. 216 num. 108. quod verum est etiam in ciuilibus, glos. in d. l. ex libero. in glos. 2. in fin. ff. de quæstion. & alij relati per Farinac. de testibus quæst. 66. num. 115. & sic pariter dicimus in teste, qui verisimiliter est informatus
6 de aliquo facto, & examinatus recusat dicere illius facti veritatem, potest enim in isto casu torqueri, secundum Bald. in l. non solum col. 2. ad leg. Iul. de adulter. Brun. de indit. & tortur. par. 2. num. 13. & 14. Bart. in titu. de tortur. test. num. 2. versic. vel præsumatur scire id, quod negat, vt etiam quando testis negat facto interfuisse,
7 & quod facto interfuerit conuincitur de mendacio, tunc enim, quia præsumitur velle occultare veritatem, etiam torquendus est, Cason. de torment. cap. 10. num. 16. Cirill. in summa crimin. rubric. 29. in titu. de quæstio. §. 30 num. 2. Carauit. in Ritu 87. num. 8. Cepol. cons. 60. num. 9. & secundum textum in l. ob carmen §. si ea rei conditio, ff. de testibus, testis enim
8 infamis casu quo à iure admittitur adhuc torquendus est, Clar. in pract. §. fin. quæstio. 25. Boss. in titu. de tortura testium num. 3. vbi quod ita apud eum practicatur, sequitur Farinac. alios referens de testibus quæstio. 56. num 566. &
9 sequent. quod procedit non solum in testibus infamibus infamia iuris, quos sine dubio ad testimonium non admitti absque tortura in specie voluerunt Alber. in l. ob carmen §. si ea rei conditio, in principio ff. de testibus, Turrecremat. in cap. 3. §. si res, in verb. arenatium 4. quæst. 0. 3. vbi propterea dicit, non admitti sine tormentis, quia ipso iure est infamis, Mat-
10 thesil. in singu. 186. sed etiam in testibus infamibus infamia facti, Barbat. de testibus par. 2. num. 17. Boss. in titulo de tortur. test. num. 3. versic. contrarium tamen, vbi de communi, Clar. in sua practic. § fin. quæst. 25. alij allegati per Farinacium de testibus quæstio. 56. nu. 125.
11 & secundum Baldum in l. presbyteri numer. 1. Cod. de Episcop. & Cleric. testis criminosus neque admittitur sine tortura, sequuntur Cæpol. consi. 60. num. 11. Clar. d. quæstio. 25. & Farinac. de testibus quæstio. 56. num. 161. vt
12 etiam neque est admittendus sine tortura testis, qui sponte vadit ad se examinandum, Barto. in l. ex libero colum. 2. ff. de quæstion. Soccin. in capit. qualiter, & quando num. 196. de accusat. Cason. de torment. cap. 10. num. 18.
13 vbi quod hæc conclusio procedit non solum in testibus vilibus, prout loquuntur præcitati, sed etiam in non vilibus, per Regulam diuinam, quod testis spontaneus concinnat linguam suam mendacio, Ciril. in summa Criminal. Rubric. 29. §. 3. in titu. de quæstio. num. 2. Bur-
14 sat. consil. 216. num. 108. & sic etiam dicimus in domesticis, qui tanquam verisimiliter informati de furto, seu alio delicto domi commisso possunt torqueri ad habendam veritatem super dicto furto, & delicto, argumento textus in l. fin. Cod. de Sicar. & in l. in adulterij quæstione, & ibi Bald. Cod. de adulter. facit text. in l. Dominus Horreorum ff. locati, & in l. consensu §. super seruis Cod. de repud. & sic pariter
15 procedit in vicinis, qui etiam tanquam verisimiliter informati de delicto commisso in vicinia, possunt ad eruendam veritatem si recusant, torqueri, & est ratio, quia præsumuntur verisimiliter informati de factis vicinorum, l. si ita in fin. ff. de fund. instruct. & instrumen. legat. cap. quosdam, & capit. quanto extra de
16 præsumpt. & ideò si delictum est commissum in vicinia, vicini examinantur, capiuntur, carcerantur, ac etiam torquentur, vt indicent delinquentem, secundum Barto. & Baldum in l. Dominus Horreorum ff. locati Marsil. in pract. §. diligenter num. 97. Blanc. de indit. ad l. fin. ff. de quæstio. num. 412. Foller. in practic. crimin. in verbo capiat informatio. num. 53. & 54. vt

etiam debent torqueri testes, qui interrogati dicunt, se non recordari de eo, quo verisimiliter recordari debent, tales enim testes suspecti sunt, Crauett. consil. 9. num. 9. Osasch. cons. 64. nu. 4. nec aliquid probant, vt dixit Farinac. de testibus quæstio. 68. num. 12. & sequent. præ-
18 sertim si recordantur de alijs, de quibus minus, vel saltem æquè meminisse deberent, Bost. in titu. de opposit. contr. test. num. 95. Corrad. in sua practic. in titu. de testibus rubric. de non recordant. num. 53. vbi ponit exemplum, quando testis dicit, se non recordari de his, quæ eodem contextu gesta sunt.

SVMMARIVM.

1 *Olim permittebatur pluralitas beneficiorum.*
2 *Duo beneficia insufficientia obtinenti non potest conferri tertium, absque dispensatione.*

An obtinenti duo beneficia insufficientia, possit tertium conferri absque dispensatione.

DECIS. CCXLV.

1 RAtio dubitandi, quod posset tertium beneficium conferri erat, quoniam olim permittebatur cuilibet plura possidere beneficia, vt notabiliter voluit Panormitan. & eius sequaces in cap. cum iam dudum num. 8. de præbend. Franch. in cap. is cui num. 3. eodem titu. de benefic. Hoyeda de incompatibil. benef. 2. part. cap. 1. & 2. Nauarr. consi. 10. & 19. num. 2. de præbend. & Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 2. num. 141. saltem vbi non esset magna, & nimia multitudo beneficiorum, iuxta tradita per Hoyedam cap. 27 & hodie etiam stante Concil. Tridentin. id licere tenuit Nauarr. cons. 10. de præbend. & in manuali cap. 26. num. 129. & Miscel. 60. de orat num. 13. latè Hoyeda 2. par. cap. 1. à num. 24. qui à num. 32. id probat pluribus rationibus, & fundamentis, & num. 36. dicit, hanc opinionem esse receptam, & approbatam stylo Curiæ, nam post Concil. Tridentin. Romani Pontifices sæpe concesserunt vni plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, ad quam se refert Cened. collect. 150. ad decretales num. 2. & sequitur Paris. in d. lib. 3. quæstio. 1. num. 41. Azeued consi. 10. num. 1. Zerola in sua praxi part. 1. in verbo beneficium num. 7. vnde per Rotam in vna Toletana Sancti Eustarhij 20. Aprilis 1587. coram Gipsio, in qua agebatur de prouis. ordin. facta vni de Rectoria, & alijs sine cura beneficijs, fuit dictum, non obstare Concil. Tridentin. cap. 17. de Reformat. sess. 24. quia Concilium loquitur de pluribus beteficijs simplicibus ad vitæ substentationem non sufficientibus.

2 Cæterum præfatis non obstantibus contrarium fuit dictum ex verbis Concilij ibi, quod quidem si ad vitam eius cui confertur honestè substentandum non sufficiat: licet nihilominus aliud simplex sufficiens conferre; vnde cum Concilium dicat aliud, non est extendendum ad pluralia, & iuxta hanc opinionem seruari in Vrbe testatur Gonzalez glos. 15. num. 39. Caualc. decis. 17. num. 73. part. 2. Cened. collect. 150. part. 2. & quinquies declarasse Sacr. Illustrissimorum Cardinalium Congregationem refert Garz. de benefic. part. 11. §. 5. num. 308. hinc refert Nouissimus in sua praxi cap. 65. quod Cardinalis Iesualdus Archiepiscop. Neapolitanus obtinuit à Papa potestatem dispensandi cum obtinentibus quinque beneficia simplicia non sufficientia ad victum; Quod autem dicatur beneficium sufficiens vide Caputaquen. decis. 65. par. 1. Nauar. Miscel. 62. de orat. Menoch. de arbitrarijs lib. 2. cas. 206. Gomezium de expect. num. 107. Hoyed. cap. 19. par. 2. Bursat. consil. 185. lib. 2. num. 12. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. quæst. 6. à num. 131. Zerola verb. beneficium §. 7. & 8. conclus. princip. Nouiss. dict. cap. 65. num. 3. Gonzales dict. glo. 15. num. 39. Prosperum de Augustino in addict. ad summam Bullarij Quaranta verb. beneficiorum resignationes 8. causa, Azor. inst. moral. 2. par. lib. 6. cap. 10. quæst. 8. & 9.

SVMMARIVM.

1 *Magis credendum est multis, quam paucis.*
2 *Plus creditur Magistro actorum, quam testibus, si testes dicant non deposuisse, quod scriptum fuit per Magistrum Actorum quod etiam vide nu. 3. & 4.*

An Magistro Actorum, vel testibus credatur, si ipsi dicant non deposuisse quod scriptum per Magistrum actorum fuit.

DECIS. CCXLVI.

SÆpè accidit, quod testes examinati per Magistrum Actorum, postea repetiti negant se ita deposuisse, prout Magister Actorum scripserat, quare inoleuit dubitationis articulus in Curia Archiepiscopali, cui potius esset adhibenda fides, & fauore testium dicebatur, quod ille Magister Actorum erat solus, & in omnem casum non potest valere, nisi pro duobus, Abb. in cap. cum Ioannes num. 12. de fid. instrum. ipsi vero testes erant multi, vnde magis erat credendum
1 multis, quam paucioribus, & sic dicebatur sentire glo. in l. in exercendis, C. de fid. instrum. quā in hoc casu ponderat Apostill. ad Barto. in l. 1. §. si quis neget lit. C. & D. ff. quemadmod. testam. aper. quæ voluit in conflictu testium contradicentium scripturæ magis esse stādum dicto quatuor, quàm duorum.
2 Quidquid sit ex supra relatis contrarium fuit conclusum, scilicet, quod magis esset credendum Magistro Actorum de illis, quæ scripserat, quam testibus

testibus deponentibus aliter deposuisse quam scriptum fuit per Magistrum Actorum, testis enim præstito sibi iuramento asserens se aliter deposuisse, quam à Magistro Actorum fuerit scriptum, ipsi Actuario potius, quam testi credendum est. vtpote quia pro Magistro Actorum præsumitur. l. si quis Decurio C. de falsis, cap. ad audientiam de præscript. hocque notant, & expresè tenent Alexan. in consi. 70. vol. 1. Capicein decis. 61. num. 5. & seq. Grammat. decis. 60. num. 18. latè Viuius alios referens in lib. commun. opin. conclus. 930. Thesaur. in lib. quæstio.
3 forens. quæst. 31. vbi num. 7. inquit, quod dum super hac quæstione in Senatu controuerteretur, dicebatur per Dominos, veram esse communem opinionem, vt magis sit standum Notario, quam testibus, modò non essent plures numero, sed quando excedunt numerum duorum, & concludenter deponunt, prout quãdo attestationes, quæ solent recipi extraiudicialiter sine Iudice, & testibus, & non subscribuntur, producuntur deindè iudicialiter, & fit repetitio, & testes dicunt non ita deposuisse, tunc posse procedi per Notarium, & esse locum Inquisitioni, & contra eum vidit in quodam Nitiensi fuisse etiam deuentũ ad torturam; quia tunc vacillat omnis bona fama Notarij, & omnis iuris præsumptio, quæ pro credulitate actuum à Notario conscriptorum adduci solet, præsertim, quando sumus in illis actibus, qui solent recipi à Notario magis vti priuata, quam publica persona, & ita testatur vidisse, eius Genitorem multoties practicatum in illo Senatu, prout in eius scriptis fidem faciebat; sequitur Masul. ad Cap. in decis. 29. vbi ait, in hoc articulo esse videndum Bart. in l. in exer-
4 cendis Cod. de fide instrument. & Guid. Pap. in decisio. 540. qui distinguunt, quod aut Notarius est bonæ famæ, & ei creditur, aut malæ famæ, & ei nulla est adhibenda fides, sed testibus est credendum, Boer. in decis. 118. num. 7. & 9. Iacob. Nouel. in Reg. 212.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ est standum, donec probetur fallentia.*
2 *Regulæ iuris tenaciter sunt obseruandæ, nisi in cõtrarium appareat specialis dispositio.*
3 *Habens regulam pro se, dicitur habere intentionem fundatam.*
4 *Authoritas Tutoris non requiritur in his, quæ sunt merè pupillo fauorabilia.*
5 *Præsentatio facta à pupillo maiore septem annis, absque Tutoris authoritate valet.*
6 *Præsentatio facta à pupillo præualet præsentationi factæ à Tutore, quando ipse pupillus præsentat alium, qui sit idoneus.*
7 *Pupilli non possunt expedire actus eis præiudiciales, absque Tutoris auctoritate.*
8 *Sponsalia possunt contrahi à pupillo maiore septẽ annis.*
9 *Præsentatio facta à pupillo minore septem annis sine Tutoris auctoritate, valida non est.*

ALLEGATIO.

Præsentatio facta à pupillo maiore septem annis, absque vlla Tutoris authoritate, de Iure an valeat.

1 REgulæ standum, inhærendumque est, donec contrarium probetur, & sic donec probetur fallentia, seu exceptio, l. ab ea parte ff. de probat. glos. in l. omnis diffinitio, ff. de regu. iur. Menoch. cons. 238. num. 17. Becc. cons. 93. num. 12. volum. 1. Gabriel. cons. 102. nu. 6. volum. 2. Et nihil mirum, quia præsumitur pro regula, secundum cons. Cephal. 469. post Bart. & Deci.
2 doctrinã in l. 1. num. 8. ff. de regul. iur. regulæ enim iuris tenaciter re ipsa obseruandæ sunt, nisi in contrarium appareat specialis dispositio, vt habetur per Bertran. in cons. 255. num 2. vol. 6.
3 taliter quod regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam, vt firmauit glos. in d. l. omnis diffinitio, ff. de regul. iur. tradiderunt Caualc. in decis. 2. num. 21. in 1. par. Becc in cons. 101. num. 41. vbi latè, & in cons. 89 num. 8. vbi in dubio pronunciandum esse pro regula, inquit, & regulæ iuris tenaciter inhærere debemus, nisi contrarium specialiter inueniamus, Pa-
4 ris. cons. 84. num. 4. Hug. in cons. 65. num. 10. ideo, cum clara sit regula iuris, quod in his quæ sunt merè pupillo fauorabilia, nulla requiratur Tutoris authoritas; Itaque ij possunt absque Tutoris authoritate ab alijs stipulari, vel à creditoribus liberari per acceptilationem, vel pactum de non petendo, iuxta terminos tex. in l. contra iuris, & l. obligari ff. de pact. l. pupillus ff. de acquiren. rerum dominio, l. 2. ff. de accepti-
5 lationibus, propterea consului, quod præsentatio facta à pupillo maiore septem annis, nulla præuia Tutoris authoritate, de iure non corruat, prout est firma iuris conclusio, adde, quod se-
6 cundum decis. Rotæ in antiquis 6. de iurepatr. si Tutor præsentat vnum, & pupillus præsentat alterum, qui sit idoneus, præualet præsentatio facta à pupillo, vt pariter communiter sic etiam sequuti sunt Abb. in cap. fin. ad finem, de cõcess. præbendæ, Anchar. in cons. 355. Ioan. Andr. & Gemin. in cap. ex eodem de electionib. Bart. in cons. 30. Lap. alleg. 3. Calder. in cons. 9. de iurepatron. Rocc. de Curte de iurepatron. in verbo competens num. 12. & 13. in 3. & 4. quæst. Lambert. in eiusdem nominis tractatu art. 9. quæst. 2. par. 1. lib. 2. & iuxta hanc meam opinionẽ fuisse decisum, refert Pereg. qui eandem sectatur sententiam in decis. 100. num. 14. & ratio ea esse mihi videtur, quia licet pupilli absque Tutoris
7 authoritate non possint facere, atque expedire actus eis præiudiciales, toto tit. ff. & C. de auctorit. tutor. tamen facere actus vtiles, & eorum iura conseruaturos eis minimè denegatur §. 1. Instit. de auctorit. tuto. Accedat insuper pro cõprobatione, quia sicuti pupillis maioribus ætate septem annorum non prohibetur per iuris dispositionem sponsalia contrahere, cap. literas,

&cap.accessit,extra de desponsat. impuberum; Ita pari modo,neque denegatur eis posse præsentare,arguendo à materia carnali ad spiritualem,quod argumentum de iure validum est, vt copiosè,& doctissimè habetur per Dominum meum Riccium in Collect. 500. quia præsenta-
9 tio dicitur actus præuius ad matrimonium spirituale futurum inter Ecclesiam, cui præsentatur,& præsentatum literaliter fit in pupillo minore,qui absque Tutoris auctoritate præsentare prohibetur, Calder. cons. 8. de iurepatronat. Lambertin.in d.tract.de iurepatron.lib. 1. par. 2.artic. 14. & sic iuris esse censeo Ego Ioannes Maria Nouarius.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deuoluit causam ad Iudicem ad quem.*
2 *Appellatio legitimè interposita deuoluit negotium principale, & necessarium ad Iudicem ad quem.*
3 *Iudex ordinarius potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ.*
4 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo.*
5 *Iudex à quo potest pendente appellatione exequi sententiam,stante clausula signaturæ iustitiæ,citra præiudicium legitimæ executionis.*
6 *Clausula, citra præiudicium legitimæ executionis, intelligitur prout de iure, & non alteratur per clausulam, quatenus illi locus sit, num. 7. & censetur repetita in qualibet commissione nu. 8.*

Iudex à quo, an possit pendente appellatione exequi sententiam,stante clausula, signaturę iustitię, citra preiudicium legitimę executionis.

DECIS. CCXLVII.

Videbatur prima facie, prædictum dubium negatiuè esse resoluendum,& sic,quod Dominus Vicarius minimè potuisset pendente appellatione exequi sententiam,non obstante clausula signaturæ iustitiæ,citra præiudicium legitimæ executionis,ex eo,quod appellationis effe-
1 ctus est,vt deuoluatur causa,& iurisdictio ad Iudicem ad quem,Franc.in cap.vt debitus notab. 7.sub num.4.de appellat.& quod appellatio deuoluat totam causam , & negotium principale ad Iudicem appellationis , vt scribit post Barto. Castrens. Abb.& Alex.Scacc.de appell.quæst.3.
2 sub num. 13.vbi dicit, quod appellatio legitimè interposita deuoluit non solum negotium principale,sed etiam accessoria , cap. dilectus , & ibi omnes Canonistæ in summario de appellat. & procedit etiam,si appellatio sit interposita à sententia nulla,Castrens.in l.si constat, sub nu. 1. ff. de appellat. Alex.cons.59.nu.1.Scaccia alios re-
3 ferens de appell.q.17. limit.19.nu.8.vbi ex hoc infert,quod licet Iudex ordinarius possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & eam reuocare, tamen quando fuit ab ea appellatum , amplius non potest,quia illius cognitio,& reuocatio tunc spectat ad Iudicem appellationis.
4 Ad eandem opinionem expenditur,quod appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, Franc.in rubr.num.29.vers. Secundo suspendit de appell.& eximit appellationem ab eius iurisdictione,& potestate quoad illam causam Frãc. in cap.directè num.3.vers.vlt. tene menti, de appellat. Lancellot.de attentat.par.2.cap.12.de attentat.& innouat.appellat.pendent.quod habet locum non tantum in appellatione , sed etiam in termino ad appellandum , quia pendente termino ad appellandum nihil est innouandum, Lancellot.de attent.par.2.cap.11.de attent.pendent.appell.nu.1.paria enim sunt secundum eum, pendere terminum ad appellandum,& appellatum esse.
5 Curia tamen Archiepiscopalis iudicauit contrarium,& sic quod D.Vicarius valuisset executioni mandare sententiam, pendente appellatione,stante clausula , sine præiudicio legitimæ executionis , & sic fuit seruatum , vt in proprijs terminis sequitur Marta de claus.claus.139. nu.5. vbi inquit , quod clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis,operatur , quod Iudex à quo possit exequi,non tamẽ impedit, quod executio si non sit legitima non possit reuocari , vt fuit dictum in causa Romana Casalis 24. Nouemb.1581.coram Aldobrand.vt in decis. 149. lib. 2. & quotid. in Placent. fideiuss. 22. Iunij 1591.coram Pegna, & in vna Segobien. operariæ 27. Iunij 1597.coram Pamphilio,& in causa Bracaren. pecuniaria 2. Decemb. 1592.coram Orano,& ideo non impedit , quominus Iudex ad quem non possit absoluere nulliter excommunicatum, vt fuit dictum in vna Placentina fideiussionis coram Pegna , & Segobien. operariæ coram Pamphilio,& ratio est,quia hęc clausula pręseruat tantum legitimam executionem, non autem nullam, vel iniustam , vt in vna Romana Casalis coram Aldobrand. & in vna Segobien.operariæ coram Pamphilio, & hæc clausula in commissione appellationis posita , præseruat iurisdictionem Iudicis à quo , vt possit procedere ad executionem,non obstante , quod pendeat appellatio, Lancellot. de attent. post inhib. cap.20.limit.13.Rot.in decis.641.nu.10. & 11.par.1.diuers.Cæsar de Grass.in decis.3.in fin.de Iudic.& fuit dictum in causa Tarraconẽs. Villæ de reus.8.Februarij 1593.coram Seraphino,& in vna Spoletana pensionis 5. Iulij 1599. coram Corduba, vt refert Marta de claus. dicta claus.139.num.9.qui num.1.inquit , quod
6 hæc clausula,sine præiudicio legitimæ executionis intelligitur prout de iure,idest , quatenus de iure sit locus executioni, Ias.in l. causas num. 7. C.de transact.Crescent.decis.1.de rescript.& fuit dictum in causa Firmana olei 9. Aprilis 1576.coram Blanchetto Hispalen & Caurien. permutationis 21. Martij 1596. coram Gipsio, in qua adest decisio in dicta Firmana olei,& fuit etiam dictum in causa Oueten.beneficij 28. Nouemb.1597.coram Lancellotto, Oritana parochialis 12. Decembris 1597. coram Peregrino,

& ideo

7 & ideo non alteratur per clausulam, quatenus
illi locus sit ad l. cum rectè C. de fideiuss. & fuit
dictum in vna Oritana Parochialis coram Pe-
regrino, & hæc clausula refertur ad summam,
quæ in sententia continetur, & ideo illam non
auget, ad tradita per Couar. in rub. de testam.
par. 2. sub num. 13. & fuit resolutum in causa
Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blan-
chetto, vt in decis. 310. part. 1. diuers. & hæc clau
8 sula censetur repetita in qualibet commissione,
ad decis. Bellam. 42. & Cassad. 8. nu. 5. de rescri-
ptis, & fuit resolutum in causa Nouariensi de-
cimarum 11. Decemb. 1573. coram Blanchetto,
vt in decis. 513. lib. 2. & quotid. fuit dictum in
causa Auellina Archipresbyteratus 6. Aprilis
1590. coram Pegna.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur per multiplicatas præsen-
tationes à tempore immemorabili, & assignatur
ratio, num. 2.*
Amplia vt num. 3.
4 *Præsentationes multiplicatæ non debent esse om-
nes antiquissimæ, sed sufficit, quod adsit vna.*
5 *Probationum facultas, de iure non est angu-
stianda.*
6 *Verba simpliciter prolata, sunt intelligenda ciuili
modo.*

Præsentationes multiplicatæ ad probandum iuspatronatus, an omnes debeant esse antiquissimæ.

DECIS. CCXLVIII.

1 INter modos probandi iuspatronatus in per-
sonis priuatis, deficiente fundationis instru-
mento, præcipuus est per multiplicatas præsen-
2 tationes à tempore immemorabili, & ratio est,
quia ea probata potest allegari fundatio, & do-
tatio, & alius melior titulus de Mundo, cap. su-
per quibusdam §. præterea, & ibi glos. de verbo-
rum significatione, Rota decis. 4. num. 2. de te-
stibus in antiquioribus Bisignetti, Gozadi. cons.
8. nu. 37. Bertrand. consi. 120. num. 3. volum. 2.
Paris. cons. 111. num. 23. & 49. & cons. 27. num.
77. volum. 1. plenissimè Gabriel. lib. 5. commun.
opin. tit. de præscriptionib. conclus. 1. ex nu. 44.
cum sequentib. Puteus decis. 205. num. 2. & 3.
lib. 1. Rota decis. 717. num. 2. par. 1. diuers. tra-
dit optimè in materia nostra Achill. de Grass.
decis. 4. de iurepatronat. vbi allegat infinitos
Mohedan. decis. 3. eod. tit. de iurepatron. Rota
decis. 299. num. 5. par. 1. diuers. & fuit resolutum
in Mediolan. iurispatron. 21. April. 1589. coram
Comitulo, Gabriel. cons. 88. nu. 17. cum seqq.
lib. 1. Quod procedit, licet neque per instrumen
3 ta præsentationum, neque per testes de imme-
morabili deponentes nulla fiat enunciatio, nec
mentio de fundatione, & dotatione, vt decla-
rauit Concil. Tridentin. Sacra Congregatio
in hæc verba: iuspatronatus ex solis præsenta-
tionibus continuis, vltra hominum memoriam
probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de
fundatione, aut dotatione, prout etiam tenuit
Rota, teste Achille de Grassis decis. 4. num. 7. de
iurepatronat. Rota decis. 792. num. 11. par. 1.
diuers.

4 Fuit tamen dubitatum, an præsentationes
multiplicatæ ad probandum dictum iuspatro-
natus omnes debeant esse antiquissimæ, & licet
pro parte affirmatiua allegaretur Caualc. in de-
cis. 17. ex verbis Concilij, ibi siue etiam multi-
plicatis præsentationibus per antiquissimum
temporis cursum, qui hominum memoriam,
&c. nihilominus contrarium censuit Curia Ar-
chiepiscopalis, quod scilicet sufficiat adesse
vnam saltem præsentationem de tempore im-
memorabili, & alias sequentes, ex eo, quod ra-
rò probarentur iurapatronatus, & de iure pro-
5 bationum facultas non est angustanda, l. quo-
niam C. de hæret. cap. quamquam 14. quæst. 1.
6 & facit etiam, quia verba simpliciter prolata,
sunt intelligenda ciuili modo, l. si cui, ff. de ser-
uitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Leuis percussio iudicanda est arbitrio boni viri,
seu Iudicis.*
2 *Leuis percussio dicitur, quæ fit palma, vel pugno,
baculo, vel lapide, dummodò nullum membrum
abscindatur.*
3 *Leuis percussio dicitur, quando quis leuiter malo
animo manum apponit super Clerico, vel acci-
piat eum per vestes.*
4 *Enormis percussio ex quibus iudicetur, & quæ pro
graui percussione fuerint habitæ in Curia Ar-
chiepiscopali referuntur, nu. 5. 6. & 7.*

Quæ, & qualis dicatur grauis, vel leuis percussio.

DECIS. CCXLIX.

HOstiens. in cap. peruenit de senten. excom-
munic. vbi etiam Panormit. & in cap. cum
illorum eod. tit. dixit, quod leuis iniuria iudican
1 da est arbitrio boni viri, seù Iudicis ex circumstā-
tijs personarum, locorum, temporum, modi,
persecutionis, & læsionis, si enim Clerico so-
lemniter ministranti in altari quis leuiter ma-
nus iniecerit non erit iniuria leuis, quæ alias le-
uis esset, sicut è contra quædam est leuis illata
puero, vel in dorso, aut manu, vel baculo, quæ
non esset leuis illata seni, vel in facie, pugno, aut
ense, vel in publico, & communiter percussio,
quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino, in
discipulum, Clericum, filium, aut seruum leuis
censetur: Item secundum Nauarr. in Manuali
cap. 27. nu. 9. quem refert Philiarcus lib. 3. de
off. sacerdotis cap. 33. notab 7. leuis percussio est
2 illa, quæ fit pugno, idest palma, baculo, vel lapi-
de, & vbi nullum membrum abscinditur, aut
dens euellitur, nec multum sanguinis emittitur;
Asten-

Astensis verò par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 4. quæst. 2. & Syluest. in verbo absolutio 4. in princ. dicunt, leuem esse illam, quando quis leuiter malo animo manum ponit super clerico, vel accipiat eum
3 per vestes, vel habenas, aut eum trahat. Tandem iudicatur leuis percussio, etiam si sit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum ex Card. cons. 42. vbi concludit, percussiones duorum Clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus ad inuicem se se percusserint, fuisse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.

4 Grauis verò, & enormis percussio ex multis iudicatur, secundum Sayr. lib. 3. cap. 28. Primò ex magnitudine facti, Secundò ex persona læsa, Tertiò ex persona lædente, Quartò ex scandalo, Quintò ex irreuerentia, Sextò ex loco, Septimò ex loco vulneris, Octauò ex facti notorietate, quæ omnia tunc demum inducunt grauem percussionem, quando percussio est in se notabilis, & scandalum magnum pariat, vnde in Curia Archiepiscopali iudicata fuit grauis percussio
5 facta cum baculo quinque, vel sex vicibus; licet non adfuerit sigillatio carnis, vel vulnus, & fuit
6 iudicata grauis percussio facta in persona Confessarij cuiusdam mulieris agonizantis, cuius guttur quidam laicus fortiter manibus comprimebat, ita vt si ab alio non fuisset impeditus ipsum suffocasset ratione personæ dicti Confessarij, qui vltra vitæ integritatem erat superior in suo Monasterio insigni; ratione scandali, quod fuit magnum in Ciuitate; nam dictus Confessarius accesserat ad domum dictæ mulieris pro commendatione Animæ; & percussor, qui erat consanguineus mulieris prætendebat, mulierem consilio Confessarij fecisse quoddam legatum pium in præiudicium consanguineorum. Locus etiam percussus erat in consideratione, iuxta textum in l. vulneris, ff. de iniur. est enim gutturis percussio nimis periculosa, & alias fuit iudi-
7 cata in eademmet Curia grauis percussio duorum Clericorum, qui inuicem pugnis se percusserunt sine sanguinis effusione, & sigillatione carnis coram Sanctissimo Sacramento, quod Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Iesualdus Archiepiscopus, fœlicis memoriæ deferebat per hanc Ciuitatem in publica processione repositionis Sanctissimi Sacramenti in nostra Ecclesia Catedrali, in qua habita fuerat oratio quadraginta horarum, & fuerunt grauiter puniti.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet dispositio, intelligitur facta ad tempus præsens, sed vide nu. 12.*
2 *Restitutio facta alicui, non procedit ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum reperuenta, quia restitutio intelligitur de bonis, quæ tunc erant Fisci.*
3 *Stuprator non dotat Virginem, quam stuprauit, si ipsa deindè ab alio se fecit cognosci.*
Aucta familia non debetur ius pascuum, ibid. sed contrarium est verius nu. 13.
4 *Priuilegium extenditur ad futura.*
5 *Immunitas simpliciter concessa, censetur etiam concessa ad bona futura.*
6 *Beneficia Principis latissimè sunt interpretanda.*
7 *Iurisdictio concessa Castro, extenditur etiã ad territorium auctum.*
8 *Vniuersitas non potest, vno, eodemque iure censeri.*
9 *Priuilegium exemptionis pedagii, comprehendit terras postea constructas à Principe.*
10 *Concessis functionibus fiscalibus, venit etiam augmentum futuræ numerationis.*
11 *Procurator simpliciter constitutus, censetur etiam ad causas futuras.*
12 *Declaratur regula, quod quælibet dispositio habet locum ad tempus præsens.*

ALLEGATIO.

An immunitas concessa Vniuersitati comprehendat Incolas, & focularia, quæ de nouo accesserunt.

CVm fuisset articulus huius quæstionis mihi propositus, prima facie videbatur dicendum, dicta focularia minimè comprehendi, ex
1 eo, quod quælibet dispositio facta, est intelligenda, habito respectu ad tempus præsens, l. si ita, vbi Bart. num. 5. ff. de auro, & argento legato, l. si continuus §. cùm quis ff. de verbor. signif. l. stipulatio §. cum stipulatur ff. eod. concordat tex. in l. si stipulatur ff. de verbor. signif. vbi verba contractus debent referri ad tempus eiusdem contractus l. Futilia Polla ff. de contrahenda emptione l. in delictis §. si extraneus ff. de Noxal. l. nõ modus C. de seruit. confert regula legis Codicis, quod verba indefinita testatoris referri debent ad tempus testamenti, l. fin. ff. de legat. 2. l. nomen §. 1. & l. vxorem §. testamento ff. de leg. 3. l. Aurel. §. 1. ad finem, & l. 3. §. fin. ff. de liber. leg. nemo enim videtur loqui de eo, quod pendet ab euentu futuro, cum hoc ignoret l. in lege ff. de contrahen. empt. latè Ias. in l. 3. §. illud ff. quod quisque iuris, & ideo concessio decimarum facta laico in feudum, nõ comprehendit futura, cap. tua nos §. fin. de decimis, facit doctrina Isernię in cap. 1. de vassall. decre-
2 pitæ ætatis, vbi notat, quod restitutio facta alicui minimè locum habet ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum reperuenta, quia restitutio est intelligenda de illis bonis, quæ eo tempore erant fisci, & non sunt in consideratione habenda futura, etenim regula est, quod quælibet dispositio sit intelligenda, rebus sic stantibus, l. fin. ff. qui satisdare cogantur, l. cum quis, ff. de solutionibus, l. quod seruus ff. de obliga. ob caus. latè Tiraquell. in l. si vnquam in princip. num. 166. Cod. de reuocandis donationibus, Corneus dicens ita de consuetudine seruari in cons. 83. lib. 4. Crauetta in cons. 264. versic. nec dicatur, Carocc. de iuramento litis decisorio, quæst. 5. nonæ quæstionis principalis num. 39. & 40. &
3 in decis. 58. nu. 9. vbi ex hac regula, & alijs decidendo

dendo

dendo sequitur, quòd licèt stuprans virginem tenetur, vel eam dotare, vel in vxorem ducere, vt patet ex dispositione tex. in cap. 1. & 2. de adult. tamen si postea ipsa virgo fecisset se cognosci ab alio, minimè ei est constituenda dos; Insuper facit, quòd aucta familia, vel rei seruitus, ius passiuum non augetur, Felyn. Ioan. Andr. & Abb. in c. quanto de censibus, Boer. in decis. 113. nu. 11. Imol. in Clement. litteras de rescriptis num. 5. & hanc sententiam probat text. in l. non modus, vbi glos. & Doctores C. de seruit. & aqua, vbi dicitur, si post seruitutem constitutam augeantur prædia, quod seruitus non augeatur, idē probat tex. in l. Iulianus in fine cum l. seq. ff. de legat. 3. vbi notatur, quod legato fundo cum instrumento, non veniunt Instrumenta post tempus testamenti reperta, præterea confirmat etiā id, quod aucta familia eius, qui ius incidendi ligna in sylua alterius habet, minimè augetur ius incidēdi, vltra modum antiquitùs obseruatum, doctrina est Alber. in l. cui fundus ff. de condit. & demonstr. quam sequitur Cępol. de seruit. Vrbanorum prædiorum cap. 50. num. 18. eandem quoque confirmat, qui iure concludit de eo, qui singulis annis tenetur gratis molere frumentum alterius, pro se, & familia sua: quod scilicet is auctæ familiæ gratis molere non teneatur, Butricar. Hostien. & Abb. in citato cap. quanto de censib. Boer. in decis. 113. nu. 9. sic pro conclusione etiam facit, eum qui tenetur suscipere dominium cum familia non teneri suscipere familiam valdè auctam, Alex. cons. 178. nu. 16. lib. 2. vt etiam dicitur, quando quis scilicet promisit suis sumptibus conseruare pontem, qui non teneatur eam partem seruare, quam per vim fluminis fuit extensa, vt sequitur Boer. in cit. decis. 113. nu. 9. in fin. post Bald. & Salyc. d. l. non modus C. de seruit. & aqua.

His tamen in nihil obstantibus, contrariam opinionem de iure esse veriorem existimaui, etenim priuilegia extenduntur ad futura; cap. quia circa, vbi Scribentes de priuilegijs, Bart. in
4 leg. de dam. infec. §. si quis vicinus de damno infecto, Ias. in l. si ex toto num. 11. & 12. ff. de legat. 1. Castr. cons. 24. lib. 2. Paris. cons. 68. lib. 1. Franc. Marcus in decis. 425. num. 7. volum. 2. Rota in antiquis in decis. 33. num. 13. de præbendis, vbi concludit clausulam, non obstante tollere etiam impedimentum futurum, quod habet locum etiam quoad constitutiones, & consuetudines futuras, vt probarunt Ias. Barto. & Bald. in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat. 1. latè Tiraquell. de retractu in præfatio. num. 18. qui generaliter concludit, idem esse in lege, quotiescunque per eam tollitur aliqua consuetudo tanquam irrationabilis; insuper facit ad idem consilium Bart. 59. vbi scripsit, immunitatem simpliciter concessam, censeri concessam etiam ad bona postea quæsita, & sic ad
5 futura, vt pariter sequuti sunt Ias. in consi. 25. lib. 2. Paris. in d. cons. 68. num. 7. lib. 1. Cacher. in decis. 136. Ruin. in cons. 217. nu. 1. volum. 1. vbi probat, procedere non solum respectu concedentis, sed etiam respectu tertij, Couarr. variarum resolution. lib. 1. cap. 13. colum. fin. &

ideo qui potest tenere quæcumque animalia in pascuis, potest etiam tenere futura animalia, Cassaneus in Consuet. Burgundię, rub. 9. §. 4. in glo. penul. & Regno pars noua accedens, debet iuribus Regni censeri, Ias. in l. fin. vers. ad prædicta C. de verb. signif. vt etiā dicimus, quod priuilegium de non soluendo decimam, extenditur etiam ad decimas futuras, cap. quia extra de priuilegijs, & quod debeatur quarta clericis etiam pro redditibus Ecclesiæ nouiter acquisitis, cap. cognouimus 12. quæst. 2. & iurisdictio concessa in aliquo Castro exercetur in nouos Incolas, Cancer. in lib. pract. quęst. cap. 2. volum. 1. Lauden. in suo tract. de Castell. conclus. 32. vlte-
6 rius insurgit, quia beneficium Principis, quam plenissimè est interpretandum, & accipiendum cap. cum dilecto de donation. cap. quia circa de priuil. cap. olim de verbor. signif. enim liberalitas Principum freno subiacere non debet, leg. sancimus §. exceptis C. de donatio. l. cum multa, C. de bonis quæ liber. sunt enim Principum concessiones in augumentum interpretandæ, l. hac saluberrima C. de præpos. agen. in reb. lib. 12. & ideò in beneficijs eorum est recedēdum à stricta interpretatione verborum, & ad amplam, quānis in propriam accedendum, Francis. March. in decis. 365. num. 29. & in decis. 454. num. 28. volum. 1. Grammá. in decis. 59. num. 48. vnde euenit, quod verba enunciatiua Principis ex certa scientia prolata dispositionem inducunt, Innocen. in cap. cum ab Ecclesia num. 3. de offic. ordinarij, Bellam. in decis. 741. nu. 9. post Bart. in l. sodales nu. 1. C. de collegijs illicitis, adhuc corroboratur ex doctrina Suarez in allegat. 6. num. 8. vbi notat, iurisdictionem Castri con-
7 cessam, ad territorium postea auctum extendi, vt pariter ei adstipulatur communis Scribentium sententia in l. 1. ff. de leg. 1. dum scribunt, priuilegia vnius Ciuitatis alteri concessa, intelligi concessa, & futura, prout post Ripam, Crauettam, & alios refert Beringar. in d. l. 1. ff. de
8 legat. 1. denique consolidatur, quia concessione facta Vniuersitati, quæ minimè potest vno, eodemque diuerso iure censeri; l. peculium ff. de leg. augumentum etenim eiusdem est conditionis, cuius est res cui accedit, l. inter socerum §. inter ff. de pact. dotalibus, l. si conuenerit la seconda §. si nuda ff. de pignorat. actione, l. etiam ff. de iure dotium, Menoch. in cons. 201. nu. 143. lib. 3. Rebuff. in sua praxi beneficiali in titu. de rescript. num. 46. copiosè Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 18. num. 51. & probat benè tex. in l. fin. C. de alluuion. qui loquitur in functionibus fiscalibus; & eo magis procedunt in Vniuersitatibus, vt in casu quæstionis nostræ, in quibus, dato augumento, vel diminutione res semper dicitur in eodem statu permanere, l. grege ff. de legat. 2. & iuxta hanc opinionem facit quod decidit Guid. Pap. in decis. 489. cui accedit Francis. March. in decis. 425. num. 8. volum. 2.
9 Dum voluerunt, Priuilegium exemptionis solutionis pedagij comprehendere terras deinde à Principe constructas, vt etiam consulendo se quutus est Anna cons. 61. volum. 1. vbi doctè, & optimis rationibus comprobat, quod concessis sun-

10 functionibus, veniat etiam augumentum futuræ numerationis, vt pariter est decisio, seu consultatio Valasch. 40. vbi inquit, quòd si extat forus antiquus, quo cauetur, vt de tritico, vino, & lino soluatur octaua pars Domino terræ, cæterum de oleo, frugibus, hominibus nihil soluatur, si agricolæ illius territorij in terris cultis, ex quibus de tritico soluebatur octaua pars plantauerit arbores oliuarum, & similiter in alijs dometis, & terris incultis, non tenentur de illis oliuis nouiter plantatis octauam soluere, sicut cogebantur de tritico, vt in simili etiam deciderunt Faber in decis. 19. & Cacher. in decis. 136. dum scripserunt, quod immunitas concessa pro bonis personalibus, extendatur etiam ad futura, vt pariter quoque iudicauit Rota Roman. in decis. 413. in nouis, & voluit Verallus in decis.
11 393. par. 2. dum dixerunt, quòd procurator simpliciter constitutus, censetur etiam ad causas futuras, & sic est insuper decisio Thesaur. 59. vbi refert, Senatum Pedemon. iudicasse, quod Sindicus ab Vniuersitate, seu Capitulo constitutus ad singulas, & omnes causas, ad futuras quoque censetur constitutus, & iuxta hanc meam opinionem in proprijs terminis fuit decisum in Regia Camera sub die 26. Septembris 1562. cũ Vniuersitate Trani, vbi fuit iudicatum, quod immunitas concessa Vniuersitati, comprehendat etiam focularia, quæ de nouo accesserunt, & accedunt, vt refert Regens Moles decis. 1. quas habeo manu scriptas.

12 Non obstant in contrarium allegata, & primo, quod quælibet dispositio debet intelligi ad tempus præsens, & verba debent referri ad ea, quæ sunt tempore contractus, quia respondeo, illa habere locum, quoties agitur de præiudicio tertij, vt in d. l. si ita ff. de auro & argen. legat. vbi agebatur de præiudicio hæredis, si obuenientia post testamentum venirent in legato: vel respondetur secundum Ann. post Angel. & Barto. in conf. 61. nu. 41. quòd licet verbum præsens non trahatur ad futura, tamen fallit, quoties dispositio esset facta per nomen collectiuum, vt in casu quæstionis nostræ.

Non obstat secundo doctrina Iserniæ in cap. 1. in fin. de vassal. decrep. ætatis, dum dixit, quòd restitutio facta alicui, minimè locum habet ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum re peruenta, quia restitutio intelligenda est de illis bonis, quæ eo tempore erant fisci: nam respondeo, quod termini Iserniæ non sunt applicabiles, & habent illam rationem; quando enim fit restitutio, Princeps censetur restituisse quoad bona, quæ habet fiscus de præsenti, & non quo ad illa, quæ est habiturus in futurum, quæ fiscus habet ex noua causa, & ex nouo iure, termini verò nostri loquuntur; quando augumentum subcrescit ex eadem re concessa, & per nomen collectiuum, quæ res à sui natura recipit augumentum, & diminutionem.

Nec tertio obstat illa regula iuris, quod quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus, nam respõdeo, non habere locum in Vniuersitate, in qua, dato augumento, vel diminutione res semper dicitur in eodem statu permanere, d. l. grege ff. de leg. 1.

13 Denique non obstat, quod aucta familia, vel re, cui seruitus debetur, non augetur ius passionum, nam respondeo, contrarium esse verius, enim vt supra fuit formatum augmentum subcrescit, ex eadem re concessa, quæ à sui natura recipit incrementum, & diminutionem, & qualiter sentirent commodum, si dicta familia diminueretur, ita pari modo debent sentire incõmodum, cum familia augetur, ex terminis tex. in cap. qui sentit ff. de regu. iur. in 6. l. vnica C. de caduc. tollen. vbi, qui sentit commodum onus etiam vt ferat æquum est, ad quem verò spectat emolumentum, vt expensas quoque ferat, rationi consentaneum est, cap. Ecclesiastici 12. quæst. 2. & sic sentio.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debent subministrari filio, & filiæ pendente lite super hæreditate paterna, quod amplia vt num. 6,*

2 *Idem in pronepote, & quolibet descendente à testatore.*

3 *Etiam quod ius pendeat de alimentis præstandis, idem procedit in sorore nu. 4.*

5 *Frater litigans petens successionem fratris debet habere alimenta.*

7 *Accusato de crimine, cuius bona prætenduntur cõfiscari pendente lite debent subministrari alimenta.*

8 *Clerico, qui à beneficio est suspensus, nisi habeat alia bona debentur alimenta.*

9 *Collegiato, qui de Collegio est expulsus debentur alimenta pendente lite.*

10 *Mercatori, si capiuntur ei bona, & sequestrantur, alimenta debentur.*

11 *Pupillo litiganti contra patruum de inofficioso testamento alimenta debentur.*

12 *Alimenta debentur etiam pendente lite, & processu ipsorum alimentorum.*

13 *Vxori accusatæ de adulterio lite pendente sunt subministranda alimenta, quod amplia vt num. 15.*

14 *Alimenta, & litis sumptus iuridicè postulat alter ex coniugibus, vbi litigant de dirimendo matrimonio.*

16 *Mulier agens remedio l. si constante ff. solut. matrimonio interim dum lis pendet postulat alimenta.*

17 *Alimenta lite pendente tenetur subministrare creditor debitori inopi, quem pro debito ciuili fecit in carcerem detrudi.*

18 *Monaco litiganti cum Abbate debentur alimẽta.*

16 *Alimenta præstita lite pendente, actore succumbente non sunt Reo restituenda.*

20 *Refertur consultatio D. Ioan. Mariæ Nouarii, quod in casibus prædictis non sit danda cautio de restituendis præfatis alimentis, & reprobatur Couar. contrarium tenens.*

21 *Quando cautio danda est, iura de hoc mentionem faciunt.*

Ali-

Alimenta præstita lite pendente, an Actore succumbente sint Reo restituenda.

DECIS. CCL.

LIte pendente alimenta non esse deneganda nemo est qui dubitat, hinc enim videmus
1 quod de iure clarum est, vt pendente lite super hæreditate paterna, facienda sit filio, vel filiæ petenti hæreditatem patris prouisio de alimentis, ex textu in l. qui de inofficioso, ibi vt interim possideat ff. de inofficioso testamento, & l. si instituta ff. eodem titu. Afflict. in decisio. 11. vbi eam firmat ex decisione Rotæ in nouis 2. de iudicijs, & secundum Couar. in lib. pract. quæst. cap. 6. versic. quantum idem dicendum est in
2 pronepote, & alio quouis descendente à testatore, & prædicta conclusio procedit etiam, quod lis vertatur, & pendeat de alimentis præstandis,
3 Ludouic. in decis. 46. num. 2. & 3. Gabriel. consi.
4 25. num. 13. & 14. hinc soror litigans cum fratre, & petens legitimam patris debet habere alimenta, Cephal. cons. 117. num. 7. Ludouic. in
5 decis. 46. num. 3. hinc fratribus, & alijs successoribus ex testamento non raso, nec cancellato, vel ab intestato, quoties ex aduerso negatur, bona illa quæ petuntur, ad mortem vsque fuisse à defuncto possessa, vel eorum dominium illum habuisse, donec mortem obierit eis alimenta debent præstari pendente lite, Couarr. practic. quæst. cap. 6. num. 6. versic. nec tamen negaue-
6 rim, & prædicta conclusio, quod alimenta debeant præstari filio, & filiæ inopi petenti hæreditatem patris pendente lite, procedit etiam in prima instantia, etiam nulla sententia adhuc lata, prout firmant Afflict. in decis. 10. & decis. 11. Cephal. cons. 117. num. 5. Couar. pract. quæstio.
7 cap. 6. num. 9. Ludouic. in decis. 46. nu. 7. vbi ex quo bona confiscantur, & interim Iudices capiunt bona ipsius, tunc ei debet fieri prouisio, vt ex illis bonis saltem pendente processu alatur, & Iudex aliquam pecuniam pro alimentis eius capi in singulos annos iubebit, argum. leg. ait prætor in fine, & l. filius ff. de iure deliberand. Rebuff. de senten. prouision. in præfatio. num. 143.
8 & 144. hinc clerico suspenso à beneficio debet interim fieri prouisio cum fructibus ipsius ad vitæ subsidium, si nihil aliud possideat, cap. prætexit, & ibi Præpos. colum. 2. distin. 32. Rebuff. de senten. prouision. num. 110. hinc Collegiatus
9 si de facto à Collegio fuerit expulsus, debet pendente processu ali, & prouisio illi fieri si sit pauper, Bologn. in Auth. habita C. Ne filius pro pa-
10 tre, Rebuff. vbi supra num. 115. hinc Mercatori extero, si ei capiuntur bona, pendente lite fiet prouisio, vt ex his bonis alatur, si aliundè facile non posset vbi ali, nisi Mercator illa bona furripuisset, vel deliquisset, Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 4. versic. vnde apparet, vbi dicit, quod alimenta litiganti pauperi ex bonis, quæ ei ablata fuerunt, & quæ præsumebantur ipsius etiam propria, quæ ipse possidebat, quibus priuata auctoritate fuerat spoliatus, & deniquè ipsi restituentur, si fideiussores dedisset, & tamen non
11 datis fideiussoribus non restituuntur, hinc pupillus vbi contra patruum patris hæredem agit querela inofficiosi testamenti, si pauper sit, debet habere alimenta, l. qui de inofficioso, & l. si instituta §. de inofficioso ff. de inofficioso testamento, Cephal. cons. 714. num. 1. volum. 5. Couarr. pract. quæst. cap. 6. num. 9. & quando de
12 alimentis agitur etiam pendente lite, & processu alimentorum, alimenta interim debentur, Rebuff. ad Constitut. Galliæ tom. 1. de sentent. prouis. artic. 1. glo. 2. num. 29. Ludouic. in decis. 48. num. 2. & sequent. Cephal. cons. 127. num. 30. volum. 1. Gabriel. cons. 25. num. 13. & 14. Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 8. hinc vide-
13 mus in vxore, quæ si contingat accusari ex capite adulterij commissi, & lis contestatur, lite pendente alimenta ei debentur, cap. ex parte in fine de accusat. Afflict. in decis. 10. vbi sic bis decisum in Sacro Consilio refert, Triuisan. in decisio. 16. lib. 2. num. 6. Valasc. in decis. 1. num. 4. vbi sic seruari in illa Curia testatur, & pari quoque
14 modo dicit, si alter ex coniugibus litiget super matrimonio dirimendo, poterit lite pendente petere alimenta sibi, & litis sumptus decerni ex sententia, Abb. in cap. ex parte num. 10. de ac-
15 cusat. cuius alimentorum sententiæ executio per appellationem interpositam non retardatur, Bart. in l. mela num. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. Aretin. cons. 97. num. fin. Grammat. cons. ciuil. 146. num. 14. & quoque mulier agens
16 remedio l. si constante ff. solut. matrimon. interim dum lis pendet, rectè postulat alimenta, & litis sumptus ex bonis sibi dari, quemadmodum voluit Cyn. in l. vbi adhuc num. 14. C. de iur. dot. Bero. in cap. nauiganti num. 44. & 45. de vsur. & deducitur ex l. fin. de ordin. cognit. vt
17 etiam videmus cum creditor ex causa ciuili facit aliquem pro debito carcerari, & carceratus non habet vnde se alat, nam Actor subministrat Reo alimenta lite pendente, iuxta glos. in l. fin. in verbo agnoscere C. de erogat. milit. annon. Alex. in l. Sanctum num. 3. ff. de rerum diuis. Angel. in l. minimè C. de appellat. & in Mona-
18 co litigante cum Abbate, quod Abbas teneatur præstare alimenta, etiam si Abbas inquirat contra Monachum, dixit Abb. in cap. cum contingat col. 14. versic. quod ergo formam de foro competenti, Cephal. cons. 714. num. 41. vol. 5. Soccin. iun. cons. 8. num. 2. volum. 3. quæ omnia adeo fuerunt pro vero habita in Curia Archiepiscopali, quod cum in ea egisset frater petitione hæreditatis contra alium fratrem, & ei opponeretur de illegitimitate, fuit ei soluta quædam pecuniæ quantitas interim pro alimentis, & fuit prouisum, & dictum, quod etiam si suc-
19 cumberet, non teneretur illam restituere, vt in proprijs terminis est doctrina Masuerij in sua praxi in titu. de possessione fol. 30. colum. 1. & sequuntur Boer. in decis. 334. num. 3. Afflict. in decis. 152. num. 4. Valasc. in decis. 1. sub num. 7. & secundum glo. in l. fin. C. de Carbon. edict. ista alimenta, vbi præstantur lite pendente à parentibus filijs ex præsumpta, vel probata summaria

matria filiatione, & mandato Iudicis exhibentur, non repetūtur posteà, etiam si constiterit in plenaria cognitione & processu principali alimentorum filium non esse illius, quem vt verum parentem in iudicium vocauit, quam glos. sequuntur frequentius iuris ciuilis Interpretes, secundum Couarr. practic. quæst. cap. 6. circa fin. Franc. Marc. in decisio. 364. in fine, cui sententię non parum suffragatur dispositio tex. in l. 1. §. interesse ff. si mulier ventr. nomine in poss. mis. calumn. causæ esse dicatur, quatenus ex causa de qua ibi permittitali non alendum, nec cogit restituere non data calumnia, vnde euenit
20 optimè consuluisse D. Ioannem Mariam Nouarium, opinionem Couar. pract. quæst. cap. 6. vers. tertio requiritur, vt scilicet, quod in casibus, in quibus præstantur lite pendente alimenta danda sit cautio de restituendis præfatis alimentis, vel in fine litis computandis, eò magis,
21 quia quando cautio danda est, iura de hoc mentionem faciunt l. peto §. fratre ff. de leg. 2. l. Imperator ff. ad Trebell. & hanc sententiam contra Couar. & eius sequaces tenent Gozadin. in consi. 47. nu. 10. & Valasc. in d. decis. 1. nu. 7. vbi hoc defendent.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium præsumitur in loco originis, nisi probetur esse mutatum.*
2 *Quando & quoties domicilium mutatum censeatur, & ex quibus coniecturis num. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Clerici exteri quomodo declarentur Ciues Neapolitani per Curiam Archiepiscopalem.*
10 *Ordinari an possit quis sine dimissorijs ab Episcopo loci, in quo habet beneficium simplex non requirens residentiam.*

Qualiter, & quomodo ciuilitas alicuius loci acquiratur.

DECIS. CCLI.

1 PRæsumi domicilium in loco originis, nisi probetur esse mutatum, docet Bald. in l. fi. col. 2. post nu. 2. vers. sed sufficit C. si à non competent. Iudic. & colligere est ex contex. leg. assumptio iuncta glo. super verbo mutare, & glosa super verbo non domicilium in fin. ibi tu dic ff. ad municipal. & sensit Socc. in rubr. ff. solut. matrimon. num. 23. vers. quantumcumque domicilium originis, quod & comprobat Iuriscōsult. in l. nihil ff. de capt. & postlim. reuers. quod si quis probare voluerit esse mutatum ex eo pla
2 num facere poterit, quod venditis quas alibi possidebat rebus suis in aliam Vrbem cum familia demigrauit, mutasse namquè domicilium & in ea esse velle sedem suam constituere, colligitur ex Sceuolæ responso in l. prædia §. fin. ff. de fund. instruct. & eleganter id scripsit Alciat.
3 in l. pupillus §. incola ff. de verb. signif. ex protestatione quoque id probare poterit, vnde qui statim vbi habitare vrbem cæpit, & velle se in ea domicilium constituere affirmat, absque mora incolatum acquirit, vt idem dixit Alcia. ibid. permotus Abb. auctoritate in cap. fin. de
4 paroch. cui sententiæ se subscripsit Gayl. lib. 2. practicar obseru. obseruat. 35. num. 7. vers. licet autem præterea mutare, & constituere domicilium in ea Vrbe is præsumitur, qui priuilegium impetrauit, quo ius Ciuitatis petebat, ita respōsum est à Dec. in cons. 283. num. 11. quem refert & sequitur idem Alcia. vbi supra, ad hæc clericus sæcularis habens beneficium exigens residen-
5 tiam, vtporè curatum præsumitur ibidem sortiri domicilium, secus si non requirat residentiam, per context. in cap. dilectus il 2. de rescript. vbi amplè Felin. ita traditum est à Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. de non resid. nu. 74. vers. ad hæc Clericus postremò id commodè probabit, si ostendet, quem alibi assiduè habi-
6 tasse, vt secundum nonnullos per 10. annos iuxta sententiam glos. in l. hæres absens §. proindè in verbo debebit, ibi item ratione cursus temporis, ff. de iudic. Bald. in cons. 393. num. 2. per decennium enim acquiri domicilium testatur glos. in l. lex Cornelia §. si tamen in fundum, super verbo non habet, & ibidem Bart. num. 1. & Alber. ff. de iniur. cui sententiæ omnes consen-
7 sisse, testis est Riminald. in cons. 438. num. 26. & quod assidua habitatio arguat contractum esse domicilium, prodidit Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 86. num. 15. vbi omnes ita sentire scripsit, idem placuit Alciat. in l. pupillus §. incola ff. de verb. signif. quem refert, & sequitur Suarez in Thesaur. recept. sentent. in verbo domicilium il 1. licet alij dixerint, vt non satis sit spatium decennij, sed id relinquen-
8 dum esse Iudicis arbitrio, vt per Abb. in cap. fin. num. 8. vers. vltimo quæro de paroch. & Feliu. in cap. dilectus filius il 2. num. 12. vers. primus casus de rescrip. & respondit Dec. cons. 283. nu. 11. atque Paris. in cons. 12. num. 17. lib. 3. qui Iudex etiam minori tempore decennij arbitrar, poterit contractum esse domicilium, iuxta locii & personarum conditionem, habetur per Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 1. casu 86. post num. 16. vers. ego absolutè, quod idem videtur induere Vbal. in tract. de Canon. Episco. & paroch. cap. 7. vers. octauo quæro nu. 10. vbi ex sententia Ioan. in cap. is qui de sepult. lib. 6. asserit, minori spatio quam decennali domicilium constitui; qua in materia sunt etiam viden di Afflict. in decis. 384. & Guttierez de matrimonio cap. 65. vbi scribit de domicilio requisito contrahentium in aliquo loco, adhoc, vt ibi sortiatur proprium Parochum, qui assistere possit, & debeat matrimonio, iuxta decretum Sacr. Concil. Trident. vt etiam trado Ego ipse supra in decis. 106. hac ead. par.
9 In Curia Archiepiscopali vero seruatur, quod Clerici exteri, qui cum dimissorijs suorum Ordinariorum in Ciuitate Neapolitana morantur, quamuis declarent se habere animum contrahendi domicilium in ea, & per longum tempus in ea

in ea habitauerint, non admittuntur ad Ciuilitatem Neapolitanam, nisi capta informatione, quod in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiu Neapoli habitauerint, quod præsumptio sit amplius non habere animum redeundi ad patriam, & postea mediante decreto declarantur ciues Neapolitani, & nisi prædicta fiant, non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines sine dimissorijs suorum Episcoporum, nec etiam permittuntur celebrare Missas in Ciuitate, & Diœcesi, & causa huius antiquæ obseruantiæ fuit, quod multi Clerici delinquentes condemnati ab eorum Episcopis accedunt ad hanc Ciuitatem, & non valentes amplius obtinere litteras dimissoriales à suis Episcopis pro exercendis ordinibus susceptis, vel pro suscipiendis, de facili declarant se habere animum habitandi in ea, & nisi aliter fieret Ciuitas Neapolitana abundaret pessimis clericis, ad notata in cap. fin. de consuetud. verum posset talis esse qualitas personæ, quod non obstante hac obseruantia posset statim admitti ad ciuilitatem, & ex eadem quoque ratione Neapoli non ordinantur absque litteris dimissorialibus exteri ratione beneficij simplicis non requirentis residentiam, in ea obtenti, quamuis Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in capit. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. dicant id fieri posse, cui obseruantiæ adstipulatur Sacrum Concilium Tridentin. cap. 11. sess. 23. de reformat. dum concedit Episcopo, vt valeat ordinare non subditum suum familiarem triennalem, sinè litteris dimissorialibus, dummodò illi statim beneficium ecclesiasticum conferat, si enim beneficium solum sufficeret, frustra requireretur seruitium, nisi dicas, quod ex Sacro Concilio potest prius ordinari, & postea ei conferri beneficium, quidquid sit, talis est obseruantia Curiæ Archiepiscopalis, & rationabilis.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius dicitur Religiosus, sed vide num. 6. 7. 9. & 10.*
2 *Nouitium percutiens incidit in excommunicationem.*
3 *Nouitius gaudet priuilegio fori.*
4 *Nouitius subiicitur iurisdictioni Religionis Regularis.*
5 *Nouitius non potest ordinari ab alieno Episcopo cum litteris dimissorialibus sui superioris Regularis.*
8 *Durante anno Nouitiatus Nouitius probat Religionem, & probatur ab ea.*
11 *Nouitii durante Nouitiatu non possunt aliquem gradum suscipere.*
11 *Durante Nouitiatu Monasterium de bonis Nouitii nihil possidet.*

An Nouitius possit ordinari ab alieno Episcopo cum litteris dimissorialibus sui Superioris Regularis.

DECIS. CCLII.

1 Ratio dubitandi pro affirmatiua sententia, scilicet quod valeat Nouitius cum talibus litteris dimissorialibus sui superioris ordinari ab alieno Episcopo erat, quia Nouitius dicitur Religiosus, vt communiter notant DD. in Authen. ingressi Cod. de Sacrosan. Eccles. & in cap. quia ingredientibus de testamentis, & Religiosorum nomine venire voluit quoque Berous in cap. in præsentia, cum alijs per eum adductis de probat. post Panorm. in rubric.
2 de regular. vnde euenit, quod Nouitium percutiens incidit in excommunicationem, cap. religioso §. 1. de senten. excommunicat. in 6. Villagut decis. 54. Viuius decis. 96. & gaudere priui-
3 legio fori, testatur Nauarr. consi. 3. de foro competenti post Felin. in cap. cum sit generale eodem titu. & in cap. non dubium, & ibi Panormit. de sentent. excommunicat. item quia No-
4 uitius subijcitur iurisdictioni Superioris Regularis, quemadmodum alij Religiosi professi capit. 1. de Cappell. Monach. & propterea ob supradictas rationes videbatur potuisse ordinari cum litteris dimissorialibus sui Abbatis, ad textum in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6.
5 Sed non obstantibus supradictis, contrarium fuit dictum; nam pro absoluto habitum fuit, Nouitium durante Nouitiatu non posse ordinibus insigniri cum litteris dimissorialibus sui Superioris Regularis, quia durante illo anno
6 non dicitur verè, & propriè Religiosus, secundum Boer. in tractatu de statu hæremitarum num. 16. Moscou. de Maiest. Eccles. par. 4. cap. 2.
7 Nouitius enim erit probandus per annum, an sit aptus ad Religionem, Abb. in cap. Monasterium de statu Monach. & in cap. porrectum de Regular. & in cap. ad Apostolicam eod. titu. Franc. in cap. Religiosos §. quamuis, de senten. excommunic. in 6. Siluester in verbo religio 3. & Armil. in eodem verbo num. 8. quia Noui-
8 tiorum status consideratur in illo anno, nam eo tempore Nouitius probat Religionem, & probatur ab ea, an sit aptus ad obseruantiam Regulæ; & sic Superior non videtur perpetuus, ad ef-
9 fectum concedendi dimissorias, vt tradit Moscou. de Maiest. Eccles. par. 4. d. cap. 2. nec connumeratur inter Religiosos, ex quo induitur tunc habitu speciali, & separatur de loco Monasterij, glos. in §. super eo de regular. & in cap. ad Apostolicam, vbi Abb. eodem tit. Diu. Antonin. cap. 7. §. 4. Siluestr. in verbo religio, Armilla in verbo Nouitius, Concil. Tridentin. cap. 16.
10 sess. 25. de regular. & hanc opinionem tenendo, non obstat quod supra diximus, Nouitios esse Religiosos, nam verè non dicuntur Religiosi, sed fictè, quia Nouitij non obligantur ad præ-

356. per glo. sing. & magistralē in l. res quæ ff. de iure fisci, vnde ad hoc optimè facit quod notabiliter dicit Lap. in alleg. 103. quod possessor
8 patronatus priuatus de facto sua possessione, exempli gratia si institutio impediretur ob motam litem posset petere restitutionem in integrum, sequitur Achill. de Graff. in decis. 32. de appellat. Bisignet. in decis. 33. de restit. spoliato. Rom. cons. 69. nu. 12. & optimè expenditur tex. in §. hodie instit. de interdictis, vbi in interdicto retinendæ, prout in casu de quo verba facimus,
9 ille debet obtinere, & consequenter in possessione manuteneri, qui tempore litis possidebat, vt voluerunt pariter Afflict. in decis. 326. & Benint. Rot. Bonon. in decis. 42. vnde ex his refero Ego ipse in decis. 132. par. 1. fuisse resolutum in Curia Archiepiscopali, quod in controuersijs
10 præcedentiarum, is qui possidet litis motæ tempore, præcedat, cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet. latè tradit Ann. in alleg. 131. vbi in præcedentijs vltimus status attenditur, sicuti in terminis administrationis, quod
11 non debeat quis administratione priuari, nisi cum causæ cognitione, probatur in cap. qualiter & quando il 2. in fin. & cap. penult. & fin. de probat. tradit Ferret. cons. 184. n. 7. dicens, quod Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel alius Administrator Hospitalis, non potestà pacifica possessione administrationis amoueri, nisi eo citato, & iuris ordine seruato, cap. licet Episcopo, vbi DD. c. in literis de rest. spoliat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione inuenti non venit captus, nisi secundum subiectam materiam.*
2 *Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens Clericis asportationem armorum, non procedit in eo, qui cum armis captus non fuerit.*
3 *Statuta sunt stricti iuris, & non sunt extendenda.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens Clericis asportationem armorum, an habeat locum in eo, qui cum armis captus non fuerit.

DECIS. CCLVI.

Videbatur prima fronte, cum iste articulus in facti contingentia accidisset, resoluendum affirmatiuè, vt scilicet, Edictum prohibēs Clericis asportationem armorum haberet locū in eo, qui cum armis captus non fuerit, vt conatur probare Menoch. de arbitr. Iudic. casu 394. nu. 49. propter aliquos DD. ab eo relatos, & à Soccin. Iun. in l. 1. nu. 412. de acquir. possess. & Marsil. sing. 395. præsertim quia nunquam ap-
1 pellatione inuenti venit captus ex proprietate verborum, vt probat Soccin. in d. l. 1. num. 415. nisi secundum subiectam materiam, vt in casu l. si Barsatorem C. de fideiussor.

2 Tamen contrarium censuit Curia Archiepiscopalis, quia statutum puniens portantem arma, non habet locum in eo, qui cum armis captus non fuerit, ita firmauit Bart. in d. l. si Barsatorem per illum tex. C. de fideiuss. & ibi Bal. & in l. item Lapilli in fin. ff. de rerum diuis. Alex. cons. 152. num. 2. Bellon. qui hanc appellat opinionem magis communem in cons. 94. num. 4. Clar. in pract. crimin. quæst. 82. vers. quæro stat statutum, & alii penes Martam in decis. 80. vbi notauit, quod statutum Studij Pisarum prohibens Scolaribus deferre arma offensibilia, tamen permittens defensibilia quæcumque, & contra portantem imponens certam pœnam pecuniariam exequendam per D. Rectorem, nō habere locum, vbi dicti Scolares non inuenirentur cum armis, & refert hunc esse vsum, & consuetudinem totius Orbis Christianorum, vt scilicet statuta punientia portantem arma, intelligantur de eo, qui cum armis fuerit captus, de quo vsu etiam attestatur Clarus in sua pract. crimin. d. quæst. 82. d. vers. quæro stat, & sic etiam hodie, & de consuetudine refert Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 33. in fine, & pro hac opinione
3 insuper facit, quod Edictum hoc, siuè hæc Constitutio est stricti iuris, & ideo non est extendenda, Innocent. in cap. dilecto col. 3. vers. de officio deleg. Oldrad. cons. 237. col. fin. Dec. cons. 8. nu. 4. Grammat. post alios in decis. 92. nu. 4. & 5. Panorm. in c. quoad translationem nu. 5. de officio legati, Crau. cons. 111. nu. 16. Bal. in Auth. si quas ruinas col. 1. vers. inducit etiam ratione de sacrosanct. Eccles.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores sunt Iudices delegati à Summo Pontifice fauore certarum personarum, Collegiorum, Vniuersitatum, Scolarium, Hospitaliū, & aliorum locorum, vt à manifestis iniuriis, & offensis sibi commissis defendat.*
2 *Conseruator non potest petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra.*
2 *Ordinarii habent legitimam, & ordinariam potestatem cognoscendi de omnibus causis.*
4 *Iudicium soluitur vitante eo, qui maius imperiū habet.*
5 *Conseruatoria non extenduntur vltra casus iniuriarum, & manifestarum violentiarum.*
6 *Conseruatores dicuntur contra manifestas iniurias seruatores.*
7 *Iurisdictio Conseruatorū est limitata taliter, quod de consensu partium prorogari non valeat.*
8 *Conseruatoria non ampliantur ex generali clausula, in quibuscumque causis, sed restringuntur ad clausulam, pro manifestis iniuriis.*
9 *Iurisdictio conseruatoria est delegata, & non debet ampliari in præiudicium iurisdictionis ordinariæ.*
10 *Conseruatoria sunt odiosa.*
11 *Conseruator non habet potestatem defendendi iniuriam simplicem, sed qualificatam.*

An

An Conseruator possit petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra.

DECIS. CCLVII.

1 Conseruatores sunt Iudices delegati à Summo Pontifice fauore certarum personarum, Collegiorum, Vniuersitatum, Scolarium, Hospitalium, & aliorum locorum piorum, vt à manifestis iniurijs, & offensis sibi commissis defendat, cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 5. Cappella Tholos. in decis. 355. 357. & 410. post Ias. in cōs. 145. nu. 8. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 79 num. 10. Costa de re integra dist. 64. quare fuit
2 dubitatum, si prædicti possent petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra, & Curia Archiepiscopalis resoluit negatiuè, siquidem hoc fecit ex Constitutione Innocentij IV. Pontificis, mota, de qua in d. cap. 1. & cap. fin. de offic. delegat. in 6. per quas Constitutiones Iudicibus conseruatoribus tantum concessum est, vt de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscant, nec ad aliam, quæ iudicialem indaginem exigunt suam possint extendere potestatem, quod si præscriptam formam fuerint transgressi, eo ipso per annum suspensi sunt, Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. in decis. 18. quod summa ratione videtur constitutum, non enim licet declinare iurisdictionem Ordinariorum,
3 qui legitimam habent, & ordinariam potestatem cognoscendi de omnibus causis, cap. licet, & cap. irrefragabili de offic. ordinar. quod à Cōcilio Tridentino in hac specie decisum est, sess. 14. cap. 5. de reform. & licet sint aliqui existimantes, non esse prædictis Conseruatoribus prohibitum de alijs causis, vltra violentias, & manifestas iniurias cognoscere, modò in literis Apostolicis id illis fuerit permissum, quod verum putant, quia Summus Pontifex Ecclesiæ Præsul causas ad Ecclesiastica Tribunalia spectātes auocare potest, & alteri terminandas committere, cap. nostram de appell. cap. Pastoralis §. præterea de officio delegat. cap. Eccles. in 2. in verb. nos quidquid, vt lite pendent. Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. Didac. practic.
4 quæst. 9. iudicium enim soluitur, vetante eo, qui maius imperium habet, l. iudicium de iudic. & alij distinguendum putant inter Conseruatores, qui dati sunt in fauorem certarum personarum, & alios qui constituti, & delegati sunt in fauorem Vniuersitatum, Collegiorum, Doctorum, aut Scholarium, Hospitalium, Ecclesiarū, aliorumque locorum piorum, vt primo casu Conseruatores Iudices possint tantum de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscere, non de alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt, secundo vero casu de omnibus cognoscant, quam distinctionem apertè probat Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 5. vbi non possunt Clerici declinare Episcopi iurisdictionem, etiam si allegent habere certos, & peculiares Iudices per literas quas conseruatorias nuncupant, vt eos à molestijs, & iniurijs defendant, excipiuntur tamen in dicto Concilio, generales Vniuersitates, seu Collegia Doctorum, vel Scholasticorum, regularia loca, quæ exempta sunt à iurisdictione ordinaria solebant Summi Pontifices quasdam Ecclesias, Capitula, Hospitalia, & Monasteria eximere à iurisdictione ordinaria Episcoporū, & eis Iudices proprios dare, qui de causis eorū cognoscerent, vt videre est in multis locis Decretalium, cap. per exemptionem, cap. si Papa de priuilegijs lib. 6. Chopin. de sacra Polit. lib. 1. tit. 4. num. 6. & 7. & lib. 2. cap. 5. num. 8. & de demanio lib. 2. tit. 8. & Monast. lib. 1. tit. 2. num. 19. tamē vera fuit nostra decisio, ex iurisdictionis defectu, cum Conseruatoria non valeant ex-
5 tendi extra casus iniuriarum, & manifestarum violentiarum, quia Conseruatoris officium solùm est tueri à manifestis iniurijs, & notorijs violentijs, cap. 1. vbi Ant. de Butr. num. 1. de elect. in 6. dicens, quod ad dubia iudicialem indaginem requirentia non est extensa Conseruatorum potestas cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. Vrsill. ad Afflict. decis. 264. num. 7. Innoc. in cap. statuimus de offic. deleg. in 6. num. 1. Guid. Pap. sing. 152. & 413. Franc. de Plat. tract. de excommunic. §. 57. de his qui procurant, quod Conseruatores dati se intromittant de ijs, quæ eis non licent num. 1. & 6. allegans cap. 1. & fin. de officio delegat. B. Antonius tract. de excommun. cap. 37. & num. 7. Valasc. consult. 152. nu. 2. Guttierez lib. 3. practicarum quæst. 9. num. 1. 8. & sequen. Concil. Tridentin. sess. 14. decreto de reformat. cap. 5. nam secundum Io. Monach. in cap. statuimus num. 1. de officio delegat. in 6.
6 Conseruatores dicūtur contra notorias iniurias seruatores, & apud Hispanos sunt leges Regiæ 1. & 2. tit. 5. lib. 2. recopilat. vbi disponitur, quod Conseruatores dati, & deputati per suam Sanctitatem non possunt se intromittere in cognoscendo, nisi de iniurijs manifestis, & notorijs, quæ fieri solent Ecclesijs, Monasterijs, ac personis Ecclesiasticis, secundum ea, quæ iura communia disponunt, & Sancti Patres, qui ea ordinarunt, & non plus, nec vltra, non obstantibus quibusuis cōmissionibus, aut facultatibus illis cōcessis, & si contrarium fecerint ammittant naturalitatem, & temporalitates dictorum Regnorum, & sint habiti vt exteri, & extranei ab eis, Guttierez d. quæst. 9. num. 11. Valasc. vbi proximè num. 2. qui num. 4. resoluit, quod in
7 tantum est limitata iurisdictio Conseruatorum, quod etiam de consensu partium prorogari non potest, ex l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. l. solemus §. latrunculator ff. de iudic. l. 2. §. fin. ff. de pœnis, Ias. in l. si per errorem num. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Marsil. in l. fin. num. 197. eod. tit. Bald. in l. fin. num. 3. C. de exceptionibus, Marant. de ordin. iudic. par. 4. distin. 12. nu. 18.
8 nec ex generali clausula in quibuscunque causis ampliatur Conseruatoria, sed restringitur ad clausulam pro manifestis iniurijs, & violentijs, ne à iure communi recedatur, dict. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Guttierez d. quæst. 9. nu. 17.

&cap. accessit, extra de desponsat. impuberum; Ita pari modo, neque denegatur eis posse præsentare, arguendo à materia carnali ad spiritualem, quod argumentum de iure validum est, vt copiosè, & doctissimè habetur per Dominum meum Riccium in Collect. 500. quia præsentatio dicitur actus præuius ad matrimonium spirituale futurum inter Ecclesiam, cui præsentatur, & præsentatum literaliter fit in pupillo minore, qui absque Tutoris auctoritate præsentare prohibetur, Calder. cons. 8. de iurepatronat. Lambertin. in d. tract. de iurepatron. lib. 2. par. 2. artic. 14. & sic iuris esse censeo Ego Ioannes Maria Nouarius.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio deuoluit causam ad Iudicem ad quem.*
2 *Appellatio legitimè interposita deuoluit negotium principale, & necessarium ad Iudicem ad quem.*
3 *Iudex ordinarius potest cognoscere de nullitate suæ sententiæ.*
4 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo.*
5 *Iudex à quo potest pendente appellatione exequi sententiam, stante clausula signaturæ iustitiæ, citra præiudicium legitimæ executionis.*
6 *Clausula, citra præiudicium legitimæ executionis, intelligitur prout de iure, & non alteratur per clausulam, quatenus illi locus sit, num. 7. & censetur repetita in qualibet commissione nu. 8.*

Iudex à quo, an possit pendente appellatione exequi sententiam, stante clausula, signaturę iustitię, citra prętiudicium legitimę executionis.

DECIS. CCXLVII.

Videbatur prima facie, prædictum dubium negatiuè esse resoluendum, & sic, quod Dominus Vicarius minimè potuisset pendente appellatione exequi sententiam, non obstante clausula signaturæ iustitiæ, citra præiudicium legitimæ executionis, ex eo, quod appellationis effe-
1 ctus est, vt deuoluatur causa, & iurisdictio ad Iudicem ad quem, Franc. in cap. vt debitus notab. 7. sub num. 4. de appellat. & quod appellatio deuoluat totam causam, & negotium principale ad Iudicem appellationis, vt scribit post Bart. Castrens. Abb. & Alex. Scacc. de appell. quæst. 3.
2 sub num. 13. vbi dicit, quod appellatio legitimè interposita deuoluit non solum negotium principale, sed etiam accessoria, cap. dilectus, & ibi omnes Canonistæ in summario de appellat. & procedit etiam, si appellatio sit interposita à sententia nulla, Castrens. in l. si constat, sub nu. 1. ff. de appellat. Alex. cons. 59. nu. 1. Scaccia alios re-
3 ferens de appell. q. 17. limit. 19. nu. 8. vbi ex hoc infert, quod licet Iudex ordinarius possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, & eam reuocare, tamen quando fuit ab ea appellatum, amplius non potest, quia illius cognitio, & reuocatio tunc spectat ad Iudicem appellationis.
4 Ad eandem opinionem expenditur, quod appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, Franc. in rubr. num. 29. vers. Secundo suspendit de appell. & eximit appellationem ab eius iurisdictione, & potestate quoad illam causam Frãc. in cap. directè num. 5. vers. vlt. tene menti, de appellat. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 12. de attentat. & innouat. appellat. pendent. quod habet locum non tantum in appellatione, sed etiam in termino ad appellandum, quia pendente termino ad appellandum nihil est innouandum, Lancellot. de attent. par. 2. cap. 11. de attent. pendent. appell. nu. 1. paria enim sunt secundum eum, pendere terminum ad appellandum, & appellatum esse.
5 Curia tamen Archiepiscopalis iudicauit contrarium, & sic quod D. Vicarius valuisset executioni mandare sententiam, pendente appellatione, stante clausula, sine præiudicio legitimæ executionis, & sic fuit seruatum, vt in proprijs terminis sequitur Marta de claus. claus. 139. nu. 5. vbi inquit, quod clausula sine præiudicio legitimæ exequutionis, operatur, quod Iudex à quo possit exequi, non tamẽ impedit, quod executio si non sit legitima non possit reuocari, vt fuit dictum in causa Romana Casalis 24. Nouemb. 1581. coram Aldobrand. vt in decis. 149. lib. 2. & quotid. in Placent. fideiuss. 22. Iunij 1592. coram Pegna, & in vna Segobien. operariæ 27. Iunij 1597. coram Pamphilio, & in causa Bracaren. pecuniaria 2. Decemb. 1592. coram Orano, & ideo non impedit, quominus Iudex ad quem non possit absoluere nulliter excommunicatum, vt fuit dictum in vna Placentina fideiussionis coram Pegna, & Segobien. operariæ coram Pamphilio, & ratio est, quia hęc clausula pręseruat tantum legitimam executionem, non autem nullam, vel iniustam, vt in vna Romana Casalis coram Aldobrand. & in vna Segobien. operariæ coram Pamphilio, & hæc clausula in commissione appellationis posita, præseruat iurisdictionem Iudicis à quo, vt possit procedere ad executionem, non obstante, quod pendeat appellatio, Lancellot. de attent. post inhib. cap. 20. limit. 13. Rot. in decis. 641. nu. 10. & 11. par. 1. diuers. Cæsar de Grass. in decis. 3. in fin. de Iudic. & fuit dictum in causa Tarraconẽs. Villæ de reus. 8. Februarij 1593. coram Seraphino, & in vna Spoletana pensionis 5. Iulij 1599. coram Corduba, vt refert Marta de claus. dicta claus. 139. num. 9. qui num. 1. inquit, quod
6 hæc clausula, sine præiudicio legitimæ executionis intelligitur prout de iure, idest, quatenùs de iure sit locus executioni, Ias. in l. causas num. 7. C. de transact. Crescent. decis. 1. de rescript. & fuit dictum in causa Firmana olei 9. Aprilis 1576. coram Blanchetto Hispalen & Caurien. permutationis 21. Martij 1596. coram Gipsio, in qua adest decisio in dicta Firmana olei, & fuit etiam dictum in causa Oueten. beneficij 28. Nouemb. 1597. coram Lancellotto, Oritana parochialis 12. Decembris 1597. coram Peregrino,

& ideo

7 & ideo non alteratur per clausulam, quatenus illi locus sit ad l. cum rectè C. de fideiuss. & fuit dictum in vna Oritana Parochialis coram Peregrino, & hæc clausula refertur ad summam, quæ in sententia continetur, & ideo illam non auget, ad tradita per Couar. in rub. de testam. par. 2. sub num. 13. & fuit resolutum in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blanchetto, vt in decis. 310. part. 1. diuers. & hæc clau-
8 sula censetur repetita in qualibet commissione, ad decis. Bellam. 41. & Cassad. 8. nu. 5. de rescriptis, & fuit resolutum in causa Nouariensi decimarum 11. Decemb. 1573. coram Blanchetto, vt in decis. 517. lib. 2. & quotid. fuit dictum in causa Auellina Archipresbyteratus 6. Aprilis 1590. coram Pegna.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus probatur per multiplicatas præsentationes à tempore immemorabili, & assignatur ratio, num. 2.*
Amplia vt num. 3.
4 *Præsentationes multiplicatæ non debent esse omnes antiquissimæ, sed sufficit, quod adsit vna.*
5 *Probationum facultas, de iure non est angustianda.*
6 *Verba simpliciter prolata, sunt intelligenda ciuili modo.*

Præsentationes multiplicatæ ad probandum iuspatronatus, an omnes debeant esse antiquissimæ.

DECIS. CCXLVIII.

1 INter modos probandi iuspatronatus in personis priuatis, deficiente fundationis instrumento, præcipuus est per multiplicatas præsen-
2 tationes à tempore immemorabili, & ratio est, quia ea probata potest allegari fundatio, & dotatio, & alius melior titulus de Mundo, cap. super quibusdam §. præterea, & ibi glos. de verborum significatione, Rota decis. 4. num. 2. de testibus in antiquioribus Bisignetti, Gozadi. cons. 8. nu. 37. Bertrand. consi. 120. num. 3. volum. 2. Paris. cons. 111. num. 23. & 49. & cons. 27. num. 77. volum. 1. plenissimè Gabriel. lib. 5. commun. opin. tit. de præscriptionib. conclus. 1. ex nu. 44. cum sequentib. Puteus decis. 205. num. 2. & 3. lib. 1. Rota decis. 717. num. 2. par. 1. diuers. tradit optimè in materia nostra Achill. de Grass. decis. 4. de iurepatronat. vbi allegat infinitos Mohedan. decis. 3. eod. tit. de iurepatron. Rota decis. 299. num. 5. par. 1. diuers. & fuit resolutum in Mediolan. iurispatron. 21. April. 1589. coram Comitulo, Gabriel. cons. 88. nu. 17. cum seqq. lib. 1. Quod procedit, licet neque per instrumen
3 ta præsentationum, neque per testes de immemorabili deponentes nulla fiat enunciatio, nec mentio de fundatione, & dotatione, vt declarauit Concil. Tridentin. Sacra Congregatio in hæc verba: iuspatronatus ex solis præsentationibus continuis, vltra hominum memoriam probatur, licet in eis nulla fuerit facta mentio de fundatione, aut dotatione, prout etiam tenuit Rota, teste Achille de Grassis decis. 4. num. 7. de iurepatronat. Rota decis. 792. num. 11. par. 1. diuers.
4 Fuit tamen dubitatum, an præsentationes multiplicatæ ad probandum dictum iuspatronatus omnes debeant esse antiquissimæ, & licet pro parte affirmatiua allegaretur Caualc. in decis. 17. ex verbis Concilij, ibi siue etiam multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam, &c. nihilominus contrarium censuit Curia Archiepiscopalis, quod scilicet sufficiat adesse vnam saltem præsentationem de tempore immemorabili, & alias sequentes, ex eo, quod rarò probarentur iurapatronatus, & de iure pro-
5 bationum facultas non est angustanda, l. quoniam C. de hæret. cap. quamquam 14. quæst. 1.
6 & facit etiam, quia verba simpliciter prolata, sunt intelligenda ciuili modo, l. si cui, ff. de seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Leuis percussio iudicanda est arbitrio boni viri, seu Iudicis.*
2 *Leuis percussio dicitur, quæ fit palma, vel pugno, baculo, vel lapide, dummodò nullum membrum abscindatur.*
3 *Leuis percussio dicitur, quando quis leuiter malo animo manum apponit super Clerico, vel accipiat eum per vestes.*
4 *Enormis percussio ex quibus iudicetur, & quæ pro graui percussione fuerint habitæ in Curia Archiepiscopali referuntur, nu. 5. 6. & 7.*

Quæ, & qualis dicatur grauis, vel leuis percussio.

DECIS. CCXLIX.

HOstiens. in cap. peruenit de senten. excommunic. vbi etiam Panormit. & in cap. cum illorum eod. tit. dixit, quod leuis iniuria iudican-
1 da est arbitrio boni viri, seu Iudicis ex circumstãtijs personarum, locorum, temporum, modi, persecutionis, & læsionis, si enim Clerico solemniter ministranti in altari quis leuiter manus iniecerit non erit iniuria leuis, quæ alias leuis esset, sicut è contra quædam est leuis illata puero, vel in dorso, aut manu, vel baculo, quæ non esset leuis illata seni, vel in facie, pugno, aut ense, vel in publico, & communiter percussio, quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino, in discipulum, Clericum, filium, aut seruum leuis censetur: Item secundum Nauarr. in Manuali cap. 27. nu. 9. quem refert Philiarcus lib. 2. de off. sacerdotis cap. 33. notab. 7. leuis percussio est
2 illa, quæ fit pugno, idest palma, baculo, vel lapide, & vbi nullum membrum abscinditur, aut dens euellitur, nec multum sanguinis emittitur:
Assen-

Astensis vero par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 4. quæst. 2. & Syluest. in verbo absolutio 4. in princ. dicunt, leuem esse illam, quando quis leuiter malo animo manum ponit super clerico, vel accipiat eum
3 per vestes, vel habenas, aut eum trahat. Tandem iudicatur leuis percussio, etiam si sit facta in publico, nisi in se fuerit notabilis, & generet aliquod magnum scandalum ex Card. cons. 42. vbi concludit, percussiones duorum Clericorum, qui in itinere pugnis, & pedibus ad inuicem se percussessent, fuisse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.
4 Grauis verò, & enormis percussio ex multis iudicatur, secundum Sayr. lib. 3. cap. 28. Primò ex magnitudine facti, Secundò ex persona læsa, Tertiò ex persona lædente, Quartò ex scandalo, Quintò ex irreuerentia, Sextò ex loco, Septimò ex loco vulneris, Octauò ex facti notorietate, quæ omnia tunc demum inducunt grauem percussionem, quando percussio est in se notabilis, & scandalum magnum pariat, vnde in Curia Archiepiscopali iudicata fuit grauis percussio
5 facta cùm baculo quinque, vel sex vicibus; licet non adfuerit sigillatio carnis, vel vulnus, & fuit
6 iudicata grauis percussio facta in personã Confessarij cuiusdam mulieris agonizantis, cuius gutturq uidam laicus fortiter manibus comprimebat, ita vt si ab alio non fuisset impeditus ipsum suffocasset ratione personæ dicti Confessarij, qui vltra vitæ integritatem erat superior in suo Monasterio insigni; ratione scandali, quod fuit magnum in Ciuitate; nam dictus Confessarius accesserat ad domum dictæ mulieris pro commendatione Animæ; & percussor, qui erat consanguineus mulieris prætendebat, mulierem consilio Confessarij fecisse quoddam legatum pium in præiudicium consanguineorum. Locus etiam percussus erat in consideratione, iuxta textum in l. vulneris, ff. de iniur. est enim gutturis percussio nimis periculosa, & alias fuit iudi-
7 cata in eadem met Curia grauis percussio, duorum Clericorum, qui inuicem pugnis se percusserunt sine sanguinis effusione, & sigillatione carnis coram Sanctissimo Sacramento, quod Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Iesualdus Archiepiscopus, fœlicis memoriæ deferebat per hanc Ciuitatem in publica processione repositionis Sanctissimi Sacramenti in nostra Ecclesia Catedrali, in qua habita fuerat oratio quadraginta horarum, & fuerunt grauiter puniti.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet dispositio, intelligitur facta ad tempus præsens, sed vide nu. 12.*
2 *Restitutio facta alicui, non procedit ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum re peruenta, quia restitutio intelligitur de bonis, quæ tunc erant Fisci.*
3 *Stuprator non dotat Virginem, quam stuprauit, si ipsa deindè ab alio se fecit cognosci.*
Aucta familia non debetur ius passuum, ibid. sed contrarium est verius nu. 13.
4 *Priuilegium extenditur ad futura.*
5 *Immunitas simpliciter concessa, censetur etiam concessa ad bona futura.*
6 *Beneficia Principis latissimè sunt interpretanda.*
7 *Iurisdictio concessa Castro, extenditur etiã ad territorium auctum.*
8 *Vniuersitas non potest, vno, eodemque iure censeri.*
9 *Priuilegium exemptionis pedagii, comprehendit terras postea constructas à Principe.*
10 *Concessis functionibus fiscalibus, venit etiam augmentum futuræ numerationis.*
11 *Procurator simpliciter constitutus, censetur etiam ad causas futuras.*
12 *Declaratur regula, quod quælibet dispositio habet locum ad tempus præsens.*

ALLEGATIO.

An immunitas concessa Vniuersitati comprehendat Incolas, & focularia, quæ de nouo accesserunt.

CVm fuisset articulus huius quæstionis mihi propositus, prima facie videbatur dicendum, dicta focularia minimè comprehendi, ex
1 eo, quod quælibet dispositio facta, est intelligenda, habito respectu ad tempus præsens, l. si ita, vbi Bart. num. 5. ff. de auro, & argento legato, l. si continuus §. cùm quis ff de verbor. signif. l. stipulatio §. cum stipulatur ff. eod. concordat tex. in l. si stipulatur ff. de verbor. signif. vbi verba contractus debent referri ad tempus eiusdem contractus l. Futilia Polla ff. de contrahenda emptione l. in delictis §. si extraneus ff. de Noxal. l. nõ modus C. de seruit. confert regula legis Codicis, quod verba indefinita testatoris referri debent ad tempus testamenti, l. fin. ff. de legat. 2. l. nomen §. 1. & l. vxorem §. testamento ff. de leg. 3. l. Aurel. §. 1. ad finem, & l. 1. §. fin. ff. de liber. leg. nemo enim videtur loqui de eo, quod pendet ab euentu futuro, cum hoc ignoret l. in lege ff. de contrahen. empt. latè Ias. in l. 3. §. illud ff. quod quisque iuris, & ideo concessio decimarum facta laico in feudum, nõ comprehendit futura, cap. tua nos §. fin. de decimis, facit doctrina Isernię in cap. 1. de vassall. decre-
2 pitæ ætatis, vbi notat, quod restitutio facta alicui minimè locum habet ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum re peruenta, quia restitutio est intelligenda de illis bonis, quæ eo tempore erant fisci, & non sunt in consideratione habenda futura, etenim regula est, quod quælibet dispositio sit intelligenda, rebus sic stantibus, l. fin. ff. qui satisdare cogantur, l. cum quis, ff. de solutionibus, l. quod seruus ff. de obliga. ob caus. latè Tiraquell. in l. si vnquam in princip. num. 166. Cod. de reuocandis donationibus, Corneus dicens ita de consuetudine seruari in cons. 83. lib. 4. Crauetta in cons. 264. versic. nec dicatur, Carocc. de iuramento litis decisorio, quæst. 5. nonæ quæstionis principalis num. 39. & 40. &
3 in decis. 58. nu. 9. vbi ex hac regula, & alijs decidendo

dendo sequitur, quòd licèt stuprans virginem tenetur, vel eam dotare, vel in vxorem ducere, vt patet ex dispositione tex. in cap. 1. & 2. de adult. tamen si postea ipsa virgo fecisset se cognosci ab alio, minimè ei est constituenda dos; Insuper facit, quòd aucta familia, vel rei seruitus, ius passiuum non augetur, Felyn. Ioan. Andr. & Abb. in c. quanto de censibus, Boer. in decis. 113. nu. 11. Imol. in Clement. litteras de rescriptis num. 5. & hanc sententiam probat text. in l. non modus, vbi glos. & Doctores C. de seruit. & aqua, vbi dicitur, si post seruitutem constitutam augeantur prædia, quod seruitus non augeatur, idē probat tex. in l. Iulianus in fine cum l. seq. ff. de legat. 3. vbi notatur, quod legato fundo cum instrumento, non veniunt Instrumenta post tempus testamenti reperta, præterea confirmat etiā id, quod aucta familia eius, qui ius incidendi ligna in sylua alterius habet, minimè augetur ius incidēdi, vltra modum antiquitùs obseruatum, doctrina est Alber. in l. cui fundus ff. de condit. & demonstr. quam sequitur Cępol. de seruit. Vrbanorum prædiorum cap. 50. num. 18. eandem quoque confirmat, qui iure concludit de eo, qui singulis annis tenetur gratis molere frumentum alterius, pro se, & familia sua: quod scilicet is auctæ familiæ gratis molere non teneatur, Butricar. Hostien. & Abb. in citato cap. quanto de censib. Boer. in decis. 113. nu. 9. sic pro conclusione etiam facit, eum qui tenetur suscipere dominium cum familia non teneri suscipere familiam valdè auctam, Alex. cons. 178. nu. 16. lib. 2. vt etiam dicitur, quando quis scilicet promisit suis sumptibus conseruare pontem, qui non teneatur eam partem seruare, quam per vim fluminis fuit extensa, vt sequitur Boer. in cit. decis. 113. nu. 9. in fin. post Bald. & Salyc. d. l. non modus C. de seruit. & aqua.

His tamen in nihil obstantibus, contrariam opinionem de iure esse veriorem existimaui, etenim priuilegia extenduntur ad futura; cap. quia circa, vbi Scribentes de priuilegijs, Bart. in
4 leg. de dam. infec. §. si quis vicinus de damno infecto, Ias. in l. si ex toto num. 11. & 12. ff. de legat. 1. Castr. cons. 24. lib. 2. Paris. cons. 68. lib. 1. Franc. Marcus in decis. 425. num. 7. volum. 2. Rota in antiquis in decis. 33. num. 13. de præbendis, vbi concludit clausulam, non obstante tollere etiam impedimentum futurum, quod habet locum etiam quoad constitutiones, & consuetudines futuras, vt probarunt Ias. Barto. & Bald. in l. si mihi, & tibi §. in legatis ff. de legat. 1. latè Tiraquell. de retractu in præfatio. num. 18. qui generaliter concludit, idem esse in lege, quotiescunque per eam tollitur aliqua consuetudo tanquam irrationabilis; insuper facit ad idem consilium Bart. 59. vbi scripsit, immunitatem simpliciter concessam, censeri con-
5 cessam etiam ad bona postea quæsita, & sic ad futura, vt pariter sequuti sunt Ias. in consi. 25. lib. 2. Paris. in d. cons. 68. num. 7. lib. 1. Cacher. in decis. 136. Ruin. in cons. 217. nu. 1. volum. 1. vbi probat, procedere non solum respectu concedentis, sed etiam respectu tertij, Couarr. variarum resolution. lib. 1. cap. 13. colum. fin. & ideo qui potest tenere quæcumque animalia in pascuis, potest etiam tenere futura animalia, Cassaneus in Consuet. Burgundię, rub. 9. §. 4. in glo. penul. & Regno pars noua accedens, debet iuribus Regni censeri, Ias. in l. fin. vers. ad prædicta C. de verb. signif. vt etiā dicimus, quod priuilegium de non soluendo decimam, extenditur etiam ad decimas futuras, cap. quia extra de priuilegijs, & quod debeatur quarta clericis etiam pro redditibus Ecclesiæ nouiter acquisitis, cap. cognouimus 12. quæst. 2. & iurisdictio concessa in aliquo Castro exercetur in nouos Incolas, Cancer. in lib. pract. quęst. cap. 2. volum. 1. Lauden. in suo tract. de Castell. conclus. 32. vlte-
6 rius insurgit, quia beneficium Principis, quam plenissimè est interpretandum, & accipiendum cap. cum dilecto de donation. cap. quia circa de priuil. cap. olim de verbor. signif. enim liberalitas Principum freno subiacere non debet, leg. sancimus §. exceptis C. de donatio. l. cum multa, C. de bonis quæ liber. sunt enim Principum concessiones in augumentum interpretandæ, l. hac saluberrima C. de præpos. agen. in reb. lib. 12. & ideò in beneficijs eorum est recedēdum à stricta interpretatione verborum, & ad amplam, quāuis in propriam accedendum, Francis. March. in decis. 365. num. 29. & in decis. 454. num. 28. volum. 1. Grammá. in decis. 59. num. 48. vnde euenit, quod verba enunciatiua Principis ex certa scientia prolata dispositionem inducunt, Innocen. in cap. cum ab Ecclesia num. 3. de offic. ordinarij, Bellam. in decis. 741. nu. 9. post Bart. in l. sodales nu. 1. C. de collegijs illicitis, adhuc corroboratur ex doctrina Suarez in allegat. 6. num. 8. vbi notat, iurisdictionem Castri con-
7 cessam, ad territorium postea auctum extendi, vt pariter ei adstipulatur communis Scribentium sententia in l. 1. ff. de leg. 1. dum scribunt, priuilegia vnius Ciuitatis alteri concessa, intelligi concessa, & futura, prout post Ripam, Crauettam, & alios refert Beringar. in d. l. 1. ff. de
8 legat. 1. denique consolidatur, quia concessione facta Vniuersitati, quæ minimè potest vno, eodemque diuerso iure censeri; l. peculium ff. de leg. augumentum etenim eiusdem est conditionis, cuius est res cui accedit, l. inter socerum §. inter ff. de pact. dotalibus, l. si conuenerit la seconda §. si nuda ff. de pignorat. actione, l. etiam ff. de iure dotium, Menoch. in cons. 201. nu. 143. lib. 3. Rebuff. in sua praxi beneficiali in titu. de rescript. num. 46. copiosè Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. Glos. 18. num. 51. & probat benè tex. in l. fin. C. de alluuion. qui loquitur in functionibus fiscalibus; & eo magis procedunt in Vniuersitatibus, vt in casu quæstionis nostræ, in quibus, dato augumento, vel diminutione res semper dicitur in eodem statu permanere, l. grege ff. de legat. 2. & iuxta hanc opinionem facit quod decidit Guid. Pap. in decis. 489. cui accedit Francis. March. in decis. 425. num. 8. volum. 2.
9 Dum voluerunt, Priuilegium exemptionis solutionis pedagij comprehendere terras deinde à Principe constructas, vt etiam consulendo sequutus est Anna cons. 61. volum. 1. vbi doctè, & optimis rationibus comprobat, quod concessis fun-

functionibus, veniat etiam augumentum futuræ numerationis, vt pariter est decisio, seu consultatio Valasch. 40. vbi inquit, quod si extat forus antiquus, quo cauetur, vt de tritico, vino, & lino soluatur octaua pars Domino terræ, cæterum de oleo, frugibus, hominibus nihil soluatur, si agricolæ illius territorij in terris cultis, ex quibus de tritico soluebatur octaua pars plantauerit arbores oliuarum, & similiter in alijs domeris, & terris incultis, non tenentur de illis oliuis noviter plantatis octauam soluere, sicut cogebantur de tritico, vt in simili etiam deciderunt Faber in decis. 19. & Cacher. in decis. 136. dum scripserunt, quod immunitas concessa pro bonis personalibus, extendatur etiam ad futura, vt pariter quoque iudicauit Rota Roman. in decis. 413. in nouis, & voluit Verallus in decis.

11 593. par. 2. dum dixerunt, quod procurator simpliciter constitutus, censetur etiam ad causas futuras, & sic est insuper decisio Thesaur. 59. vbi refert, Senatum Pedemon. iudicasse, quod Sindicus ab Vniuersitate, seu Capitulo constitutus ad singulas, & omnes causas, ad futuras quoque censetur constitutus, & iuxta hanc meam opinionem in proprijs terminis fuit decisum in Regia Camera sub die 26. Septembris 1562. cũ Vniuersitate Trani, vbi fuit iudicatum, quod immunitas concessa Vniuersitati, comprehendat etiam focularia, quæ de nouo accesserunt, & accedunt, vt refert Regens Moles decis. 1. quas habeo manu scriptas.

12 Non obstant in contrarium allegata, & primo, quod quælibet dispositio debet intelligi ad tempus præsens, & verba debent referri ad ea, quæ sunt tempore contractus, quia respondeo, illa habere locum, quoties agitur de præiudicio tertij, vt in d. l. si ita ff. de auro & argen. legat. vbi agebatur de præiudicio hæredis, si obuenientia post testamentum venirent in legato: vel responderetur secundum Ann. post Angel. & Barto. in conf. 61. nu. 41. quod licet verbum præsens non trahatur ad futura, tamen fallit, quoties dispositio esset facta per nomen collectiuum, vt in casu quæstionis nostræ.

Non obstat secundo doctrina Iserniæ in cap. 1. in fin. de vassal. decrep. ætatis, dum dixit, quòd restitutio facta alicui, minimè locum habet ad bona alienata Tertio, postea ad Fiscum reuertenta, quia restitutio intelligenda est de illis bonis, quæ eo tempore erant fisci: nam respondeo, quod termini Iserniæ non sunt applicabiles, & habent illam rationem; quando enim fit restitutio, Princeps censetur restituisse quoad bona, quæ habet fiscus de præsenti, & non quo ad illa, quæ est habiturus in futurum, quæ fiscus habet ex noua causa, & ex nouo iure, termini verò nostri loquuntur; quando augumentum subcrescit ex eadem re concessa, & per nomen collectiuum, quæ res à sui natura recipit augumentum, & diminutionem.

Nec tertio obstat illa regula iuris, quod quælibet dispositio intelligitur rebus sic stantibus, nam respódeo, non habere locum in Vniuersitate, in qua, dato augumento, vel diminutione res semper dicitur in eodem statu permanere, d. l. grege ff. de leg. 2.

13 Denique non obstat, quod aucta familia, vel re, cui seruitus debetur, non augetur ius passionum, nam respondeo, contrarium esse verius, enim vt supra fuit formatum augmentum subcrescit, ex eadem re concessa, quæ à sui natura recipit incrementum, & diminutionem, & qualiter sentirent commodum, si dicta familia diminueretur, ita pari modo debent sentire incõmodum, cum familia augetur, ex terminis tex. in cap. qui sentit ff. de regu. iur. in 6. l. vnica C. de caduc. tollen. vbi, qui sentit commodum onus etiam vt ferat æquum est, ad quem verò spectat emolumentum, vt expensas quoque ferat, rationi consentaneum est, cap. Ecclesiastici 12. quęst. 2. & sic sentio.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta debent subministrari filio, & filiæ pendente lite super hæreditate paterna, quod amplia vt num. 6,*

2 *Idem in pronepote, & quolibet descendente à testatore.*

3 *Etiam quod ius pendeat de alimentis præstandis, idem procedit in sorore nu. 4.*

5 *Frater litigans petens successionem fratris debet habere alimenta.*

7 *Accusato de crimine, cuius bona prætenduntur cõfiscari pendente lite debent subministrari alimenta.*

8 *Clerico, qui à beneficio est suspensus, nisi habeat alia bona debentur alimenta.*

9 *Collegiato, qui de Collegio est expulsus debentur alimenta pendente lite.*

10 *Mercatori, si capiuntur ei bona, & sequestrantur, alimenta debentur.*

11 *Pupillo litiganti contra patruum de inofficioso testamento alimenta debentur.*

12 *Alimenta debentur etiam pendente lite, & processu ipsorum alimentorum.*

13 *Vxori accusatæ de adulterio lite pendente sunt subministranda alimenta, quod amplia vt num. 15.*

14 *Alimenta, & litis sumptus iuridicè postulat alter ex coniugibus, vbi litigant de dirimendo matrimonio.*

16 *Mulier agens remedio l. si constante ff. solut. matrimonio interim dum lis pendet postulat alimenta.*

17 *Alimenta lite pendente tenetur subministrare creditor debitori inopi, quem pro debito ciuili fecit in carcerem detrudi.*

18 *Monaco litiganti cum Abbate debentur alimẽta.*

16 *Alimenta præstita lite pendente, actore succumbente non sunt Reo restituenda.*

20 *Refertur consultatio D. Ioan. Mariæ Nouarii, quod in casibus prædictis non sit danda cautio de restituendis præfatis alimentis, & reprobatur Couar. contrarium tenens.*

21 *Quando cautio danda est, iura de hoc mentionem faciunt.*

Ali-

Alimenta præstita lite pendente, an Actore succumbente sint Reo restituenda.

DECIS. CCL.

Lite pendente alimenta non esse deneganda nemo est qui dubitat, hinc enim videmus
1 quod de iure clarum est, vt pendente lite super hæreditate paterna, facienda sit filio, vel filiæ petenti hæreditatem patris prouisio de alimentis, ex textu in l. qui de inofficioso, ibi vt interim possideat ff. de inofficioso testamento, & l. si instituta ff. eodem titu. Afflict. in decisio. 11. vbi eam firmat ex decisione Rotæ in nouis 2. de iudicijs, & secundum Couar. in lib. pract. quæst. cap. 6. versic. quantum idem dicendum est in
2 pronepote, & alio quouis descendente à testatore, & prædicta conclusio procedit etiam, quod lis vertatur, & pendeat de alimentis præstandis,
3 Ludouic. in decis. 46. num. 2. & 3. Gabriel. consi.
4 25. num. 13. & 14. hinc soror litigans cum fratre, & petens legitimam patris debet habere alimenta, Cephal. conf. 117. num. 7. Ludouic. in
5 decis. 46. num. 3. hinc fratribus; & alijs successoribus ex testamento non raso, nec cancellato, vel ab intestato, quoties ex aduerso negatur, bona illa quæ petuntur, ad mortem vsque fuisse à defuncto possessa, vel eorum dominium illum habuisse, donec mortem obierit eis alimenta debent præstari pendente lite, Couarr. practic. quæst. cap. 6. num. 6. versic. nec tamen negauerim, & prædicta conclusio, quod alimenta de-
6 beant præstari filio, & filiæ inopi petenti hæreditatem patris pendente lite, procedit etiam in prima instantia, etiam nulla sententia adhuc lata, prout firmant Afflict. in decis. 10. & decis. 11. Cephal. conf. 117. num. 5. Couar. pract. quæstio.
7 cap. 6. num. 9. Ludouic. in decis. 46. nu. 7. vbi ex quo bona confiscantur, & interim Iudices capiunt bona ipsius, tunc ei debet fieri prouisio, vt ex illis bonis saltem pendente processu alatur, & Iudex aliquam pecuniam pro alimentis eius capi in singulos annos iubebit, argum. leg. ait prætor in fine, & l. filius ff. de iure deliberand. Rebuff. de senten. prouision. in præfatio. num. 143.
8 & 144. hinc clerico suspenso à beneficio debet interim fieri prouisio cum fructibus ipsius ad vitæ subsidium, si nihil aliud possideat, cap. prætexit, & ibi Præpos. colum. 2. distin. 32. Rebuff. de senten. prouision. num. 110. hinc Collegiatus
9 si de facto à Collegio fuerit expulsus, debet pendente processu ali, & prouisio illi fieri si sit pauper, Bologn. in Auth. habita C. Nè filius pro pa-
10 tre, Rebuff. vbi supra num. 115. hinc Mercatori extero, si ei capiuntur bona, pendente lite fiet prouisio, vt ex his bonis alatur, si aliunde facile non posset vbi ali, nisi Mercator illa bona surripuisset, vel deliquisset, Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 4. versic. vnde apparet, vbi dicit, quod alimenta litiganti pauperi ex bonis, quæ ei ablata fuerunt, & quæ præsumebantur ipsius etiam propria, quæ ipse possidebat, quibus priuata auctoritate fuerat spoliatus, & deniquè ipsi restituentur, si fideiussores dedisset, & tamen non
11 datis fideiussoribus non restituuntur, hinc pupillus vbi contra patruum patris hæredem agit querela inofficiosi testamenti, si pauper sit, debet habere alimenta, l. qui de inofficioso, & l. si instituta §. de inofficioso ff. de inofficioso testamento, Cephal. conf. 714. num. 1. volum. 5. Couarr. pract. quæst. cap. 6. num. 9. & quando de
12 alimentis agitur etiam pendente lite, & processu alimentorum, alimenta interim debentur, Rebuff. ad Constitut. Galliæ tom. 1. de sentent. prouis. artic. 1. glo. 2. num. 29. Ludouic. in decis. 48. num. 2. & sequent. Cephal. conf. 117. num. 50. volum. 1. Gabriel. conf. 25. num. 13. & 14. Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 8. hinc vide-
13 mus in vxore, quæ si contingat accusari ex capite adulterij commissi, & lis contestatur, lite pendente alimenta ei debentur, cap. ex parte in fine de accusat. Afflict. in decis. 10. vbi sic bis decisum in Sacro Consilio refert, Triuisan. in decisio. 16. lib. 2. num. 6. Valasc. in decis. 1. num. 4. vbi sic seruari in illa Curia testatur, & pari quoque
14 modo dicit, si alter ex coniugibus litiget super matrimonio dirimendo, poterit lite pendente petere alimenta sibi, & litis sumptus decerni ex sententia, Abb. in cap. ex parte num. 10. de ac-
15 cusat. cuius alimentorum sententiæ executio per appellationem interpositam non retardatur, Bart. in l. mela num. fin. ff. de aliment. & cibar. legat, Aretin. conf. 97. num. fin. Gramma. conf. ciuil. 146. num. 14. & quoquè mulier agens
16 remedio l. si constante ff. solut. matrimon. interim dum lis pendet, rectè postulat alimenta, & litis sumptus ex bonis sibi dari, quemadmodum voluit Cyn. in l. vbi adhuc num. 14. C. de iur. dot. Bero. in cap. nauiganti num. 44. & 45. de vsur. & deducitur ex l. fin. de ordin. cognit. vt
17 etiam videmus cum creditor ex causa ciuili facit aliquem pro debito carcerari, & carceratus non habet vnde se alat, nam Actor subministrat Reo alimenta lite pendente, iuxta glos. in l. fin. in verbo agnoscere C. de erogat. milit. annon. Alex. in l. Sanctum num. 3. ff. de rerum diuis. Angel. in l. minimè C. de appellat. & in Mona-
18 co litigante cum Abbate, quod Abbas teneatur præstare alimenta, etiam si Abbas inquirat contra Monachum, dixit Abb. in cap. cum contingat col. 14. versic. quod ergo formam de foro competenti, Cephal. conf. 714. num. 431. vol. 5. Soccin. iun. conf. 8. num. 2. volum. 3. quæ omnia adeo fuerunt pro vero habita in Curia Archiepiscopali, quod cum in ea egisset frater petitione hæreditatis contra alium fratrem; & ei opponeretur de illegitimitate, fuit ei soluta quædam pecuniæ quantitas interim pro alimentis, & fuit prouisum, & dictum, quod etiam si suc-
19 cumberet, non teneretur illam restituere, vt in proprijs terminis est doctrina Masuerij in sua praxi in titu. de possessione fol. 30. colum. 1. & sequuntur Boer. in decis. 334. num. 3. Afflict. in decis. 152. num. 4. Valasc. in decis. 1. sub num. 7. & secundum glo. in l. fin. C. de Carbon. edict. ista alimenta, vbi præstantur lite pendente à parentibus filijs ex præsumpta; vel probata summaria

maria filiatione, & mandato Iudicis exhibentur, non repetũtur posteà, etiam si constiterit in plenaria cognitione & processu principali alimentorum filium non esse illius, quem vt verum parentem in iudicium vocauit, quam glos. sequuntur frequentius iuris ciuilis Interpretes, secundum Couarr. practic. quæst. cap. 6. circa fin. Franc. Marc. in decisio. 364. in fine, cui sententię non parum suffragatur dispositio tex. in l. 1. §. interesse ff. si mulier ventr. nomine in poss. mis. calumn. causæ esse dicatur, quatenus ex causa de qua ibi permittit ali non alendum, nec cogit restituere non data calumnia, vnde euenit
20 optimè consuluisse D. Ioannem Mariam Nouarium, opinionem Couar. pract. quæst. cap. 6. vers. tertio requiritur, vt scilicet, quod in casibus, in quibus præstantur lite pendente alimenta danda sit cautio de restituendis præfatis alimentis, vel in fine litis computandis, eò magis,
21 quia quando cautio danda est, iura de hoc mentionem faciunt l. peto §. fratre ff. de leg. 2. l. Imperator ff. ad Trebell. & hanc sententiam contra Couar. & eius sequaces tenent Gozadin. in cons. 47. nu. 10. & Valasc. in d. decis. 1. nu. 7. vbi hoc defendent.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium præsumitur in loco originis, nisi probetur esse mutatum.*
2 *Quando, & quoties domicilium mutatum censeatur, & ex quibus coniecturis num. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*
9 *Clerici exteri quomodo declarentur Ciues Neapolitani per Curiam Archiepiscopalem.*
10 *Ordinari an possit quis sine dimissorijs ab Episcopo loci, in quo habet beneficium simplex non requirens residentiam.*

Qualiter, & quomodo ciuilitas alicuius loci acquiratur.

DECIS. CCLI.

1 PRæsumi domicilium in loco originis, nisi probetur esse mutatum, docet Bald. in l. fi. col. 2. post nu. 2. vers. sed sufficit C. si à non competent. Iudic. & colligere est ex contex. leg. assumptio iuncta glo. super verbo mutare, & glosa super verbo non domicilium in fin. ibi tu dic ff. ad municipal. & sensit Socc. in rubr. ff. solut. matrimon. num. 23. vers. quantumcumque domicilium originis, quod & comprobat Iuriscõsult. in l. nihil ff. de capt. & postlim. reuers. quod si quis probare voluerit esse mutatum ex eo pla
2 num facere poterit, quod venditis quas alibi possidebat rebus suis in aliam Vrbem cum familia demigrauit, mutasse namquè domicilium & in ea esse velle sedem suam constituere, colligitur ex Sceuolæ responso in l. prædia §. fin. ff. de fund. instruct. & eleganter id scripsit Alciat.
3 in l. pupillus §. incola ff. de verb. signif. ex protestatione quoque id probare poterit, vnde qui statim vbi habitare vrbem cœpit, & velle se in ea domicilium constituere affirmat, absque mora incolatum acquirit, vt idem dixit Alcia. ibid. permotus Abb. auctoritate in cap. fin. de
4 paroch. cui sententiæ se subscripsit Gayl. lib. 2. practicar obseru. obseruat. 35. num. 7. vers. licet autem præterea mutare, & constituere domicilium in ea Vrbe is præsumitur, qui priuilegium impetrauit, quo ius Ciuitatis petebat, ita respõsum est à Dec. in cons. 283. num. 11. quem refert & sequitur idem Alcia. vbi supra, ad hæc clericus secularis habens beneficium exigens residen
5 tiam, vtpotè curatum præsumitur ibidem sortiri domicilium, secus si non requirat residẽtiam, per context. in cap. dilectus il 2. de rescript. vbi amplè Felin. ita traditum est à Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. de non resid end. nu. 74. vers. ad hæc Clericus postremò id commodè probabit, si ostendet, quem alibi assiduè habi
6 tasse, vt secundum nonnullos per 10. annos iuxta sententiam glos. in l. hæres absens §. proindè in verbo debebit, ibi item ratione cursus temporis, ff. de iudic. Bald. in cons. 393. num. 2. per decennium enim acquiri domicilium testatur glos. in l. lex Cornelia §. si tamen in fundum, super verbo non habet, & ibidem Bart. num. 1. & Alber. ff. de iniur. cui sententiæ omnes consen
7 sisse, testis est Riminald. in cons. 438. num. 26. & quod assidua habitatio arguat contractum esse domicilium, prodidit Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 1. casu 86. num. 15. vbi omnes ita sentire scripsit, idem placuit Alciat. in l. pupillus §. incola ff. de verb. signif. quem refert, & sequitur Suarez in Thesaur. recept. sentent. in verbo domicilium il 1. licet alij dixerint, vt non satis sit spatium decennij, sed id relinquen
8 dum esse Iudicis arbitrio, vt per Abb. in cap. fin. num. 8. vers. vltimo quæro de paroch. & Felin. in cap. dilectus filius il 2. num. 12. vers. primus casus de rescrip. & respondit Dec. cons. 283. nu. 11. atque Paris. in cons. 12. num. 17. lib. 3. qui Iudex etiam minori tempore decennij arbitrar, poterit contractum esse domicilium, iuxta locii & personarum conditionem, habetur per Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 1. casu 86. post num. 16. vers. ego absolutè, quod idem videtur induere Vbal. in tract. de Canon. Episco. & paroch. cap. 7. vers. octauo quæro nu. 10. vbi ex sententia Ioan. in cap. is qui de sepult. lib. 6. asserit, minori spatio quam decennali domicilium constitui; qua in materia sunt etiam videndi Afflict. in decis. 384. & Guttierez de matrimonio cap. 65. vbi scribit de domicilio requisito contrahentium in aliquo loco, adhoc, vt ibi sortiatur proprium Parochum, qui assistere possit, & debeat matrimonio, iuxta decretum Sacr. Concil. Trident. vt etiam trado Ego ipse supra in decis. 106. hac ead. par.
9 In Curia Archiepiscopali vero seruatur, quod Clerici exteri, qui cum dimissorijs suorum Ordinariorum in Ciuitate Neapolitana morantur, quamuis declarent se habere animum contrahendi domicilium in ea, & per longum tempus in ea

in ea habitauerint, non admittuntur ad Ciuilitatem Neapolitanam, nisi capta informatione, quod in eorum patria non habeant aliqua bona, & tamdiu Neapoli habitauerint, quod præsumptio sit amplius non habere animum redeundi ad patriam, & postea mediante decreto declarantur ciues Neapolitani, & nisi prædicta fiant, non habentur pro talibus, nec conferuntur eis ordines sine dimissorijs suorum Episcoporum, nec etiam permittuntur celebrare Missas in Ciuitate, & Diœcesi, & causa huius antiquæ obseruantiæ fuit, quod multi Clerici delinquentes condemnati ab eorum Episcopis accedunt ad hanc Ciuitatem, & non valentes amplius obtinere litteras dimissoriales à suis Episcopis pro exercendis ordinibus susceptis, vel pro suscipiendis, de facili declarant se habere animum habitandi in ea, & nisi aliter fieret Ciuitas Neapolitana abundaret pessimis clericis, ad notata in cap. fin. de consuetud. verum posset talis esse qualitas personæ, quod non obstante hac obseruantia posset statim admitti ad ciuilitatem, & ex eadem quoque ra-
10 tione Neapoli non ordinantur absque litteris dimissorialibus exteri ratione beneficij simplicis non requirentis residentiam, in ea obtenti, quamuis Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in capit. cum nullus de tempor. ordinat. in 6. dicant id fieri posse, cui obseruantiæ adstipulatur Sacrum Concilium Tridentin. cap. 11. sess. 23. de reformat. dum concedit Episcopo, vt valeat ordinare non subditum suum familiarem triennalem, sine litteris dimissorialibus, dummodò illi statim beneficium ecclesiasticum conferat, si enim beneficium solum sufficeret, frustra requireretur seruitium, nisi dicas, quod ex Sacro Concilio potest prius ordinari, & postea ei conferri beneficium, quidquid sit, talis est obseruantia Curiæ Archiepiscopalis, & rationabilis.

SVMMARIVM.

1 *Nouitius dicitur Religiosus, sed vide num. 6. 7. 9. & 10.*
1 *Nouitium percutiens incidit in excommunicationem.*
2 *Nouitius gaudet priuilegio fori.*
4 *Nouitius subiicitur iurisdictioni Religionis Regularis.*
5 *Nouitius non potest ordinari ab alieno Episcopo cum litteris dimissorialibus sui superioris Regularis.*
8 *Durante anno Nouitiatus Nouitius probat Religionem, & probatur ab ea.*
11 *Nouitii durante Nouitiatu non possunt aliquem gradum suscipere.*
11 *Durante Nouitiatu Monasterium de bonis Nouitii nihil possidet.*

An Nouitius possit ordinari ab alieno Episcopo cum litteris dimissorialibus sui Superioris Regularis.

DECIS. CCLII.

1 Ratio dubitandi pro affirmatiua sententia, scilicet quod valeat Nouitius cum talibus litteris dimissorialibus sui superioris ordinari ab alieno Episcopo erat, quia Nouitius dicitur Religiosus, vt communiter notant DD. in Authen. ingressi Cod. de Sacrosan. Eccles. & in cap. quia ingredientibus de testamentis, & Religiosorum nomine venire voluit quoque Berous in cap. in præsentia, cum alijs per eum adductis de probat. post Panorm. in rubric.
2 de regular. vnde euenit, quod Nouitium percutiens incidit in excommunicationem, cap. religioso §. 1. de senten. excommunicat. in 6. Villagut decis. 54. Viuius decis. 96. & gaudere priui-
3 legio fori, testatur Nauarr. consi. 3. de foro competenti post Felin. in cap. cum sit generale eodem titu. & in cap. non dubium, & ibi Panormit. de sentent. excommunicat. item quia No-
4 uitius subijcitur iurisdictioni Superioris Regularis, quemadmodum alij Religiosi professi capit. 1. de Cappell. Monach. & propterea ob supradictas rationes videbatur potuisse ordinari cum litteris dimissorialibus sui Abbatis, ad textum in cap. cum nullus de tempor. ordinat. in 6.
5 Sed non obstantibus supradictis, contrarium fuit dictum; nam pro absoluto habitum fuit, Nouitium durante Nouitiatu non posse ordinibus insigniri cum litteris dimissorialibus sui Superioris Regularis, quia durante illo anno
6 non dicitur verè, & propriè Religiosus, secundum Boer. in tractatu de statu hæremitarum num. 16. Moscou. de Maiest. Eccles. par. 4. cap. 2.
7 Nouitius enim erit probandus per annum, an sit aptus ad Religionem, Abb. in cap. Monasterium de statu Monach. & in cap. porrectum de Regular. & in cap. ad Apostolicam eod. titu. Franc. in cap. Religiosos §. quamuis, de senten. excommunic. in 6. Siluester in verbo religio 3. & Armil. in eodem verbo num. 8. quia Noui-
8 tiorum status consideratur in illo anno, nam eo tempore Nouitius probat Religionem, & probatur ab ea, an sit aptus ad obseruantiam Regulæ; & sic Superior non videtur perpetuus, ad ef-
9 fectum concedendi dimissorias, vt tradit Moscou. de Maiest. Eccles. par. 4. d. cap. 2. nec connumeratur inter Religiosos, ex quo induitur tunc habitu speciali, & separatur de loco Monasterij, glos. in §. super eo de regular. & in cap. ad Apostolicam, vbi Abb. eodem tit. Diu. Antonin. cap. 7. §. 4. Siluestr. in verbo religio, Armilla in verbo Nouitius, Concil. Tridentin. cap. 16.
10 sess. 25. de regular. & hanc opinionem tenendo, non obstat quod supra diximus, Nouitios esse Religiosos, nam verè non dicuntur Religiosi, sed fictè, quia Nouitij non obligantur ad præ-

cepta Religionis, & propterea si deliquerint nō puniuntur pœna perpetui carceris, sed habent libertatem redeundi ad sæcularem vitam, rectè Moscou. loco superius citato, vndè secundum Gemin. in cap. non solum, de regular. & in cap. nullus de elect. in 6. quem refert Armill. loco iam citato, Nouitij durante Nouitiatu, non pos-
11 sunt in Religione suscipere gradum, officium, aut dignitatem, vel præeminentiam aliquā, nec eis conceditur dare suffragia, vel vocem in Capitulo, ex quo secundum Panorm. in cap. vidua de regul. carent tam voce actiua, quàm passiua, nec durante Nouitiatu Monasterium aliquid possi-
12 det de bonis Nouitij, vt tradit Concil. Trident. in d. cap. 16. sess. 25. de regular.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de capiendo expeditum à Iudice potest mandari executioni ipso remoto ab officio, quod intellige vt nu. 2. & 4.*
3 *Cessante causa, cessat effectus.*
5 *Consuetudo pro lege seruatur, imò vincit legem num. 6.*
7 *Consuetudo etiam mala excusat.*
8 *Consuetudo dicitur optima legum interpres, & sic etiam contractuum nu. 9.*

Mandatum de capiendo expeditum à Iudice, an possit mandari exequutioni, ipso remoto ab officio.

DECIS. CCLIII.

1 DIco, quod mandatum de capiendo expeditum à Iudice potest mandari exequutioni, ipso remoto ab officio, vt fuit dictum, & obseruatum in Curia Archiepiscopali, in qua fuit habitum pro vero, quod mandatum de capiendo clericum expeditum à Domino Vicario, ipso remoto ab officio potest mandari exequutioni, absque quod renouetur ab alio Vicario successore, vt docet Angel. in l. fundi ff. de acquirenda
2 possess. dummodo captura fuerit decreta cum causæ cognitione, idem tanto minus in mandato de immittendo in possessionem, vt dicit Bar. in d. l. fundi ff. de acquirenda possessione, cum quo concordant ibidem Roman. & Castren. & secundum Angel. vbi supra, idem esset in licentia concessa de capiendo debitorem, per textum in Auth. vt nulli iudic. §. & hoc vero iubemus, quod limitat procedere causa cognita per textū in cap. super gratia extra de officio delegati, secus sinè causæ cognitione esset data licentia, vt dicitur fieri in Tuscia vigore instrumenti guarentigiati, quia tunc finito officio, finitur etiam virtus dictæ licentiæ, l. fin. cum glos. 1. ff. de pœnis, & not. in l. 1. de postulando, in quo habet locum Regula, quod cessante causa cessat effectus,
3 cap. cum cessante extra de appellat. latè Tiraquell. more suo in tractatu cessante causa in principio, & prædictam opinionem Barto. ipsemet tenet in l. more maiorum ff. de iurisdict. omn. iudic. & Bald. in l. si de interpretatione ff. de leg. nisi secundum eum consuetudo esset in contrarium, & per illum textum idem tenet Imol. in cap. quoniam Abb. de officio delegat. Spec. in tit. de leg. §. finitur vers. sed pone de facto, quibus adde Bald. in cons. 310. lib. 4. & ratio
5 est, quia aliter est dicendum vbi adest consuetudo in contrarium, & patet, nam magna est vis cōsuetudinis, ita vt pro lege seruetur, docet text. in l. de quibus, l. diuturna, l. cum de consuetudine ff. de leg. imò secundum Puteum in decisio.
6 176. num. 7. lib. 3. consuetudo in loco vincit legem, consuetudo enim loci est obseruanda, latè Gabriel. post alios in conclus. 1. de cōsuetud. hinc consuetudo etiam mala excusat, cap. cum vene-
7 rabilis de consuetud. & propterea consuetudo iurisdictionem tribuit priuato. cap. cum contingat, vbi glosa de foro compet. consuetudo enim
8 optima legum interpres est, Afflict. in decisio. 166. sub num. 9. Menoch. cons. 32. nu. 44. vol. 1.
9 & optima cōtractuum interpres dicitur l. quod si nolit §. quia assidua ff. de ædilit. edict. Magon. in decis. Lucens. 7. num. 21. Menoch. de arbitr. casu 83. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia per profanationem desiit esse Ecclesia.*
2 *Ecclesia profanata non gaudet immunitate vti reliquæ Ecclesiæ.*
3 *Ecclesia profanata non potest concedi ad vsum Histrionum.*
4 *Semel Deo dicatum non est ad vsus humanos transferendum.*
5 *Cæmenta Ecclesiæ profanatæ non possunt ad vsum priuatorum conuerti.*
6 *Vbi ruinæ Ecclesiæ venduntur, eorum pretium non potest ad vsus sordidos impendi.*
7 *Semel tale nunquam desinit esse tale.*
8 *Sordes, turpitudo, & infamia pari passu ambulant.*
9 *Histriones sunt expellendi à locis honestis.*

Ecclesia profanata, an possit concedi vsui Histrionum.

DECIS. CCLIIII.

1 VIdebatur resoluendum affirmatiuè, ex eo quod per probationem desinit esse Ecclesia, iuxta tradita per Rubeum in cons. 21. num. 3. & sequent. Thoming. in cons. 91. num. 10. vbi ex eo, quod Ecclesia fuit profanata non gaudet immunitate vti reliquæ Ecclesiæ, prout in cap. quisquis, & cap. id diffiniuit 7. quæst. 4. quo fit,
2 vt patrans homicidium intus Ecclesiam profanatam, confugiens ad aliam Ecclesiam non debet excludi ab illius beneficio, vti occidens intus Ecclesiam, ad tex. in cap. fin. de immunitate Ecclesiæ, & Bulla Gregorij XIV. quia vt dixi, non dicitur amplius locus sacer, pro qua opinione expenditur tex. in l. quæ loca ff. de religiosis, & sumptibus funer.

Cæte-

Cæterum supradictis minimè suffragantibus; contrarium fuit in Curia resolutum, scilicet Ec-
3 clesiam profanatam non posse cōcedi Histrionibus pro illorum vsu sordido, quæ decisio obtinuit fundamentum ex sequentibus, primo per tex. in cap. semel de regulis iuris in 6. & tex. in cap. semel de consecratione distin. 1. vbi quod
4 semel Deo dedicatum fuit non est ad vsus humanos transferendum, adeo quod secundum glos. in cap. ligna de consecratione distin. 1. neq; cæmenta Ecclesiæ profanatæ poterant conuerti
5 ad vsus priuatorum, sed ad vsus Ecclesiæ alterius non sordidos, prout habetur pariter in cap. quæ semel 19. quæst. 3. vbi quæ semel Deo donata fuerunt, non possunt amplius reuocari, & propterea iure optimo consuluit Artam. in cōs.
6 73. ꝙ vbi ruinæ Ecclesiæ venduntur, non ad vsus sordidos eorum pretium, sed ad vtilitatem eiusdem Ecclesiæ expendendum. Secundo. quia per Cōcil. Trid. sess. 21. de reform. c. 7. prohibetur, Ecclesias profanatas conuerti ad vsus sordidos, maximè cum in eis debet remanere affixa Crux Domini Nostri Iesu Christi, vnde si prædicti Histriones de iure veniunt expellēdi à locis honestis, & in quibus Imperatoris imago depicta est, vt tradunt communiter in l. 2. C. de summa Trinitate, & Fide Cattolica, de Franch. in decis. 354. Thesaur. in quæst. 32. & Anna singul. 331. quanto magis à loco, qui Ecclesia fuit, cùm semper remaneat memoria Ecclesiæ, argumen. tex.
7 in l. fin. C. de bonis maternis, cum semel tale nunquam desinat esse tale, saltem intentionaliter, secundum Artaman. in cons. 29. Tertio quia in talibus locis ex vi Concilij capite iam citato, prohibetur conuerti in vsus sordidos, & secundum glos. in l. fratres C. de inoffic. testam. quam sequitur Ann. obseru. 9. sordes, turpitudo, & in-
8 famia æquipollent, & paribus passibus ambulāt, & Histriones esse infames non dubitatur ex latè traditis per Vbal. in cons. 27. & facit tex, in l. 2. §. fin. ff. de his qui notantur infamia, & dicuntur quasi allegantes eorum turpitudinem, Decian. cons. 18. Corn. cons. 38. nu. 14. vol. 1. Viuius dec. 67. & facit quod notabiliter voluit idem Viuius in decis. 134. vbi in Ecclesia Dei non debet ingeri persona infamis, cum infamibus portæ non pateant dignitatum, cap. infamibus de regu. iur. in 6. præsertim supradictis personis, quibus omnis actus honestus interdicitur l. fi. §. fi. C. de nuptijs, in tantum ꝙ de iure denegantur Ecclesiæ Sacramenta, c. pro dilectione de consecrat. dist. 2. vbi non erudiendorum, sed perdonandorum puerorum, Magistri dicuntur, & donantes aliquid eis peccant, cap. donare 86. dist. facit textus notabilis in l. si qua in publicis C. de spectaculis, & scenicis lib. 10. vbi dicitur, ꝙ Histriones debent expelli à locis honestis, & à locis, in quibus
9 Imperatoris imago depicta est.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente nihil est innouandum.*
2 *In beneficio litigioso non datur vera prouisio.*
3 *Vbi duo vendicant eandem rem, nemini assignari debet.*
4 *Manens in pacifica quasi possessione præsentandi, præsentato ab ipso non impeditur institutio.*
5 *Lite pendente, quis non debet priuari possessione, & amplia vt nu. 6. 7. & 9.*
8 *Possessor priuatus de facto suo potest petere restitutionem in integrum.*
10 *In controuersiis præcedentiarum is qui possidet tempore litis motæ præcedit.*
11 *Nemo est sua possessione priuandus, nisi cum causæ cognitione.*

Patronus si est in quasi possessione, & præsentauit, si lis ab alio ei prætendens spectare ius præsentandi moueatur, an debeat impediri institutio.

DECIS. CCLV.

Facta præsentatione ab eo, qui erat in quasi possessione præsentandi, iuxta dispositionē tex. in cap. consultationibus de iurepatronatus, comparuit quidam prætendens ius præsentandi ad ipsum spectare, & proinde instabat lite pendente, non esse præsentatum instituendum, vnde fuit dubitatum si esset retardanda institutio, &
1 dicebatur lite pendente nihil esse innouandum, l. 1. & tot. tit. C. nihil innouari lite pendente, cap. non solum, cum ibi adductis de appellat. in
2 6. & in beneficio litigioso non dari veram prouisionem, Gomez. in regul. de impetrand. benefic. per obitum famil. Cardin. quæst. 8. nu. 5. & per totum, Gonzalez in reg. 8. glo. 6. nu. 147. & posse conferri per Papam voluit Crescent. in
3 decis. 7. de iurepatronat. Balb. in decis. 99. & pro eadem opinione dicebatur facere text. in l. is à quo ff. de rei vendicatione, vbi si duo vindicant eandem rem, neutri assignari debet lite pendente, vt probatur etiam in cap. 1, & 2. vt lite pendente in 6. vt latè per Cassador. in decis. 9. eod. tit. & per Crescentium in decis. 21. de sententia, & re iudicata.
4 Verum Curia Archiep. resoluit contrarium iudicando, quod quando aliquis manet in pacifica quasi possessione præsentandi, præsentatum ab ipso non esse impediendum, & retardandam institutionem etiam mota lite circa dictum ius præsentandi, cuius resolutionis ratio est, ne lite
5 pendente priuetur quis sua possessione c. p. 1. de causa possess. & propriet. c. licet de præbend. in 6. quod esset si institutio præsētati retardaretur, glo. in cit. c. 1. vt lit. pendent. in 6. quod procederet etiam liquido apparente de non iure præsen-
6 tantis, c. cum causam, vbi Abb. & Felin. de offic. deleg. & idem Panorm. in c. conquerentē, de restitutione spoliator. generale enim est quem manutenendum esse in possessione præsentandi, & consequenter præsentatum ab eo instituendum, donec aduersarius de suo iure doceat, Bal. cons. 442. Ias. in cons. 7. nu. 61. vol. 2. imò nec Fiscus
7 posset lite pendente priuatum, cum quo contendit re ipsa de qua tractatur priuare, Couar. lib. 1. variar. resol. c. 16. nu. 6. Guid. Pap. in decis.

356. per glo. sing. & magistralē in l. res quæ ff. de iure fisci, vnde ad hoc optimè facit quod notabiliter dicit Lap. in alleg. 103. quod possessor
8 patronatus priuatus de facto sua possessione, exempli gratia si institutio impediretur ob motam litem posset petere restitutionem in integrum, sequitur Achill. de Graff. in decis. 32. de appellat. Bisignet. in decis. 33. de restit. spoliato. Rom. cons. 69. nu. 12. & optimè expenditur tex. in §. hodie instit. de interdictis, vbi in interdicto retinendæ, prout in casu de quo verba facimus,
9 ille debet obtinere, & consequenter in possessione manuteneri, qui tempore litis possidebat, vt voluerunt pariter Afflict. in decis. 326. & Benint. Rot. Bonon. in decis. 42. vnde ex his refero Ego ipse in decis. 132. par. 1. fuisse resolutum in Curia Archiepiscopali, quod in controuersijs
10 præcedentiarum, is qui possidet litis motæ tempore, præcedat, cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. & propriet. latè tradit Ann. in alleg. 131. vbi in præcedentijs vltimus status attenditur, sicuti in terminis administrationis, quod
11 non debeat quis administratione priuari, nisi cum causæ cognitione, probatur in cap. qualiter & quando il 2. in fin. & cap. penult. & fin. de probat. tradit Ferret. cons. 184. n. 7. dicens, quod Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, vel alius Administrator Hospitalis, non potest à pacifica possessione administrationis amoueri, nisi eo citato, & iuris ordine seruato, cap. licet Episcopo, vbi DD. c. in literis de rest. spoliat.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione inuenti non venit captus, nisi secundum subiectam materiam.*
2 *Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens Clericis asportationem armorum, non procedit in eo, qui cum armis captus non fuerit.*
3 *Statuta sunt stricti iuris, & non sunt extendenda.*

Edictum Curiæ Archiepiscopalis prohibens Clericis asportationem armorum, an habeat locum in eo, qui cum armis captus non fuerit.

DECIS. CCLVI.

Videbatur prima fronte, cum iste articulus in facti contingentia accidisset, resoluendum affirmatiuè, vt scilicet, Edictum prohibēs Clericis asportationem armorum haberet locū in eo, qui cum armis captus non fuerit, vt conatur probare Menoch. de arbitr. Iudic. casu 394. nu. 49. propter aliquos DD. ab eo relatos, & à Soccin. Iun. in l. 1. nu. 412. de acquir. possess. & Marsil. sing. 395. præsertim quia nunquam ap-
1 pellatione inuenti venit captus ex proprietate verborum, vt probat Soccin. in d. l. 1. num. 415. nisi secundum subiectam materiam, vt in casu l. si Baisatorem C. de fideiussor.

2 Tamen contrarium censuit Curia Archiepiscopalis, quia statutum puniens portantem arma, non habet locum in eo, qui cum armis captus non fuerit, ita firmauit Bart. in d. l. si Barsatorem per illum tex. C. de fideiuss. & ibi Bal. & in l. item Lapilli in fin. ff. de rerum diuis. Alex. cons. 152. num. 2. Bellon. qui hanc appellat opinionem magis communem in cons. 94. num. 4. Clar. in pract. crimin. quæst. 82. vers. quæro stat statutum, & alii penes Martam in decis. 80. vbi notauit, quod statutum Studij Pisarum prohibens Scolaribus deferre arma offensibilia, tamen permittens defensibilia quæcumque, & contra portantem imponens certam pœnam pecuniariam exequendam per D. Rectorem, nō habere locum, vbi dicti Scolares non inuenirentur cum armis, & refert hunc esse vsum, & consuetudinem totius Orbis Christianorum, vt scilicet statuta punientia portantem arma, intelligantur de eo, qui cum armis fuerit captus, de quo vsu etiam attestatur Clarus in sua pract. crimin. d. quæst. 82. d. vers. quæro stat, & sic etiam hodie, & de consuetudine refert Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 33. in fine, & pro hac opinione
3 insuper facit, quod Edictum hoc, siuè hæc Constitutio est stricti iuris, & ideo non est extendenda, Innocent. in cap. dilecto col. 3. vers. de officio deleg. Oldrad. cons. 237. col. fin. Dec. cons. 8. nu. 4. Grammat. post alios in decis. 92. nu. 4. & 5. Panorm. in c. quoad translationem nu. 5. de officio legati, Crau. cons. 111. nu. 16. Bal. in Auth. si quas ruinas col. 1. vers. inducit etiam ratione de sacrosanct. Eccles.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores sunt Iudices delegati à Summo Pontifice fauore certarum personarum, Collegiorum, Vniuersitatum, Scolarium, Hospitaliū, & aliorum locorum, vt à manifestis iniuriis, & offensis sibi commissis defendat.*
2 *Conseruator non potest petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra.*
2 *Ordinarii habent legitimam, & ordinariam potestatem cognoscendi de omnibus causis.*
4 *Iudicium soluitur vitante eo, qui maius imperiū habet.*
5 *Conseruatoria non extenduntur vltra casus iniuriarum, & manifestarum violentiarum.*
6 *Conseruatores dicuntur contra manifestas iniurias seruatores.*
7 *Iurisdictio Conseruatorū est limitata taliter, quod de consensu partium prorogari non valeat.*
8 *Conseruatoria non ampliantur ex generali clausula, in quibuscumque causis, sed restringuntur ad clausulam, pro manifestis iniuriis.*
9 *Iurisdictio conseruatoria est delegata, & non debet ampliari in præiudicium iurisdictionis ordinariæ.*
10 *Conseruatoria sunt odiosa.*
11 *Conseruator non habet potestatem defendendi iniuriam simplicem, sed qualificatam.*

An

An Conseruator possit petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra.

DECIS. CCLVII.

1 CONseruatores sunt Iudices delegati à Summo Pontifice fauore certarum personarum, Collegiorum, Vniuersitatum, Scolarium, Hospitalium, & aliorum locorum piorum, vt à manifestis iniurijs, & offensis sibi commissis defendat, cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 5. Cappella Tholos. in decis. 355. 357. & 410. post Ias. in cõs. 145. nu. 8. lib. 4. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 79 num. 10. Costa de re integra dist. 64. quare fuit
2 dubitatum, si prædicti possent petere ab Ordinario remissionem Regularis delinquentis extra claustra, & Curia Archiepiscopalis resoluit negatiuè, siquidem hoc fecit ex Constitutione Innocentij IV. Pontificis, mota, de qua in d. cap. 1. & cap. fin. de offic. delegat. in 6. per quas Constitutiones Iudicibus conseruatoribus tantum concessum est, vt de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscant, nec ad aliam, quæ iudicialem indaginem exigunt suam possint extendere potestatem, quod si præscriptam formam fuerint transgressi, eo ipso per annum suspensi sunt, Ferrer. in addit. ad Guid. Pap. in decis. 18. quod summa ratione videtur constitutum, non enim licet declinare iurisdictionem Ordinariorum,
3 qui legitimam habent, & ordinariam potestatem cognoscendi de omnibus causis, cap. licet, & cap. irrefragabili de offic. ordinar. quod à Cõcilio Tridentino in hac specie decisum est, sess. 14. cap. 5. de reform. & licet sint aliqui existimantes, non esse prædictis Conseruatoribus prohibitum de alijs causis, vltra violentias, & manifestas iniurias cognoscere, modò in literis Apostolicis id illis fuerit permissum, quod verum putant, quia Summus Pontifex Ecclesiæ Præsul causas ad Ecclesiastica Tribunalia spectãtes auocare potest, & alteri terminandas committere, cap. nostram de appell. cap. Pastoralis §. præterea de officio delegat. cap. Eccles. in 2. in verb. nos quidquid, vt lite pendent. Concil. Trident. sess. 24. cap. 20. de reform. Didac. practic.
4 quæst. 9. iudicium enim soluitur, vetante eo, qui maius imperium habet, l. iudicium de iudic. & alij distinguendum putant inter Conseruatores, qui dati sunt in fauorem certarum personarum, & alios qui constituti, & delegati sunt in fauorem Vniuersitatum, Collegiorum, Doctorum, aut Scholarium, Hospitalium, Ecclesiarũ, aliorumque locorum piorum, vt primo casu Conseruatores Iudices possint tantum de manifestis iniurijs, & violentijs cognoscere, non de alijs, quæ iudicialem indaginem exigunt, secundo vero casu de omnibus cognoscant, quam distinctionem apertè probat Concilium Tridentinum sessione 14. cap. 5. vbi non possunt Clerici declinare Episcopi iurisdictionem, etiam si allegent habere certos, & peculiares Iudices per literas quas conseruatorias nuncupant, vt eos à molestijs, & iniurijs defendant, excipiuntur tamen in dicto Concilio, generales Vniuersitates, seù Collegia Doctorum, vel Scholasticorum, regularia loca, quæ exempta sunt à iurisdictione ordinaria solebant Summi Pontifices quasdam Ecclesias, Capitula, Hospitalia, & Monasteria eximere à iurisdictione ordinaria Episcoporũ, & eis Iudices proprios dare, qui de causis eorũ cognoscerent, vt videre est in multis locis Decretalium, cap. per exemptionem, cap. si Papa de priuilegijs lib. 6. Chopin. de sacra Polit. lib. 1. tit. 4. num. 6. & 7. & lib. 2. cap. 5. num. 8. & de demanio lib. 2. tit. 8. & Monast. lib. 1. tit. 2. num. 19. tamẽ vera fuit nostra decisio, ex iurisdictionis defectu, cum Conseruatoria non valeant ex-
5 tendi extra casus iniuriarum, & manifestarum violentiarum, quia Conseruatoris officium solùm est tueri à manifestis iniurijs, & notorijs violentijs, cap. 1. vbi Ant. de Butr. num. 1. de elect. in 6. dicens, quod ad dubia iudicialem indaginem requirentia non est extensa Conseruatorum potestas cap. 1. & fin. de offic. delegat. in 6. Vrsill. ad Afflict. decis. 264. num. 7. Innoc. in cap. statuimus de offic. deleg. in 6. num. 1. Guid. Pap. sing. 152. & 413. Franc. de Plat. tract. de excommunic. §. 57. de his qui procurant, quod Conseruatores dati se intromittant de ijs, quæ eis non licent num. 1. & 6. allegans cap. 1. & fin. de officio delegat. B. Antoninus tract. de excommun. cap. 37. & num. 7. Valasc. consult. 152. nu. 2. Guttierez lib. 3. practicarum quæst. 9. num. 1. 8. & sequen. Concil. Tridentin. sess. 14. decreto de reformat. cap. 5. nam secundum Io. Monach. in cap. statuimus num. 1. de officio delegat. in 6.
6 Conseruatores dicũtur contra notorias iniurias seruatores, & apud Hispanos sunt leges Regiæ 1. & 2. tit. 5. lib. 2. recopilat. vbi disponitur, quod Conseruatores dati, & deputati per suam Sanctitatem non possunt se intromittere in cognoscendo, nisi de iniurijs manifestis, & notorijs, quæ fieri solent Ecclesijs, Monasterijs, ac personis Ecclesiasticis, secundum ea, quæ iura communia disponunt, & Sancti Patres, qui ea ordinarunt, & non plus, nec vltra, non obstantibus quibusuis cõmissionibus, aut facultatibus illis cõcessis, & si contrarium fecerint ammittant naturalitatem, & temporalitates dictorum Regnorum, & sint habiti vt exteri, & extranei ab eis, Guttierez d. quæst. 9. num. 11. Valasc. vbi proximè num. 2. qui num. 4. resoluit, quod in
7 tantum est limitata iurisdictio Conseruatorum, quod etiam de consensu partium prorogari non potest, ex l. 1. §. fin. ff. quod quisque iur. l. solemus §. latrunculator ff. de iudic. l. 2. §. fin. ff. de pœnis, Ias. in l. si per errorem num. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. Marsil. in l. fin. num. 197. eod. tit. Bald. in l. fin. num. 3. C. de exceptionibus, Marant. de ordin. iudic. par. 4. distin. 12. nu. 18.
8 nec ex generali clausula in quibuscunque causis ampliatur Conseruatoria, sed restringitur ad clausulam pro manifestis iniurijs, & violentijs, ne à iure communi recedatur, dict. cap. 1. & fin. de offic. deleg. in 6. Guttierez d. quæst. 9. nu. 17.

9 Valasc. num. 8. & 9. vbi ait, quod iurisdictio conseruatoria est delegata, & non debet ampliari in præiudicium iurisdictionis ordinariæ, quæ fauorabilior est, vt in cap. P. & G. de officio delegat. & resoluunt Doctores in rubr. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. Menoch. lib. 2. præsump. 36. num. 13. præsump. 15. num. 1. & 2. & præsump. 17. eodem num. Et maximè, quia
10 Conseruatoriæ sunt odiosæ, & strictè interpretandæ, vt inquit Rota decis. 164. num. 4. par. 3. lib. 3. Sac. Palat. vnde Ioan. Monach. in cap. statuimus nu. 4. de offic. deleg. in 6. ait, quod Con-
11 seruator non habet potestatem defendendi iniuriam simplicem, sed qualificatam, ex cap. vlt. in fin. eod. tit.

SVMMARIVM.

1 *Facientes falsam reuelationem in edictis monitorialium puniuntur per Curiam Archiepiscopalem.*
2 *Testis deponens falsum sinè iuramento punitur poena falsi.*
3 *Falsitas punitur per Iudicem, coram quo cōmissa est, & nu. 4. & 5. vbi ampliatur.*
6 *Iudex causarum ciuilium potest cognoscere incidenter de causis criminalibus coram eo commissis.*
7 *Habens merum, & mistum imperium poterit ordinariè testem punire.*
8 *Iudex delegatus cognoscit de falsitate coram eo commissa.*

Facientes falsam reuelationem vigore publicationis monitorialium, an puniantur per Curiam Archiepiscopalem.

DECIS. CCLVIII.

1 Pluries fuit per Curiam Archiepiscopalem seruatum, quod ob falsam reuelationē puniendi essent taliter reuelantes, siquidem testis
2 deponens falsum in iudicio etiam sine iuramento, punitur pœna falsi, Bart. in l. si quis legatum
3 ff. de falsis, ex clara iuris conclusione, eundem Iudicem coram quo commissa est falsitas posse de falsitate cognoscere, l. nullum C. de testibus, vbi dicitur, testem falsarium coram eo Iudice puniri coram quo falsum perhibuit testimoniū, cum ratione falsæ depositionis, & testificationis, ibidem sortiatur forum, & huc spectat dictum Bart. in l. si quis obrepserit in fin. ff. de fals. quod vbi in actu iudiciario fit delictum aliquod coram Iudice, à Notario, parte, teste, vel ab Aduocato, poterit tunc Iudex istud delictum ex officio punire. Hinc Bald. in d. l. nullum num. 6. dicit, quod Iudex Perusinus remittens quoddam examen Iudici Florentino super causa, quæ pendet, vel de iuris necessitate, vel de partium consensu coram eodem Iudice Perusij, & testis Florentia receptus falsum deposuerit, quod etiam per viam Inquisitionis poterit per Iudicem Perusinum puniri, quem sequitur ibidem Salycet. quorum authoritate dicitur, testem puniri de
4 falso per Iudicem, coram quo testificatus est, etiam si alias ille Iudex sit incompetens, dicit Marant. in specul. aureo par. 6. actu 12. num. 1. vnde ab eo puniendum esse testem de falso, coram quo falsum deposuit, & cuius aures offendit, voluit Ferrar. in pract. in forma iuram. testium §. & falsitate num. 4. attenditur enim locus vbi delictum consumatur, vbi de balistante ab vno territorio aliquem existentem in alio territorio, & similiter de iniuriante aliquem positum in alio territorio, prout notatur in l. 1. C. vbi de crimin. agi oport. voluit Cataldin. de Boncompagn. in tract. sindicat. notab. 126. in-
5 cip. adde, quod si est datum, & opinionem istam de teste falsum testificante, quod Iudex coram quo testificatio facta est possit procedere, voluit Marsil. in rep. l. fin. nu. 145. ff. de iurisdict. omn. Iudic. sequitur etiam Roland. à Valle in cons. 12. num. 2. volum. 2. qui omnes allegant Bald. in l. neganda colum. 6. C. qui accusar. non poss. quo in loco Bald. nunquam illud asseruit, cum totus illius contextus in dicta lege neganda non sit decem versuum, & hinc Bar. in l. hoc iure §. aqua
6 in fin. ff. de aqua quotid. & æstiu. dicit, Iudicem causarum ciuilium posse cognoscere de causis criminalibus incidentibus, & commissis coram eo, quia accrescit eius iurisdictioni, quamquam adsit Iudex ad quem separatim pertineat criminalium causarum cognitio, argum. dict. l. nullum, quinimmo etiamsi partes coram aliquo Iudice per errorem litigarent, posse isto casu eosdem testes si suæ sint iurisdictionis puniri ab eodem, voluit expressim Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste in princ. in addit. incip. coget, & hoc dictum sequitur Panorm. in cap. 1. nu 9.
7 extra de crimin. fals. vbi asseruit, quod qui habet merum, ac mistum imperium poterit testem ordinariè, ac extraordinariè punire, & tenuit Angel. in tract. malefic §. falsario num. 24. vers. quæro testis, qui dixit falsum, vbi nonnulla ad hoc propositum allegat ibidem in apostillis August. de Armino, quæ conclusio procederet etiā si essemus coram Iudice delegato, quia sortiatur forum coram eo sub cuius commissione, & iurisdictione asseritur fuisse commissam falsitatem, & cuius aures, & authoritas sunt offensæ, vnde eadem dispositio militabit, vulg.
8 l. à Tito cum similib. ff. de verbor. obligat. Secundo vulgatum est axioma in iure, Iudicem delegatum posse in causa falsitatis coram eo commissæ, procedere, & committentem punire, quando alias eius iurisdictio impediretur, cap. præterea, vbi hoc tenuerunt Bald. & Panorm. extra de offic. delega. quod etiam voluit Barto. in d. l. nullum not. 3. Angel. in l. si lis, C. de fals. quia alias ipsa veritas occultaretur, illiusque iurisdictio sperneretur, esset què contemptui, & ludibrio, quam opinionem tenuit glos. in Clemen. 1. in verb. Iudices circa finem, de offic. deleg. glos. in l. quæsitum in verb. perpendere ff. de testibus, Bonacossa in quæstionib. criminalibus §. falsitas, colum. 1. par. 1. sed in casu isto non posset rectè procedi, & eiusdem

Iudicis

Iudicis delegati iurisdictio impediretur, nisi procederet etiam in causa ista criminali, & falsitatis, ex quo vigore iuris communis, & specialiter in Delegato committens falsum, amissionis causæ pœna punitur, cap. olim ex literis, vbi hoc voluerunt Hostien. Butr. & Panorm. extra de rescript. & Portius in consil. 7. num. 12. tum etiam vigore iurium huius Regni Neapolitani, causa committitur, vt in pragmat. incip. testem falsum.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter Iudex non potest recipere pretium pro sententia, nequè per interpositam personam, vt num. 2. & 7.*
3 *Non est iustus Iudex, qui vitam, qui mortem, & qui egestatem timet, & nu. 5.*
4 *Pecunia Iudices facilè corrumpit.*
6 *In hoc Regno sancitum est, quod Officiales nihil capiant vltra prouisiones taxatas.*
8 *Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, non potest aliquid recipere pro labore.*

Delegatus cui commissa est dispensatio matrimonialis, an aliquid possit recipere pro labore.

DECIS. CCLIX.

1 Regulariter, Iudex non potest recipere pretium pro sententia, pro quo facit l. venales, C. quando prou. non est necess. & quod Ouid. scribit in 1. lib. eleg. 10. non benè conduci, vendunt periuria testes, non benè cęlesti Iudicis arca patet; munera enim excęcant oculos sapientum, & mutāt verba iustorum, Exod. 23. Eccles. 20. & Deuteron. 16. sic inquit Salomon. Prouerb. 15. qui odit munera viuet, ipsa enim, & aurum faciunt nolentem velle, ad quod cumulat plura Simancas de Catholicis institutionibus cap. 34. ex num. 42. glos. penult. in vers. hinc Exod. Pragmat. sanct. titu. de electio. in cap. sicut §. & vt omnia, Mandos. in glos. facultatum §. sanè in vers. subuertat pag. 66. Azeued. lib. 3. nouæ recopilationis titu. 9. l. 5. ex principio, Mādos. in addition. ad repertor. inquisitor. in §. aduocatus in litera F. pag. 35. Peraldus in 2. parte suæ summ. quæ de virtutibus, & vitijs inscribitur titu. de auarit. in §. quinto loco, inter species auaritiæ dicendum est, vbi decem mala, quæ ex munerum acceptatione proueniunt eleganter declarat, vnde optima ratione dubitatur, an Iudex poculentum aliquod à litigantibus recipere possit, & de pœna illius qui dat illud, & Iudicis qui illud, vel pecuniā recipit, multa, & pulchra cumulat Mathien. in dial. relat. 3. part. ex cap. 24. Bossius in prax. tit. de offic. corrupt. pecunia,
2 nec etiam per interpositam personam Iudici aliquid recipere licet Matien. par. 3. cap. 23. vbi quærit, an Iudex mutuas pecunias accipere possit, Rom. singul. 15. qui intelligit hunc text. in Iudice ordinario, non verò in delegato, ex Doctoribus in cap. cum ab omni de vit. & honest. Clericorum, cesset igitur in Iudice auaritiæ profanus ardor, & omni cura, & cum puritate studeat iudicium, & veritatem ministrare, vt enim inquit Cicero, non est iustus Iudex, qui mortem,
3 qui exilium, qui egestatem timet, quæ omnia refert Caballin. in Ægidian. constit. lib. 4. cap. 1. glos. B. num. 5. pag. 189. & ratio est, quia munera frequenter excœcant oculos sapientum, &
4 mutant verba iustorum, Exod. 23. & Ecclesiast. 20. & pecunia Iudices facilè corrumpit, vt referunt Neuizan. in sylua nupt. lib. 5. num. 98. & Ioan. Segura Dabalos in Director. Iudicum Eccles. for. 1. par. cap. 14. num. 22. ex Iacob. in rub. de statu Curiarum, vbi dicit, quod si totus Mundus veniret, non posset credere, quod si vna pars dat, & alia non, quod Iudex non sit danti naturaliter fauorabilis, & non dans habebitur aliquali odio, & quod si aliud non faciat Iudex, saltim instruit dantem, & dabit ei gratiosas dilationes, & parti non danti nociuas, vnde rationi conuenit, vt Iudex mundas habeat manus Deo, legi, & Regi, & nullum aliud quærat lucrum; vt in Authen. de mandat. princip. §. oportet collat. 3. alias qui dona, aut munera accipit, punitur per l. omnes cognitores C. ad leg. Iul. repetund. plurimum enim interest, vt cesset in Iudice auaritiæ profanus amor, vt omni cura, & puritate studeat iudicium, & veritatem ministrare, l. 1. §. ergo iubemus C. de offic. præfect. Afr. nā vt in-
5 quit Cicero, non est Iudex iustus, qui mortem, qui exilium, qui egestatem timet, & plura allegando prosequitur Caballin. in Ægydian. constitut. lib. 4. cap. 1. in glos. B. num. 5. pag. 189. & dicit Puteus de sindicatu in verbo Consiliarij num. 1. periculosum esse munera à litigantibus accipere, licet modica sint, quia non dantur cum charitate, sed ad corruptionem, nam qui dat Iudici vnam gallinam, dat cum intentione, vt extorqueat ab eo bouem, & sic refert, quod Rustici solent dicere, quod xenium intrat per portam Iudicis; & Diabolus exit per fenestram. Insuper qui Iudici munera dat frequenter, quærit amicitiam Iudicis, vt saltem quando lis est dubia, & in varietate opinionum ferat sententiam pro eo, iuxta id, quod vulgo dicitur, in dubio pro amico consuli posse, ac iudicari, gratificationique locum esse, vt latè prosequitur Tiraquell. de primogenit. cap. 17. opin. 2. Menoch. de retinend. possess. remed. 3. num. 763. Vnde ex his in hoc nostro Regno Neapolitano merito, & sanctissimè epiloguntur diuersæ pragmaticæ, circa munera recipienda, & alia prohibita Officialibus, vt apparet ex pragmatica prima, & tertia de muneribus officialium.

6 In pragmatica prima enim disponitur, quod Officiales nihil recipiant, vltra prouisiones taxatas. quæ prohibitio ampliatur, vt nec à sponté dantibus possint Officiales aliquid recipere, secundum declarationem traditam per Couar. in cap. quamuis par. 2. §. 3. de pactis in 6. & ratio est, quia prohibitus petere, censetur etiam prohibitus à sponté dantibus accipere, capit. exigit de censibus lib. 6. & latissimè Philip. Dec. in l. cu-

tus

ius rei ff eodem tit.& in l.1. & ibi communiter omnes C.de contractib.Iudic. imò non poterit euitare restitutionem receptam,etiam in foro poli,quantumuis illi, quibus est facienda restitutio remittant,sed requiritur realis, & effectualis restitutio, iuxta tex.in cap. statutum §. si quid autem contra,& ibi glos.in verbo promissione de rescript.in 6.& iuxta tradita per Archidiac.in cap.vnico de Cleric.non resid.in 6.addo tex.in cap.1.in fine,ibi nulla eis in hoc dantium remissione, liberalitate,seu gratia valitura de censibus,& exaction.in 6. & ad hoc facit quod notabiliter voluit Summus Pōtifex in cap.peccatum de regul.iur.in 6.vbi non remittitur peccatum,nisi restituatur ablatum, & sic secundum Couar.in repetitione dicti capituli, exigitur effectualis traditio,imò etiam si post realem, & effectualem restitutionem rei, Dominus illam denuò liberaliter ei donaret, nequaquam poterit tuta conscientia retinere, secundum glos. in extrauag.vas electionis de censibus,& in extrauagant.commun.in verbo remissionem, In ter-
7 tia vero disponitur, quod Officiales nihil recipiant per se ipsos,nec per vxores,filios, vel alias interpositas personas.

Ex his igitur merito pronunciauit nostra
8 Curia Archiepiscopalis, quod Delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil possit percipere pro labore impenso in capienda informatione,& alijs actis dispensationis,ex claris verbis Breuis,ibi, cuiuscunque muneris, aut præmij, etiam spontè oblati,neque esculenta, & poculenta,vt optime probat Nauarr. in cons. 21. de rescriptis, neque pro studendo processui,prout declarauit Sacra Congregatio, neque etiam pro accessu ad examinandum testes commorantes in alijs locis,cum id tendat ad capiendam informationē, licet si Delegatus esset pauper,crederem,quod ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro vecturis equorum,posset aliquid accipere,cum id in Breui nō prohibeatur,sed tantum munus, aut præmium, & pariter si post concessam dispensationem vellent Coniuges pro eorum maiore cautela habere penes se transumptum dispensationis, non video, cur aliquod à Vicario accipi non posit, sicut pro transumptu aliarum scripturarum, cum id minimè concernat dispensationem, & ita aliquando fuit seruatum in Curia Archiepiscopali.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia dicitur res mobilis, & mobilium, & mouentium appellatione venit, & inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt enumeratur, nu. 2. quod amplia vt nu. 7.*
3 *Mobilibus legatis, venit pecunia reperta in capsa testatoris.*
4 *A proprietate verborum non est recedendum.*
5 *Pecunia pupilli deposita ad emptionem prædiorum non potest alienari absque Iudicis decreto.*
6 *Destinatum habetur pro re perfecta, sed vide num. 9.*
7 *Pecunia destinata ad emptionem prædii dicitur mobilis.*
8 *Aliud est esse tale, aliud verò haberi pro tali.*
10 *Destinata pro ædificio non habentur pro affixis ædificio.*
11 *Sola destinatio non facit rem sacram.*
12 *Pecunia Ecclesiastica destinata ad emptionem prædii potest alienari absque solemnitatibus.*

Pecunia Ecclesiastica ad emptionem prędiorum destinata,an censeatur res immobilis,ad hoc vt non valeat impendi absq; solemnitatibus extrauagant. ambitios. de reb.Eccles.non alienand.

DECIS. CCLX.

1 PEcuniam rem mobilem esse, nemo est qui nesciat,sic enim scribunt Tiraquell. de retract §.1.glos.7.num 102.Thesau.in decis.160. post Cyn.Bald.& Alber.in l. ea demum C. de Collat. Angel.in §. & quia parum Authen. de nupt.per illum textum, ideò mobilium,seu mo-
2 uentium appellatione illam contineri omnes fatentur in l.mouentium ff. de verbor. signific. & inter mobilia, quæ seruando seruari non possunt enumeratur, quia retenta nihil operatur,cap.eijciens 88.dist.Boer.in decis.209.nu.4.
3 vnde mobilibus legatis venit pecunia reperta in capsa testatoris.Dec.cons.381. nu. 4. & cons. 472. colum.1. Tiraquell. de retract. d. glos.7. num.101.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib. 9.titu.3.num. 1. Paris. cons. 67. num.11.lib.2. moti per textum in l.si chorus §.1.ff.de lega. 3. & quia pręsupposito pro vero,quod ex proprietate vocabuli pecunia sit res mobilis, non erit
4 in legatis ab hac verborum significatione, & proprietate recedendum.l.non aliter ff. de leg. 3.Dubitatum tamen fuit in Curia Archiepiscopali,si pecunia Ecclesiastica ad emptionem prædiorum destinata censeatur res immobilis, ad effectum vt non valeret impendi absque solemnitatibus extrauagantis ambitiosæ de rebus Eccles.non alienand.& dicebatur,esse inter immobilia enumerandam.per textum singularem in l.3.§.vsuras versic.quid ergo ff.de contrar. &
5 vtil.tutel. act. vbi pecunia pupilli deposita ad emptionem prædiorum non potest alienari sine decreto Iudicis,sicut nec aliæ res immobiles, & sic sequuntur complures DD.relati per Boer.in
6 d.decis.209.quo pertinet, quod destinatum habeatur pro re perfecta, & l. si non sint §. infecti ff.de aur.& argent.legat.vbi etiam glos. l.fundi §.fin.ff.de act.empt.glos.in l.fin.in verbo si dederit C.de dot.promiss.text.notab.in l 5. §. cæpisse de pollicitationibus, & hanc opinionem etiam tenent Cremon.in singul.60.& Roman. singul.104.& cons.88.
7 Contrarium tamen bis iudicauit Curia Archiepiscopalis, vt scilicet connumerari debeat inter

inter mobilia, ac fuit dictum, hanc esse magis Doctorum communem opinionem, quã tenent DD. in l. cætera §. fin. ff. de legat. 1. latissimè Boer. in d. decis. 209. vbi enumerat omnes Doctores Crass. commun. opinion. §. legatum q. 19. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 2. Gayl. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 11. vbi hanc opinionem magis communem appellat,
8 aliud enim est esse tale, & aliud haberi pro tali l. mercis appellatione. ff. de verb. signif. Ias. præclare in l. ait prætor §. 1. nu. 2. ff. de nou. oper. nunciat. & in l. cætera §. sed si parauerit ff. de leg. 1. vbi respondet ad l. 3. § quid ergo ff. de contrar. & vtil. tutel. act. vbi prolixius vide: Nec
9 obstat, quod destinatum, pro facto, & adimpleto habetur, quia illud generaliter non est verũ, nam multa animo concipiuntur, quæ tamen non perficiuntur, & potest illa destinatio de facili immutari, hinc enim est, quod destinata ad
10 ædificium non habentur pro affixis ædificio, per tex. singularem in d. l. cætera §. sed si parauerit ff. de legat. 1. vbi plenè Bart. & DD. facit tex. in
11 l. si nondum C. de furt. vbi sola destinatio non facit rem sacram, quare fuit dictum non requi-
12 ri solemnitatem in alienatione dictæ pecuniæ, & sic bis seruatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellans habet annum, & ex causa biennium ad prosequendam appellationem, nisi Iudex à quo abbreuiet terminum, nu. 2.*
3 *Iudex à quo quos terminos appellanti potest præfigere.*
4 *Et quos assignet Curia Archiepiscopalis Neapolitana.*
5 *Apostoli quomodo concedantur in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*

An Iudex à quo possit plures terminos assignare appellanti.

DECIS. CCLXI.

1 APpellans de iure habet annum, & ex causa biennium ad prosequendam appellatio-
2 nem, nisi Iudex, à quo breuiorem terminum statuerit, nam illo elapso deseritur appellatio, cap. cum sit Romana, & cap. personas de appellatio.
3 vnde euenit, quod Iudex à quo potest præfigere plures terminos appellanti. Primus ad iter arripiendum versus Vrbem, cap. peruenit il 2. de appellat. Secundus ad præsentandum se coram Iudice ad quem, vt habetur in d. cap. personas. Tertius ad recipiendum Apostolos, & si in termino nõ comparet deseritur appellatio, Clem. 2. de appellat. Quartus ad præsentãdum se corã Iudice ad quem cũ Apostolis, qui terminus si est competens deseritur appellatio, Bal. in l. præses C. de appellat. Franc. in cit. cap. personas eodem titulo. Quintus ad prosequendam appellationem, cap. ad hæc eodem tit. Franc. vbi supra. Sextus ad prosequẽdã appellationẽ, & ad faciẽdam fidẽ de prosequutione, quo casu non deseri appellationem scribit Federic. de Senis in cons. 28. sed talis assignatio operabitur vnum notabilem effectum, quando si appellans iusto impedimento cessante non faciet fidem coram Iudice à quo de sua prosequutione, & præsentatione infra terminum sibi assignatum, cui non contradixit, tunc poterit Iudex à quo statim mandare suam sententiam exequutioni, nec retractabitur per viam attentati, sed pendebit à futuro euentu ipsius appellationis, sequitur Franc. in d. cap. personas de appellat. vbi etiam dicit, non posse præfigere terminum ad finiendam ipsam appellationem, vel ad redeundum cum literis impetratis, quia esset imponere legem Superiori, quod in iure est reprobatum.

In Curia tamen Archiepiscopali seruatur,
4 quod appellanti statuitur terminus dierum decem ad recipiendum Apostolos, decem ad arripiendum iter, & se præsentandum conspectui Apostolico, & aliorum dierum decem ad faciẽdam fidem Domino Vicario de diligentia in impetratione rescripti cum comminatione, quid si defecerit in vnoquoque termino, appellatio habeatur pro deserta, & à multis retro annis sic fuit seruatum, & practicatum, vt refert Oliua super Rit. d. Curiæ Archiepiscopal. 35. & non assignatur hodie terminus, prout in dicto Ritu, quod si appellans ostenderit aliqualem diligentiam per literas alicuius commorantis in Vrbe, solet assignari alius terminus dierum
5 quindecim ad faciendam fidem prædictam, & pro Apostolis Curia Archiepiscopalis concedit appellanti copiam sententiæ, quod exprimit D. Vicarius, quando admittit, illis verbis, qui Dominus Vicarius appellationem admisit, & mandauit pro Apostolis concedi appellanti copiam sententiæ cum prædicto termino.

SVMMARIVM.

1 *Meliorans propriis impensis rem emptam, & alteri obligatam, si euinceretur absolui deberet ab actione hypothecaria, qua exuterat conuentus, & liberaretur præsentando primam æstimationem rei, detractis melioramentis, sed limita vt num. 2.*
3 *Valor præsentis temporis deducto pretio meliorationum per possessorem factarum attenditur.*
4 *Faciens meliorationes præfertur cuicumque creditori hypothecario quantumuis priuilegiato, quod intellige vt nu. 5.*

Possessor conuentus actione hypothecaria, vt valeat rem obtinere, an teneatur offerre totum creditum, si res possessa sit minoris valoris.

DECIS. CCLXII.

1 MEliora menta faciens in re, quam possidet, si conueniretur super ea hypothecaria, posset offerre agenti æstimationem rei absque melio-

meliorationibus, & sic melioranS proprijs impensis rem ipsam emptam, sed alteri obligatã, si euinceretur absolui deberet ab actione hypothecaria, qua extiterat conuentus, & liberaretur præstando primam æstimationem rei, detractis melioramentis prædictis, secundum Barto. & Bald. in l. 2. per totam C. de prædijs, & omnibus rebus nauic. lib. 11. Castrens. in l. si conuenerit la 2. §. si fundus ff. de pignorat. act. Alexan. in addit. ad Barto. in l. si fundus §. in vendicatione ff. de pignoribus, Brunus in tract. de augumento in 5. conclus. in princ. vers. 5. Corset. singul. in verbo melioratio, Negusant. in tracta. de pignoribus in 5. part. 4. membr. num. 21. vbi profert magnum verbum, scilicet opinionem istorum esse indubitabilem, & claram, & in effectu communis est, & cum ea concurrit similiter Soccin. conf. 224. in fin. volum. 2. & sæpè sæpius in practica ipsam vti communem obseruari vidisse inquit Viuius in sylua commun. opinion. conclus. 496. sequitur Morot. de iure offerendi num. 7. & 8. & fuisse iuxta hanc opinionem decisum in Rota Florentina die 26. Ianuarij 1569. refert Magon. in decis. 51. prout in Sacro Consilio Neapolitano fuisse etiam iudicatum testatur de Franch. in decis. 38. voluit Vrsill. ad Afflict. in decis. 88. num. 6. & sic fuit resolutum in casu occurrenti in nostra Curia Archiepiscopa-
2 li, vbi fuit dictum aliter esse agendum, si conuentus actione hypothecaria non fecerit meliorationes in re per eum possessa, nam vt possit se tueri aduersus creditorem, & retinere rem, tenetur offerre totum creditum, etiam quod res obligata sit minoris valoris, l. tutor §. Lucius ff. de vsur. cum concord. per Neguf. in tract. de pignor. in 2. membr. tertij membri 5. par. principalis num. 17. vers. sexto requiritur. Non enim liberatur possessor offerendo æstimationem, seu valorem rei, sed totum creditum tenetur offerre, vt idem Neguf. in quarto membro dictæ 5. par. num. 21. vers. sed difficultas insurgit, vbi latè discutit de veritate eorum, quæ consuluit Soccin. conf. 224. sequuntur Morot. de iure offerendi dict. num. 7. & 8. Magon. in d. decis. 51. Vrsill. ad Afflict. in cit. decis. 88. num. 6. de Franch. in d. decis. 38. num. 1. vbi num. 5. di-
3 cit Sacrum Consilium iudicasse, debere attendi valorem præsentis temporis, deducto pretio meliorationum per possessorem factarum, vt etiam referunt Magon. in pluries citata decis. 51. Couar. variarum resolution. cap. 8. sub num. 3. Negusant. de pignor. d. quarto membro nu. 21. creditum enim augmenti causati ex tempore cedit in beneficium creditoris, cui de pretio prædicto est satisfaciendum pro eius credito, & possessori sufficit, quod postquam ipse fecit meliorationes releuetur, quod non teneatur offerre totum creditum.

4 Notandum tamen obiter, quod qui fecit meliorationes præfertur cuicunque creditori hypothecario quantumuis priuilegiato, vt tenet Glos. Paris. in §. 1. glos. 5. num. 94. & sequen. & glos. 8. nu. 3. quod intelligendum putauit in bo-
5 nis melioratis, & non alijs, ad cuius opinionis comprobationem allegaui Surd. in decisio. 311. nu. 7. & conferunt scripta per Ludouic. in decis. Luc. 7. nu. 11. & 12. & Caualc. in decis. 28. in addit. num. 5. in fin. par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conditio formaliter impleri debet, & nihil addi, & detrahi potest nu. 2.*
3 *Legatum non transmittitur ad hæredes ante conditionem impletam.*
4 *Quoties munus debet adimpleri antequam percipiatur emolumentum est conditio, & non modus.*
5 *Legatum transmittitur moriente Legatario ante implementum temporis constituti ad petendum illud.*
6 *In dubio, tempus fauore hæredis adiectum præsumitur.*
7 *In dubio tempus potius censetur adiectum causa differendæ solutionis, quam limitandæ obligationis.*

Legatum an transmittatur moriente legatario ante implementum temporis constituti ad petendum illud.

DECIS. CCLXIII.

QVidam testator inter alias sui testamenti clausulas hanc apposuit, *Item lascio à N. ducati cento, quali li debbia hauear da qui à diece anni*, successit deinde, quod iste legatarius mortuus est antequam decennium perueniret, vnde fuit dubitatum, si dictum legatum transmitteretur ad eius hæredem, & videbatur prima facie negatiuè resoluendum, ex eo, quod dictum legatum videtur conditionale, tamquã
1 relictum ad certum tempus, & consequenter ante conditionis purificationem impediri trãsmissionem, ex quo conditio formaliter impleri debet, l. mercius, & l. qui hæredi ff. de conditionibus, & demonstrat. inducit enim formam Bald. in Auth. matri, & auiæ num. 3. in fine Cod. quando mulier, Berous quæst. 24. in princip. &
2 nihil addi, nec detrahi potest, Bald. in l. fi. num. 4. C. de suis, & legitimis, eiusquè ommissio destruit actum, idem Bald. & alij post eum in l. 1. ff. de liberis, & posthumis, & legatum minimè transmittitur ad hæredes ante conditionem pu-
3 rificatam, & eius implementum, l. vnica §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollend. l. 1. §. dies autem incertus ff. de condit. & demonstrat. vbi inquit textus, quod si legatarius ante diem incertum decesserit, legatum eius ad hæredem non transit, quia non cessit dies viuo eo, quamuis certum esset hæredem moriturum, vbi glos. non cessit in eodem §. dies, alia iura similia adducit & allegat Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 7. num. 23. fol. 171. & ad propositum tradit optime Gomez. variarum resolut. tom. 1. cap. 5. num. 16. & facit etiam, quia tempus huius decennij apponitur substantiæ obliga-

liga-

ligationis, & sic conditionalis redditur dispositio, & non transmittitur decedente legatario ante decennium, secundum Soccin. in cons. 228. num. 27. & 28. volum. 2. & Cras. recept. sentent. §. fideicommissum quaest. 20. num. 2. hic autem substantiae obligationis apparet appositum tempus decennij, quia tunc demum peti à legatario nummos per hunc testatorem relictos permittitur, quoties decennium peruenerit, & insuper additur pro hac sententia, quia quoties munus
4 debet adimpleri antequam percipiatur emolumentum, est conditio, & non modus, vt per plura iura probant Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. 5. num. 5. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo susceperit num. 205. & Crauett. in cons. 994. nu. 7. vol. 6.

Sed supra relatis in nihil obstantibus, contra-
5 rium fuit resolutum in Curia Archiepiscopali, scilicet quod legatum transmittatur moriente legatario ante implementum temporis constituti ad petendum illud, ex eo, quod videtur in principio dictae clausulae testamēti legatum hoc purè dicto legatario relinqui, ita vt quamuis postea tempus decem annorum adijciatur praestastationi, & executioni eius, non conditio, sed exactio in tempus legitimi temporis dilatata videtur, & sic ad haeredem suum legatum hoc dictus legatarius transmittet, etiam quod mortuus sit ante decennij tempus ei assignatum in dicta clausula, ex textu expresso in l. ex ijs verbis, C. quando dies legat. cedit, vbi ex eo id expendunt glos. Bartol. Bald. Castrens. & communiter DD. Decian. respons. 5. per totum maximè num. 4. volum. 3. & ex l. Seius saturni ff. ad Trebell. Supradictis addebatur, in dubio tem-
6 pus fuisse adiectum fauore haeredis l. cum tempus ff. de regul. iur. adeo quod non tenetur legatario ad fructus medio tempore perceptos, l. si ita relictum §. pegasus ff. de leg. 2. & in dubio tempus potius censetur adiectum causa differendae solutionis, quàm limitandae obligationis, Barto. in l. stipuler ff. de verbor. oblig. Rota diuers. in decis. 11. par. 2.

Praesbyteri inquisiti, & habilitati per palatium, an possint Missas celebrare.

DECIS. CCLXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Praesbyteris inquisitis, & habilitatis per palatium deneganda est licentia celebrandi Missas.*
2 *Simoniacus pendente accusatione celebrare prohibetur.*
3 *Pendente accusatione etiam subsequuta habilitatione reus remouendus est ab exercitatione diuinorum.*
4 *Reus quousque absoluatur, delinquens reputatur, & nu. 7.*
5 *Accusatione pendente accusato interdicitur administratio. & nu. 8.*
6 *Officiales pendente ipsorum inquisitione remouentur ab administratione officij.*
9 *Habilitatus censetur carceratus.*
10 *Officialis remotus à Principe retinet priuilegia.*
11 *In dubio donec quis non priuatur, sua possessione carere non debet.*

ACcidit multoties, Praesbyteros in Curia Archiepiscopali processari, & inquiri de aliquo crimine, & postea per eandem Curiam habilitantur, & quia multoties instant sibi licentiam impartiri, vt dicta accusatione pendente liceat Missas celebrare; fuit igitur dubitatū,
1 si esset praefata licentia praestanda, & fuit semper resolutum, & obseruatum esse denegandam, per text. in cap. accusatum, vbi Abb. & reliqui de
2 simonia, vbi simoniacus pendente accusatione, Missarum sollemnia facere prohibetur, qui tex. licet loqui videatur in simoniaco, contra quem iura valdè exclamant, vt dicit tex. in cap. sicut cit. tit. & in proprijs terminis, quod simoniacus prohibeatur Missam celebrare, voluit expressè Summus Pontifex in cap. tanta eodem titu. ni-
3 hilominus iuris generalis conclusio est, pendente accusatione etiam subsequuta habilitatione esse remouendum ab exercitatione diuinorum, vt firmarunt communiter DD. per illum tex. in cap. venerabilis de officio delegati, reus enim
4 quousque non absoluitur debet reputari delinquens, l. reus ff. de muneribus, & honoribus, l. 1. Cod. de reis postulandis lib. 10. & iuris fictione fingitur non esse integrum hominem, l. reus ff. de solutionibus, & propterea iure optimo tradit Barto. in l. libertus §. in quaestionibus ff. ad municipalem, per tex. in l. eum C. de suspectis tutoribus, & in l. quot si forte §. sunt quidam ff.
5 solutionibus; accusato, eius accusatione pendente esse administrationem intercidendam, sequitur Lucas de Penna in l. 1. colum. vltim. C. de reis postulandis, Faber in §. si quis Inst. de suspectis tutoribus, de Franch. in decis. 8. de Ponte in decis. 7. referens fuisse iudicatum, Officiales pendente ipsorum inquisitione remoueri ab officij
6 administratione, donec appareat de innocentia, Georg. in alleg. 42. num. 21. Capiblanc. in
7 tract. de auctoritate Baronum fol. 121. num. 41. Intrigliol. sing. 45. volens esse quem inquisitione pendente tractandum vti criminosum, stante iuris praesumptione contra ipsum, vt voluit etiam Additio ad Capyc. in decis. 121. Caball. resol. 76. Grand. de bello exulum fol. 218. post Baiard. in quaest. 16. & Viuium in decis. 40. nu. 13. qui vnanimiter testantur, & regulam consti-
8 tuunt, accusatione pendente faciēdam administrationis interdictionem, ad quod videndi sunt Cumia in tract. sindicatus cap. 17. num. 9. Anna sing. 370. & 476. Grammat. in cons. ciuili 162. & consi. crimin. 10. de Franch. decis. 423. & 493. quare si bonorum administratio interdicitur, accusatione alicuius criminis pendente, quanto magis interdici debet diuinorum exercitatio, quae maius concernit periculum, argum. text. in cap. vbi periculum, de electio. in 6. maximè cum haec concernat salutem animae, illa vero corporis, quae subijcitur illi, ad tex. in cap. solitae de maio-

maioritate, & obedientia cap. duo sunt 16. quæst. 4. Addebatur supradictis, habilitatum censeri
9 carceratū, l. succurritur ff. quib. ex causis maiores, & secundum Guid. Pap. in decis. 258. iura loquentia de carceratis, extenduntur etiam ad habilitatos, vnde quemadmodum carceratus profitens in aliqua Religione non se eximit à iurisdictione primi Iudicis, iuxta terminos decis. de Franch. 190. ex quo cēsetur fecisse in fraudem, ita pariter dicendū erit de habilitato profitente, Anna cons. fin. vol. 2.

10 Non obstat, quod Officialis remotus à Principe retinet priuilegia, & sic eius vxor retinet dignitatem, & immunitatem, Guid. Pap. in decis. 377. & in decis. 379. & consequenter non debere Officialem pendente dilatione criminis ab illius exercitatione remoueri, quia respondetur, ex hoc non inferri ad illud, quia potest euenire, quod quis non amittat officium, & tamen illud non exerceat, cum de iure solus titulus delicti non facit quem inquisitum, iuxta terminos decis. de Franch. 330. num. 7. Caballus resolut. 77. Cappell. Tholos. in decis. 371. March. in decis. 652. Vrsill. in decis. Affl. 337.

11 Non obstat, quod in dubio donec quis non priuatur non debet carere sua possessione cap. 1. de causa possess. & propriet. cap. cum personæ de priuilegijs, latè Capyc. in decis. 189. & consequenter interim donec non constiterit de crimine prætenso non debet quis priuari beneficio spirituali, quia respondetur loquendo in crimine simoniæ, quod quis censetur ipso iure suspensus, vt est communis opinio, teste Viu. in opin. 254. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. nu. 136. Clar. in §. simonia nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Facti species.*
2 *Cuilibet licet in pcoprio pariete ædificare.*
3 *Præscriptio datur in iure.*
4 *Fenestræ existentes in muro communi absque cantonibus debent claudi, ad effectum vt vicinus possit gradus lapideos appodiare.*
5 *Seruitus non potest induci in pariete communi.*
6 *Res propria nemini seruire potest.*
7 *Seruitus non potest pro parte imponi.*
8 *Lumen vicino vendere quis cogitur vbi aliundè haberi non potest.*
9 *Practica claudendi aperturas refertur.*
10 *Ab opinione vsu probata recedendum minimè est.*
11 *Dubietas omnis ex obseruantia declaratur.*
12 *Sufficit aliquo tempore ita seruatum.*
13 *Quæ requirantur in præscriptione.*

Fenestræ existentes in muro communi absq; cantonibus, an debeant claudi ad effectum, vt vicinus possit gradus lapideos appodiare.

DECIS. CCLXV.

1 PEtijt quidā de Mareschis condemnari quendam de N. ad claudendas fenestras absque cantonibus in communi pariete existentes, vt valeret gradus lapideos appodiare, quare fuit dubitatum, si talis petitio esset de iure concedenda, & admittenda, & pro parte negatiua primo allegabatur Vrsill. ad Afflict. in decis. 265. vbi
2 hoc non esse concedendum testatur, cùm vnicuique in proprio pariete ad libitum fenestras facere permittatur, vt per Bald. Salicet. & Castrens. in l. altius C. de seruit. & aqu. Veron. de seruitut. in titu. de fenestr. in principio: secundo ex præscriptione dictæ seruitutis quam al-
3 legabat, quæ de iure procedit, l. 1. & 2. C. de seruitut. & aqu.
4 Non obstantibus his suprapositis, Curia Archiepiscopalis pro vero habuit contrarium, & sic tenuit, tales de Mareschis posse appodiare gradus lapideos, & consequenter condemnauit illos de N. ad claudendas dictas fenestras, ad effectum appodiandi gradus lapideos, ex quo vicinus habet fundatam intentionem ædificium altius tollendi de iure consuetudinario, ex consuetud. si quis habet parietem, iuncta consuetudine, & vbicumque sub Rubrica de seruit. vbi Capyc. in additio. testatur qualiter Tabularij Neapolitani faciunt claudete fenestras, quæ sunt sine cantonibus indifferenter, & quod quidam Tabularius Hieronymus Squalia fecit claudere fenestras antiquissimas sinè cantonibus, & quod illa Camera remansit obscurata, & iuxta hoc fuisse pluries decisum refert Afflict. in decisio. 224. & decis. 225. vbi Carauita, & Vrsil. ad quod videndi sunt etiam Ludouic. in decis. Lucens. 58. Thesaur. in decis. 41. num. 15. Paris. cons. 63. lib. 1. Alexan. consi. 174. volum. 2. & latè alios referens Veron. de seruitut. in rubrica de pariete, cap. 40. num. 12. vnde meritò consideratis his omnibus, reiectis friuolis oppositionibus, nuperrimè dum ageretur causa in Magna Curia Vicariæ, & in Sacro Regio Consilio inter Ducem Siciniani, & Cæsarem Piscicellum in proprijs terminis, ventilatis supradictis, & discussis, fuit condemnatus Dux per Magnam Curiam, & per Sacrum Consilium ad claudendas aperturas in communi pariete, vt refert Amat. in
5 cons. 40. in fine, & ratio decisionis esse potest vltra prædicta, nam seruitus non potest induci in re communi l. si binarum ff. de seruitu. Vrban. prædior. l. duorum, & l. si quis duos, & l. intuendis, vbi expressè hoc patet ff. commun. præd. & stringit tex. in l. in re communi, & in l. propriū ff. de seruitu. vrban. prædior. res enim propria nemini seruire potest ex dictis iuribus, & l. vti
6 iuri, in principio ff. si vsusfruct. pet. in rè vero propria, siuè communi neq; potest seruitus pro
7 parte imponi d. leg. proprium, & l. pro parte ff. de seruit. l. si vnus ex socijs ff. de seruitu. vrba. prædiorum, & si extinguitur seruitus propter communionem, l. si communi fundo ff. de seruitu. vrban. præd. ergo si à communi pariete fugit seruitus non potest de iure fundari, posse aperiri fenestras in muro communi maximam seruitutem inducentes.

Non obstat quod tradit Vrsill. ad Affl. decis. 265. num 215. cum sequent. Primo inquit ibi
8 membra domus non potuisse aliundè lumen recipere,

recipere, quo casu cogitur vicinus aerem vendere, nè Ciuitas deformetur, l. cætera 43. §. Senatus ff. de leg. 1. & ex not. per Flor. in d. l. qui binas ædes ff. de seruit. vrban. præd. sed decipitur Vrsill. nam ibi Flor. num. 1. contrarium concludit respectu illius cum quo non contraxi, nec quasi, tunc enim non tenetur vendere iter, & ipsum in totum lumina domus offuscare, vt clarius ibi explicat Castrens. nu. 5. præterea loquitur vbi domus, vel eius membra obscurarentur, & Ciuitas deformaretur, quod non est in proposito casu, cum nullum membrum domus indè lumen recipiat, sed tantum paruulum iter, ex quo ad lauacrum per famulas peruenitur. Secundo inquit Vrsill. ibi num. 117. interuenisse legitimam præscriptionem cum requisitis notatis per Veron. sub rubr. quomodo, & qualiter, quæ hic omninò cessat, vt infra dicetur. Tertiò idem Vrsill. post num. 118. testatur de practica,
9 vt statim, quod accedit Tabularius, & videt fenestras sine cantonibus eas & si antiquas, & diù toleratas mandat claudi, quę practica est iuri cōformis, vt ex præmissis constat, de qua etiam testatur Capyc. in d. addit. & idem refert Expertus, cui visio huius differentiæ fuit per Magn. Curiam commissa, & ab hac opinione vsu pro-
10 bata recedendum non est §. penult. instit. de satisd. ibi omnia apertius à quotidiano iudiciorū vsu ipsius rerum documentis apparere, l. 3. C. de ædificijs in princ. ibi probatis ijs, quæ in Oppido frequenter in eodem genere controuersiarum seruata sunt, cum alijs ad idem congestis per Pinell. in l. 2. par. 2. cap. 4. num. 2. C. de rescind. vend. ex eo enim, quod post legem seruatum est, & statuentium mens colligitur, dubietas om-
11 nis ex obseruantia declaratur, Castrens. consil. 347. quia circa donationem colum. fin. lib. 1. & plura per Crauet. consil. 201. num. 11. & in hac materia standum est peritis in arte, vt per Veron. in dict. rubr. de pariete, seù muro num. 12.
12 versic. item etiam, nec requiritur præscripta consuetudo, sed sufficit aliquo tempore sic fuisse seruatum, Aretin. cons. 11. colum. 3. Crauetta cons. 201. num. 12. Dec. cons. 11. & cons. 48 post num. 27. & consil. 155. & 441. num. 13. ex quo non obstat quod annuit Vrsill. fuisse decisum, primo quia est contra ius, vt optimis fundamentis fuit supra probatum, secundo quia est contra inueteratam consuetudinem, ex qua facilius eadem consuetudo interpretationem recipit, quam ex lege communi, l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pactis, tertio, quia non est ei credendum, nisi exhibeatur sententia, iuxta tradita per Dec. in cons. 258. post num. 4. & in consil. 259. num. 9.

Non obstat, quod liceat vnicuique in proprio pariete ad libitum fenestras facere, vt per Bald. Salic. & Castrens. in l. altius C. de seruit. & Veron. in tit. de fenestr. in princ. nam idem Veron. ibid. num. 3. inquit, secus esse in pariete communi, in quo non licet socio inuito fenestram facere, ibique alios refert, & omnes DD. loquuntur in proprio pariete, nam cōmuni iure inspecto, vbi quis iuxta alterius Regionem domum extollere velit; debet duos pedes relinquere, l. fi. §. si quis septē ff. fin. regun. Vall. de reb. dub. tract. 8. & 9. vbi legem illam, & similes in iudicando seruandas asserit nec esse antiquatas.

13 Tandem non obstat præscriptio, quam allegabat, ex eo quod in pluribus deficiebat, primo n. requiritur titulus inst. t. de vsucap. in prin. hic autē respectu seruitutis nullus adfuit, necessaria est etiam possessio, c. sine possessione de reg. iur. in 6. & hæc vniformis esse debet, alioquin non prodest, Bar. in l. solent §. non vero num. 4. vers. sed si fuerit ff. de offic. procons. Dec. cons. 8. col. 4. vers. secundo quia, & cons. 214. colum. 2. vers. numquam plures, & hic difformis fuit vsus ex pluribus, vt apud acta patet.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus præsumitur acquisitum ex vsurpatione in Magnatibus, Vniuersitatibus, Communitatibus, & Episcopatibus, vt nu. 2.*
3 *In personis in quibus præsumitur vsurpatio debēt esse præse tationes continuatæ per tempus quinquaginta annorum.*
4 *Forma assignata est præcisè seruanda, ita quod si in minimo deficiat forma, nihil actum dicatur, & totus actus corruat nu. 5.*

An in personis, in quibus præsumitur vsurpatio, debeant esse præsentationes continuatæ per tempus immemorabile.

DECIS. CCLXVI.

1 IN Magnatibus, Vniuersitatibus, & Communitatibus iuspatronatus præsumitur acquisitum ex vsurpatione, Butr. in cap. dilectus, vers. quæro secundo num. 2. de officio delegat. Roccus de Curte de iurepatronatus verbo ipse, vel is, propè finem, vers. pro hac enim opinione, Mohedan. decis. 10. num. 2. de iurepatron. Caputaquen. decis. 128. num. 1. part. 2. Achilles de Grassis decis. 4. num. 4. de iurepatronat. Puteus decis. 59. num. 1. lib. 1. & fuit dictum in vna Paduana iurispatronatus vltimo Maij 1591. coram Seraphino, & in Melphen. iurispatronatus 19. Ianuarij 1598. coram Mantica, & in Compsana iurispatronatus 23. Ianuarij 1594. coram R. P. Domino Litta, & adde Gregor. Lopez in l. 6. glos. verb. duen. los seruir. tit. 25. partit. 4. in his enim personis, & Communitatibus Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 9. voluit, quod quando non doceretur per authentica documenta de ipsamet fundatione, donatione, aut constructione, quod vltra immemorabilem præscriptionem, seù consuetudinem, quam omninò probare tenentur, insuper docere debent per authenticas scripturas de præsentationibus continuatis, & effectum suum sortitis per tempus continuum quinquaginta annorum; in hac enim parte Concilium Tridentinum addit iuri communi, & illud immutat, ex quo sola probatione immemorabili non contentatur, vt dixit

Rota decis. 199. num. 5. & decis. 331. nu. 2. par. 2. diuersorum, dicit enim Côcil. in his vero personis, Vniuersitatibus, seù Communitatibus, &c. personæ istæ sunt omnes Domini Ciuitatū, Castrorum, aut locorum], Duces, Marchiones, Comites, Barones, & alij quilibet Domini perpetuam iurisdictionem habentes, vt censuit Sacra Congregatio Concilij per hæc verba, & fuit resolutum in vna Sabinen. beneficiorū 15. Nouembris 1582. coram Sanctiss. D. Clemen. VIII. Paris. de confident. q. 28. n. 143. vbi etiam dicit,
2 habere locū in Episcopatibus possessis per Cardinales, & quod etiam procedit, quamuis dicti Domini recognoscāt superiorem, & pari ratione idem disponitur in Vniuersitatibus, & Communitatibus, propter illarum potentiam, Pute. in decis. 205. lib. 1. quod etiam procedit, quāuis Vniuersitas sit parua, vt fuit dictum in vna Bononien. iurispatronatus de Barignana 10. Martij 1585. corā Gipsio, & in nullius Archipresbyteratus 1. Maij 1588. coram Pamphilio, licet secus esset, si non Vniuersitas, sed certa pars illius prætenderet iuspatronatus, vt Sacra Congregatio nouissimè declarauit.

Ex his igitur orta est difficultas in Curia Archiepisc. an in supradictis personis debeant esse præsentationes continuatæ per tempus immemorabile, vel sufficiat per spatium quinquaginta annorum, & licet prima facie videbatur dicendum, esse necessarium, quod sint multiplicatæ
3 præsentationes per tempus immemorabile, per illa verba Concilij (& vltra supradicta) vt ait Paris. de confident. q. 28. nu. 256. nihilominus contrarium fuit pro vero habitū in d. Curia, & sic, quod requirantur præsentationes continuatæ spatio 50. annorum tantum, vt patet ex verbis dicti Concilij, quod adeò verum est, vt si adesset dicta cootinuatio non sufficerent præsentationes, nec ducentorum annorum, vel plurium, cū
4 forma dicti Concilij in hac parte assignat certā formam, quæ est præcisè seruanda. l. non aliter ff. de leg. 3. c. cum dilecta, vbi latè Feli. de rescr. c. si cui de præb. in 6. Paris. cons. 12. nu. 47. & cōs. 15. nu. 23. vol. 2. Rota in decis. 13. nu. 2. de preb. in nou. & decis. 8. de dolo, & contumacia in no-
5 uis, ita quod si in minimo deficiat forma, nihil actum dicatur, & totus actus corruat, Fel. in d. c. cum dilecta nu. 10. de rescrip. Mohed. decis. 17. nu. 1. de caus. possess. Caputaq. in decis. 250. par. 1. & decis. 143. nu. 5. par. 3. Mandos. in reg. 27. q. 20. nu. 16. cum seq. & ad vnguem est seruanda. Dec. cons. 532. nu. 4. & 5. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 31. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Testis inhabilis admittitur ad probandum cū tortura in casibus à iure expressis, sed quid seruetur in Curia Archiep. nu. 4. & quando habeat locum hæc conclusio nu. 3.*
2 *Testis infamis in casibus, in quibus admittitur de iure ad testificandum, non admittitur sine tortura.*

An testes inhabiles in casibus à iure expressis admittantur absque tortura.

DECIS. CCLXVII.

1 CONcludit Mascard. de probat. concl. 1359. nu. 19. & concl. 462. num. 278. & seq post Gram. cons. 45. nu. 22. Bertazzol. cons. 3. nu. 31. lib. 1. Bursat. cons. 276. nu. 14. lib. 3. & post alios plures, quos ipse allegat ibidem, vt tunc in casibus à iure expressis, testes inhabiles admittātur, & probent, quando deposuerint in tortura, se-
2 cus sine ea, vnde videmus, quod testes infames in casibus, in quibus de iure admittuntur ad testificandum, non admittuntur sine tortura, l. ob carmen §. si ea rei conditio ff. de testibus, & ibi hoc notat Bald. in summario, Alberic. in versic. ad testimonium autem, Odofred. in princip. vbi sic dicit, ponamus, quod Iudex in crimine læsæ Maiestatis aliquem militem recipiat in testem, non debet eum subijcere quæstionibus, sed debet dicere iuretis dicere veritatem, si autem recipiat aliquem ribaldum, & infamem personam, debet dicere, ligetis ei manus, & trahatis eum superius, & ponatis eum in quæstionibus, & si dicat ribaldus, non fecisti ita militi, debet Iudex respondere, Miles est honesta persona; tu autem es infamis, nec admittendus sine tormentis, sequuntur Clar. in sua pract. §. fin. quæst. 23. Boss. in titu. de tortur. test. num. 3. vbi quod ita apud eum practicatur, Cyril. in summa crimin. rubr. 29. in titu. de quæstio. §. 3. num. 2. licet ipse Mascardus limitet supradictam conclusionem,
3 vt procedat, quando inhabilitas prouenit ex defectu famæ, vel status, prout etiam loquuntur Bertazzol. d. consi. 3. num. 31. & Farinac. de testibus quæst. 56. num. 37. & nu. 56. nunc enim inhabiles non admittuntur sine tortura, secus si alio respectu inhabilitas resultaret, nam tunc non est necessaria tortura, ad hoc vt inhabiles admittantur, & probent in casibus alias à iure permissis, sicuti post alios, quos allegat sequitur Gabriel. in lib. commun. conclus. in tit. de testibus conclus. 8. nu. 8.

4 Quidquid sit ex supra relatis, Curia Archiepisc. seruat contrarium, admittit enim testes inhabiles ad deponendum, & probandum absque tortura, & sic in aliquibus casibus seruaui, & in alijs causis per alios Dominos in eadem Curia seruatum vidi, non obstantibus supradictis,

SVMMARIVM.

1 *Testis vnicus, vt faciat inditium ad torturam debet esse omni exceptione maior, & sine macula.*
2 *Amplia, vt nec inhabilis sufficiat cum tortura.*
3 *Amplia etiam in crimine læsæ Maiestatis, & aliis criminibus exceptis.*
4 *Limita in delictis occultis, & difficilis probationis.*
5 *Limita, quando inquisitus est leuis vitæ, & malæ famæ.*

6 Li-

6 *Limita in Iudice habente amplum arbitrium, quia & is torquere poterit ex dicto testis non omni exceptione maioris.*

Testis vnicus vt faciat inditium ad torturam, an debeat esse omni exceptione maior.

DECIS. CCLXVIII.

1 VIsum est Curiæ Archiepiscopali in quamplurimis causis occurrentibus, vt tunc demum testis vnus faciat inditium ad torturam, deponendo immediatè de delicto, quando scilicet est omni exceptione maior, & sinè vlla prorsus macula, quāuis minima, aliter secus. sic enim expressè hanc materiam declarant passim vbiq; communiter DD. per text. in l. 1. §. idem Cornelio, & l. maritus, vbi glos. in verbo illicitè in fin. ff. de quæst. vt videre est apud Bart. in dictis iuribus, Alex. in cons. 124. num. 10. Crau. cons. 99. nu. 4. Marsil. in sua pract. §. diligenter num. 71. & 73. Carrer. in pract. in 2. tract. de indit. & tortur. §. quæ autem sint inditia ad torturam
2 num. 3. & 5. vbi ampliat etiam cum tortura, sequitur post alios Menoch. de præsumpt. lib. 1.
3 quæst. 89. num. 7. 8. & 12. vbi ampliat etiam in criminalibus exceptis, prout est crimen læsæ Maiestatis, & ita etiam ampliant Bertazzol. cōs. 232. nu. 5. & 6. vol. 1. Peguer. in decis. crim. 17. nu. 1. Honded. cons. 100. num. 14. vbi quod hæc opinio communiter approbatur; ex quibus, apparet hanc conclusionem esse in iure verissimā, & magis communiter approbatam, licet fallat in delictis occultis, & difficilis probationis, in
4 quibus vnus testis de visu facit inditium ad torturam, etiam quod non sit omni exceptione maior, vt in terminis scripsit Cason. de indic. cap. 1. tract. 10. num. 12. & est ratio, quia generaliter in delictis occultis admittuntur testes inhabiles, & non omni exceptione maiores, vt tradit Farinac. latè in tit. de opposit. contra test. in ma
5 teria testis inhabilis, & nec pariter dicta conclusio procedit, quando inquisitus est leuis vitæ, quia tunc ex vnico teste de visu potest contra eum deueniri ad torturam, etiam quod non sit omni exceptione maior, vt in terminis post Isern. quem allegat, sequitur Carrer. in d. §. quæ autem sint ista inditia num. 4. voluit Menoch. de præsumption. lib. 1. quæst. 89. num. 6. sequitur Farinac. de indic. & tortur. quæstio. 36. num. 65. vbi hoc intelligit, dummodo testis non sit ipso iure inhabilis, vel non patiatur plures defectus, & dummodò inquisitus sit malæ vitæ, quia puta alias criminosus, & malæ famæ, sic enim isto casu leuem vitam intelligit, non de eo qui sit malæ vitæ, & in ijs terminis potest admitti supradicta limitatio; primo, quia quando habemus adminicula, tunc requiritur, quod testis de visu sit omni exceptione maior, ad hoc vt faciat inditium ad torturam, vt probat idem Farinac. vbi supra num. 56. & quod leuitas vitę, hoc est mala vita inquisiti magnam inducat suspitionem delicti, de quo inquiritur, etiam quod diuersi generis sit, dixit latè idem Farinac. de delictis, & pœnis, quæst. 23. nu. 22. & 23. Secundo quia mala fama in genere iuncto teste vnico de auditu, qui minus probat, quam testis de visu, vel etiam iniuncto quolibet alio adminiculo, inditium facit ad torturam, Brun. inter cons. crimin. diuers. cons. 115. nu. 6. & 66. tom. 2. & benè adnotauit Granut. Theoremat. 23. num. 4. vbi quod mala fama est sicut herba bettonica, quæ iuncta cum alijs inditijs non sufficientibus, illa facit sufficientia. Tertio, quia secundum vnam opinionem, contra hominem infamem, & malæ vitæ admittuntur etiam generaliter testes non omni exceptione maiores, vt per Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 27. sub num. 7. Conrad. in practic. de offic. prætor. in caus. ciuil. in materia testium Rubr. person. testium aggrediendo num. 14. cum aliis adductis per Mascard. de probat. conclus. 462. nu. 15. conclus. 857. num. 4. & conclus. 1356. num. 56. & 72. & secundum Alexan. in cons. 65. num.
6 9. supradicta firmata conclusio nec etiam procedit in Iudice habente amplum arbitrium, quia is torquere poterit reum ex dicto vnius testis, etiam quod non sit omni exceptione maior, sequitur Grammat. in decis. 34. nu. 31. Dec. cons. 63. num. 6. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 89. nu. 4. & sequen. & de præsump. lib. 1. quæst. 89. num. 13.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter Delegatus non potest subdelegare, & hoc maximè, quando esset electa industria personæ, quæ regulariter electa censetur.*

2 *Ex quibus præsumptionibus electa censeatur industria personæ, & num. 3. 4. 5. 6 7. 8. 9. & 10. vbi refertur decisio articuli, quod stante clausula (conscientiam tuam oneramus) Delegatus potest causam sibi delegatam subdelegare contra opinionem Menoch. & aliorum, quos ipse refert de arbitrar. iud. casu 68. nu. 12.*

An stante clausula (conscientiam tuam oneramus) Delegatus possit causam sibi delegatam subdelegare.

DECIS. CCLXIX.

1 DElegatum regulariter non posse subdelegare, annuit text. in cap. fin. de officio delegati, & hoc maximè, vbi esset electa industria personæ, quæ regulariter electa censetur, vt per Bologn. cons. 6. num. 10. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 54. num. 10. Ang. in §. vsusfructus, sub nu. 5. inst. de vsufruct. quod colligitur quando dicitur, personaliter cognoscas, facias, vel exequaris, quia tunc est electa industria personæ, & subdelegare non potest, vt ait Ioan. And. in cap. fin. sub nu. 12. de offic. deleg. & ibi Imol. num. 16. sequitur Abb. in cap fin. §. is autem

num. 6. eodem titulo, vbi ait, hoc non procedere vbi partes consentiant, quia subdelegare poterit, quod sequitur Marsil. de Bannit. in verbo Commissario num. 46. & quod industria perso-
2 næ intelligatur electa vbi dictum esset, personaliter cognoscas, voluit Ias. in l. 1. num. 29. ff. de offic. eius, & quod ideo subdelegare non possit scribit Menoch. in cons. 416. volum. 5. vel quando diceretur, per te ipsum cognoscas, quia
3 per talem clausulam intelligeretur electa industria personæ, & propterea subdelegare non potest, teste Eugen. in cons. 89 num. 15. volum. 1. Vant. de nullit. proc. in titu. de nullitat. ex defect. iurisdict. deleg. sub num. 21. Ias. in l. à iu-
4 dice sub num. 19. C. de iudic. vel quando aliquid ratione confidentiæ alicui committit, vt quia diceretur, quia confidimus, vel confisi, quia tunc electa est industria personæ, vt ait Butr. in cons. 48. in fine, & Crau. in cons. 303. num. 2. & Menoch. in quæst. 68. sub nu. 11. vers. accedit, quod quando de arbitr. iud. & Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. in l. more maiorum sub num. 11. vers. & maximè ff. de iurisdict. omn. iud. vbi ait, quod per verba illa, confidentes de industria, legalitate, & bonitate tua videtur electa industria per-
5 sonæ, & Rom. in consi. 220. vbi ait, quod quando dicitur, committimus discretioni tuæ, de qua plurimum confidimus, subdelegatio fieri non potest, vel quando negotium non determinatum committitur, quo casu intelligitur electa industria personæ, vt ait Crauet. in consil. 303. num. 3. & Ioan. Baptista de Sancto Seuer. in l. more maiorum num. 16. ff. de iurisd. omn. iud. vt quando diceretur, prout tibi videbitur, vel arbitrio tuo, vt ait Menoch. in dict. quæstio. 68.
6 num. 14. de arbitrar. iudic. vbi inquit, in arbitrarijs esse electam industriam personæ, quia non est data certa forma actui, vel si dictum fuisset, talis expediat, & non alius, quia tunc videtur
7 prohibita subdelegatio, vt ait Alex. in l. 1. num. 92. vers. secundo limita ff. de officio eius, & in l. more maiorum num. 22. vers. item non delegatus ff. de iurisdict. omnium iud. & Ias. in l. à iudice sub nu. 10. vers. septimo limita C. de iudic. vel si dictum fuisset, tuis manibus expedias, vt ait Purpur. in l. 1. num. 502. vers. & quartus modus ff. de offic. eius, & ibi Paul. de Orian. sub num. 19. vers. item plura addo, & Ioan. Bapt. de Sanct. Seuer. in l. more maiorum sub num. 12. vers. item dicas ff. de iurisd. omn. iud. vel manibus proprijs, vt ait Paris. in l. possess. §. adipiscimur num. 1. ff. de acquiren. possessio. & Galliaul. in l. 1. §. si quis ita simpliciter num. 4. ff. de ver-
8 bor. oblig. vel quando dictum esset, tu tu, vel per te te cognoscas, quia propter geminationem intelligitur electa industria personæ, & non potest subdelegare, vt ait Ias. in l. 1. num. 30. versic. eodem modo ff. de offic. eius vbi num. 33. hanc defendit opinionem, Bald. in cap. fin. num. 3. vers. nota quod de offic. delega. quem damnat, ibi imò sub num. 4. dicens, quod dictum Baldi iure nõ probatur, sed quidquid sit, hanc opinionem tenuit Purpurat. in l. 1. sub nume. 501. vers. & tertius quando diceretur ff. de offic. eius, & rursus Ias. in l. si quis in conscribendo sub nu. 24. vers. per prædict. & nu. 25. C. de pact. & in l. à iudice sub num. 10. versic. nono limita C. de iudic. & Grat. in cons. 153. hoc thema num. 58.
9 volum. 2. vel quando commissum esset arduum negotium, quia tunc Commissarius non poterit subdelegare, ex quo censetur electa industria personæ, vt ait Imol. in dict. cap. final. numer. 15. de officio delegati, Ias. in l. more maiorum num. 65. ff. de iurisdict. omnium iudic. Dec. in l. 1. num. 28. ff. de officio eius, Menoch. de arbitrar. iudic. quæstio. 54. num. 7. & quæstio. 68. num. 15. & in casu 205. num. 1. vbi ait num. 3. Iudicis arbitrio relinqui, quæ dicantur ardua, magna, vel grauia negotia, vel si dictum esset, in
10 quo, vel super quo conscientiam tuam oneramus, vt dicunt Imol. in cap. fin. sub num. 22. de offic. deleg. Alexan. in l. more maiorum num. 23. ff. de iurisdict. omnium iudic. Menoch. de arbitrar. iudic. quæst. 68. num. 11. Ias. in l. 1. sub num. 29. ff. de offic. eius, qua in re contrarium seruauit Curia Archiepisc. nam non habuit pro vero iuxta veriorem opinionem, quod per clausulam (conscientiam tuam oneramus) impediatur subdelegatio, vt laté tradit Felin. in d. cap. fin. de officio delegati, qui limitat, quando Papa diceret, decidas secundum conscientiam tuam, & tunc nisi diceret, decidas sic, aut sic, idē de clausula oneramus tenet Nauarr. in cons. 6. de officio deleg.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest facere indultum illis, qui aliorum delicta detegunt.*
2 *Iudices ordinarij possunt banditos rebandire.*
3 *Interest Reipublicæ delicta puniri.*
4 *Ad Iudicis officium spectat perquirere delinquentes, & prouinciam malis hominibus purgare num. 5*
7 *Iudex pro inueniendis delinquentibus potest priuatorum domum introire, & pro eruenda veritate potest vti cauillationibus nu. 7.*
8 *An indultus concedi possit ab Aduocato Fiscali, vide remissiuè.*

An Episcopus possit facere indultum illis, qui aliorum delicta detegunt.

DECIS. CCLXX.

1 SOlet Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Archiepiscopus concedere indultum his qui alios delinquentes reuelauerint; nam
2 Iudices ordinarij possunt banditos rebandire, & remittere ex prædicta causa, Bart. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. faciend. per textum in l. omnes §. fin. de re militar. iunctis plenè traditis per Tiraquell. de pœnis temperand. causa 49. & Plaz. in epitom. delict. lib. 1. cap. 33. nu. 2.
3 & 3. Farinac. de inquisitione quæst. 6. num. 14. cuius obseruantiæ ratio est, quia interest Reipublicæ, vt delicta puniantur, l. quia vulneratus ff. ad leg.

ad leg. Aquil. latè Grammat. conf. 3. & Bombin.
4 conf. 15. propterea ad Iudicis officium spectat perquirere delinquentes, l. congruit ff. de offic. præsid. l. Naui ff. ad l. Rod. de iact. & prouin-
5 ciam malis hominibus purgare l. illicitas §. fin.
6 ff. de officio præsid. vnde pro inueniendo malefactore, & delinquente, potest priuatorum domum introire, & ibi perquirere, l. sciant C. de seru. fugit. Abb. in capit. 1. in fin. de raptor.
7 Felin. in cap. venerabilis de exceptio. & pro eruenda delicti veritate potest vti etiam cauillationibus, vt latè per Dec. in l. cauillationis ff. de regul. iur. & promittere impunitatem delicti, vt in proprijs terminis adnotant Ias. in l. iuris gentium §. paciscar ff. de pact. & Dec. vbi supra post Alciat. in l. Labeo §. contractus ff. de verbo.
8 significat. An autem huiusmodi indultus possit concedi ab Aduocato fiscali, videndus est Afflic. in decis. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *In iudiciis summariis est seruandum ius naturale, & gentium, omissis iuris ciuilis sollemnitatibus.*
2 *In iudiciis summariis non est ponendum tempus in libello.*
3 *In causa alimentorum nulla datur dilatio, & si datur erit breuis nu. 4.*
5 *Iudicium migrationis, vulgò di sfrattare, est summarium, & nulla exceptio potest aduersus eum opponi, & nu. 10.*
6 *A sententia exfractationis non licet appellare.*
7 *Causæ, quæ celeritatem desiderant sunt adeò priuilegiatæ, quod in eis procedi potest etiam diebus feriatis.*
8 *A iudicio possessorio non appellatur.*
9 *Conductor, conductione finita non potest locatori referre quæstionem dominii.*

An iudicium migrationis, vulgò *di sfrattare* sit summarium, ne posit contra eum aliqua exceptio opponi.

DECIS. CCLXXI.

1 IN Summarijs iudicijs seruandum esse ius naturale, & gentium, omissis iuris ciuilis sollemnitatibus, testis est Rota in decis. 44. n. 3. p. 2. diuers. vnde vbi sumus in iudicio, in quo omnes
2 causæ sunt summariæ, vt in hoc Regno Neapolitano, non est ponendum tempus in libello, vt concludit Afflict. in decis. 250. num. 4. quem sequitur, & ita fuisse decisum scribit Anna in
3 allegat. 111. num. 3. & quia causa alimentorum est summaria, ideo nulla datur dilatio, quia venter moram nullam patitur, argum. l. fin. ff. de appell. recip. Simon de Prat. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitat. 11. num. 31. Barz. in
4 decis. 80. num. 15. & si danda est, erit breuior, vt post Specul. Bart. Gigant. Foller. Cephal. Menoch. & Cordub. voluit Surd. de aliment. titu. 8. priuil. 2. num. 6. vnde cum in Curia Archiepi-
5 scopali pro vero fuerit pluries habitum, vt iudicium migrationis, vulgò *di sfrattare* sit summarium, propterea nulla exceptio contra eum fuit permissum opponi, ex eo quod à sententia ex-
6 fractationis non licet appellare, vt dicit Bald. in l. vnic. C. si de moment. possess. fuer. appell. Alexan. & Ias. in l. 1. in fin. ff. solut. matrimon. Grammat. in decis. 58. nu. 15. Castil. in decis. 32. num. 7. vbi sic decisum refert, talis enim causa,
7 & tale mandatum celeritatem desiderant, Addit. ad Magon. in decis. Lucens. 15. Bald. in l. 1. §. 1. ff. de fer. nam dictæ causæ, quæ celeritatem desiderant, sunt adeò priuilegiatæ, quod in eis procedi potest etiam diebus feriatis, vt dixit Roman. in l. si vero §. de viro ff. solut. matrimon. & Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, extra de constitut. & secundum Castillum in d. decis. 32. num. 10. etiam additur alia ratio, quia non da-
8 tur appellatio a sententia lata in iudicio possessorio, Capyc. decis. 34. vbi Addit. num. 5. de Franch. in decis. 136. Afflict. in decis. 269. qui testatur sic fuisse decisum per totum Consilium Regium, & magis communem refert Honded. in conf. 22. nu. 45. vol. 2. & alios refert Lancellot. de attentat. cap. 12. in tit. Appellat. pendent. li-
9 mitat. 25. Supradictis accedebat dispositio tex. in l. si quis conductionis C. locati, vbi coductor conductione finita non potest locatori referre quæstionem dominij, sed statim restituere
10 tenetur, Faber in decis. 14. C. locati, & propterea Afflict. in decisio. 12. voluit, iudicium conductionis esse summarium, & in eo esse procedendum absque iuris apicibus, sequitur Valasc. in decis. 34.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua non potest per Iudicem, qui eam tulit reuocari.*
2 *Iudex postquam pronunciauit, functus est officio suo.*
3 *Interlocutoria non transit in rem iudicatam, quod limita vt nu. 4. & amplia vt nu. 6.*
5 *Interlocutoria Magnæ Curiæ Vicariæ Neapol. in causa Remissionis fori, cum habeat vim diffinitiuæ, non potest per contrarium imperium eiusdem infringi.*
7 *Iudex appellationis, qui pronunciauit, non potest amplius in ea causa se intromittere.*
8 *Quando Iudicis officium expirat, sententia habet vim diffinitiuæ.*
9 *Illa sententia potest mutari, quæ non finit iudicium.*
10 *Sententia diffinitiua adhuc non publicata potest reuocari.*

An sententia diffinitiua adhuc non publicata posit reuocari.

DECIS. CCLXXII.

1 SEntentiam diffinitiuam non posse per Iudicem, qui eam tulit reuocari, apertissimi iuris

esse constat ex text. in l. post sententiam C. de sentent. & interlocut. & latissimè habetur per Scribentes communiter in l. quod iussit ff. de re iudicata, & in cap. 1. eodem titu. in 6. vnde in l. postquam ff. eodem titulo habetur, quod Iu-
2 dex postquam pronunciauit, functus est officio suo, & in hoc distat diffinitiua ab interloquutoria dict. l. quod iussit; & cap. cum cessante de appellatio. interlocutoria enim nunquam
3 transit in rem iudicatam, quemadmodum diffinitiua, Rota Genuæ in decisio. 164. num. 15. & propterea Iudex potest reuocare sententiam interlocutoriam, licèt non diffinitiuam, Magon. decis. 131. Afflict. in decis. 115. Guid. Pap. singul. 851. vbi limitat, hoc non procedere
4 quoties interlocutoria traheret secum executionem, & adeo diffinitiua sententia est irreuocabilis, quod interlocutoria, quæ vim diffinitiuæ habet reuocari minimè potest, Crauett. consil. 181. num. 2. Guid. Pap. singul. quæst. 23.
5 Capyc. in decisio. 1. num. 24. & in decisio. 144. vbi interlocutoria Magnæ Curiæ in causa remissionis fori, cum sapiat vim diffinitiuæ non potest per contrarium imperium eiusdem Magnæ Curiæ infringi, quemadmodum di-
6 cimus de sententia, per quam Iudex pronunciat, se non esse competentem, secundum Guid. Pap. in decisio. 436. num. 93. Cappell. Tholosan. in decisio. 186. & facit adhoc deci-
7 sio Bellameræ 23. vbi Iudex appellationis, qui pronunciauerat, quia tunc dicitur functus officio suo non potest amplius se in illa causa intromittere ad reuocandum, sequitur Cappella Tholosan. in decisio. 364. sicuti dicimus quan-
8 do Iudicis officium expirat, quoniam tunc sententia habet vim diffinitiuæ, & erit irreuocabilis, exempli gratia, quando remittitur causa Iudici à quo, Francisc. Marc. decis. 202. part. 1. & in decis. 664. part. 2. & adhoc facit quod notabiliter voluit Barto. in l. 3. C. ex quibus caus. infam. irrog. vbi Iudici, vsque ad sententiam licet reuocare; ergo deinde non valet hoc facere, & facit etiam quod voluit idem Barto. in
9 l. dicere ff. de arbitr. vbi illa sententia potest mutari, quæ non finit iudicium, quia non dicitur pooprié sententia illa quæ non finit iudicium; ergo super diffinitiuam sententiam finiatur iudicium, meritò ad eam reuocandam Iudici non licet.
10 Non obstantibus his, fuit in Curia Archiepiscopali resolutum, sententiam diffinitiuam adhuc non publicatam posse reuocari, prout sic scribit Afflict. in decis. 38. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non reperitur inter species Actorum.*
2 *Acta in quotuplici specie sint, declaratur.*
3 *Appellatio est de ordinariis.*
4 *In ordinatoriis locus iudicii attenditur.*

Appellatio an sit de ordinarijs.

DECIS. CCLXXIII.

FVit dubitatum in quadam causa delegata Reuerendissimo D. Vicario, si appellatio esset de ordinatorijs, ad effectum vt in dicta causa idem Dominus Vicarius teneretur obseruare stylum nostræ Curiæ, & primo intuitu videbatur dicendum, non esse de ordinatorijs, ex quo inter species actorum non reperitur ap-
1 pellatio, nam secundum Bart. in l. 2. ff. iudicatum solui, quem sequitur Bald. in l. 2. Cod. de edendo, & in l. properandum post Cynum C.
2 de iudicijs acta sunt in duplici specie, quædam enim sunt decisoria, vt confessiones, attestationes, & similia, ad l. iubemus C. de liberali causa, l. cum antea §. fin. C. de arbitris, quædam litis ordinatoria, vt libelli oblatio, citatio, & fideiussorum datio, l. sicut proponis C. de execut. & re iudic. & latè Innocen. in cap. causam de testibus, quare cum appellatio non connumeretur inter has species, propterea non erat dubitandum, qui nam stylus esset attendendus, ex quo huiusmodi controuersia sit tantum in ordinatorijs, vt probat text. punctualiter in l. 3. §. fin. ff. de testibus, de quo latè per Marilianum in decis. Rotæ Genuæ 17.
3 Nihilominus supradictis minimè obstantibus, Curia Archiepiscopalis censuit, appellationem esse de ordinatorijs, & proinde D. Vicarium in causis appellationum sibi delegatis, teneri seruare stylum Curiæ Archiepiscopalis, quæ decisio habuit fundamentum ex notabili decisione Rotæ, teste Achille de Grassis in decis. 12. de appellat. cuius tenor est videlicet, Appellationem esse de ordinatorijs iudicij, & propterea in ea seruandum eum forum, in quo litigatur, teuuerunt Domini in vna Romana vineæ, seù nullitatis coram D. Antonio Augustino anno superiori 1547. & hoc anno 1548. fuit tentum in vna Parmens. Villarum coram Dom. Pellegrino per notata à Mariano in cap. quod clericis, de foro compet. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 42. de constit. & expressè Ias. in l.
4 cunctos populos, dum tractat, quod in ordinatorijs attendatur locus iudicij C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.

SVMMARIVM.

1 *Falsa grammatica arguit scripturæ falsitatem.*
2 *Statuta Terrarum vitiantur propter malam latinitatem.*
3 *Ordo conuersus non vitiat rescriptum.*
4 *Ordo verborum reducitur ad ordinem intellectus.*
5 *In vltimis voluntatibus falsa grammatica non vitiat.*
6 *Vtile per inutile non vitiatur.*

An

An ex falsa Grammatica præsumatur falsitas scripturæ.

DECIS. CCLXXIV.

1 FVit pluries dictum, ex falsitate Grammaticæ præsumi falsas scripturas, & dimissorias, per tex. in cap. ad audientiam de rescript. vbi falsa latinitas vitiat scripturas, quemadmodum
2 statuta terrarum vitiantur propter malam latinitatem, l. fin. C. de testam. Mandell. consi. 16. num. 3. & sequen. Rube. consi. 70. num. 8. licet quando potest esse defectus, & non defectus, verba in dubio debent sic intelligi, quod non sit in constructione peccatum, vt ff. de auro, & argento legato l. Plaucius, vbi est tex. not. quia or-
3 do conuersus non vitiat rescriptum, sed reducitur ad iuris ordinem, vt in eodem titu. cap. causam, argum. ff. de pec. leg. l. quidam. Nam ordo
4 verborum reducitur ad ordinem intellectus, & rationis ff. de hæred. instit. l. talem, & supradicta procedunt, etiam si non esset defectus in constructione latinitatis, secus si deficeret aliqua literæ, quia ex hoc surgit notabilis defectus in arte scribendi, ex quo grammatica est ars rectè loquendi, rectéque scribendi, secundum Speculatorem in §. igitur in titu. de rescript. præsent. quem refert, & sequitur Bald. in citato cap. ad audientiam in princ. de rescript. Alban. consi. 27. num. 3. & Merend. in cons. 71. num. 6. & seq. qui respondent textui in l. qui habebat ff. de manumiss.

Non obstat tex. in l. 1. C. de formulis, vbi propter falsam Grammaticam non vitiatur actus, quia respondetur, tantum illum loqui in vlti-
5 mis voluntatibus, in quibus falsa Grammatica non nocet, l. quoniam C. de testamen. & non est ob priuilegia dictæ dispositionis, l. 1. Cod. de Sacrosan. Eccles. l. in testament. ff. de regul. iur. vbi in testamentis fauorabilior est sumenda interpretatio.

Non obstat text. in cap. ad sacras 9. distinct. quia respondetur, ibi rescriptum continere plura capitula separata, quo casu falsa Grammati-
6 ca in vno, non nocet quoad reliqua, ex quo vtile per inutile non vitiatur, cap. fin. de pœniten. in 6. quemadmodum dicimus, quod si est superfluitas in vna littera, vel in vna syllaba, vel verborum inculcatio; dic non vitiari rescriptum, vt ff. de aur. & argen. lega. l. peculias §. neratius ff. de pecu. leg. l. si peculium §. 1. siue sermo excedat naturam actus, siuè natura excedat sermonem non debet attendi, quoniam potentissima est, & in omni re obtinet principatum ff. de vsu l. si stipulatus.

SVMMARIVM.

1 *Regulares sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum.*
2 *Verba generalia habent vim specialis expressionis, vbi specialis requiritur mentio.*
3 *Dictio, omnis, est vniuersalis, & nihil excludit.*
4 *Dictio, totaliter, est vniuersalissima.*
5 *Episcopus potest citare Regulares ad dicendum causam quare non debeant declarari incidisse in censuras.*
6 *Citatio est permissa ad declarationem excommunicationis.*

An Episcopus possit citare Regulares ad dicendum causam quare non debent declarari incidisse in censuras.

DECIS. CCLXXV.

1 RAtio dubitandi pro sententia negatiua est, primo, quia Regulares sunt exempti de iure ab Ordinariorum iurisdictione, cap. 1. de cappellis Monachorum, concessum est enim per verba generalissima, ab omni iurisdictione, dominio, & potestate Episcopi, & quorumlibet aliorum Ordinariorum, perpetuò, & totaliter eximendo, & exemptionis generalis verba geminata tantum operantur quantum singularis expresio in singulis rebus, & casibus, vt probant benè Seuilianus in conf. 66. num. 13. & sequent. & conf. 88. num. 4. & Guttierez in conf. 5. num. 6. & sequen. & dixit Rota in vna Brundusina exemptionis coram R. P. D. Bubalo 9. Februar. 1579. quod verba generalia exemptionis taliter liberant exemptum ab vtraque lege Diœce-
2 sani, & iurisdictionali Ordinariorum, quod nihil penes eos remanet, & quod verba generalia habeant vim specialis expresionis, vbi specialis, & indiuidua requiritur mentio, & comprehendit omnia, quæ excogitari possunt, Crauet. in conf. 294. num. 1. & 5. vbi latè post alios allegat, & quod in hoc casu aderant verba generalia, & geminata, probatur, nam dictio, omnis, est vni-
3 uersalis, & nihil excludit, l. procuratore ff. mandati l. Iulianus ff. de leg. 3. l. omnes, & ibi Deci. ff. si cert. pet. Rimin. Iun. in conf. 786. n. 31. item
4 dictio, totaliter, est vniuersalissima nihil excludens. Soccin. Sen. conf. 226. vers. secundo etiam vol. 2. & ita verba generalia geminata omnem casum includunt, tanquam si expresio esset facta in singulis capitibus.

5 Contraria tamen visa fuit verior opinio in Curia Archiepiscopali, ex his, quæ latè tradiderunt Cardinal. in Clem. 1. de priuileg. Domin. in cap. si Papa 40. dist. Imol. in clemen. 1. de sequestr. possess. Felyn. latè in cap. non potest, de sententia, & re iudic. num. 3. Gambar. de potestate Legati à Latere lib. 8. cap. de potest. legati in Regulares exemptos. Henriquez in sũma de indulgent. cap. 25. §. 7. probatur in dict. Clem. 1. de priuileg. facit quia declaratio nihil noui inducit, l. hæredes palam ff. de testam. & dicit Felyn. vbi supra, quod hac de causa potest Episcopus eos citare ad dicendum causam quare non debeant declarari excommunicati, nam
6 permissa declaratione, censetur permissa citatio, quæ est necessaria ad declarationem, iuxta glos. in clemen. 2. de censibus, vel poterit Episcopo

scopo

scopo constare per informationem extraiudicialem, idem tenet Abb. in dict. Clem. 1. qui licet dubitet de citatione, per quam videtur induci violatio exemptionis, respondit Felyn. quod dicta citatio erit similis illi, quæ habet clausulam, si sua putauerit interesse, quæ non arctat nolentem comparere, & potest fieri in non subditum.

SVMMARIVM.

1 *Dubium resoluitur affirmatiuè.*
2 *Quod generaliter dicitur, generaliter est intelligendum.*
3 *Delinquens ratione delicti sortitur forum, quod alias non sortiretur.*
4 *Testis falsum deponens coram non suo Iudice efficitur de iurisdictione illius, sed limita in Clerico vt nu. 5.*
5 *Offendens Birruarios alicuius Curiæ exercentes eorum officium est puniendus per eandem Curiam.*
7 *Offensio prorogat iurisdictionem.*

Regularis carceratus in carceribus Curiæ Archiepisc. ad instantiam sui superioris, si ibi delinquat, an sit puniendus ab Ordinario.

DECIS. CCLXXVI.

1 FVit pluries dictum dubium resolutum affirmatiuè, & signanter contra quondam Regularem existentem in carceribus dictæ Curiæ ad instantiam sui superioris inquisitum de seductione falsorum testium, qui pariter fuit bis tortus, & non confessus, & exulatus à Ciuitate,
2 quia negari non poterat, quin moraretur extra Claustrum, & Concil. Trident. generaliter loquitur, & generaliter est intelligendum, l. 1. ff. de legat. præstand. nec distinguit argum. l. de pretio ff. de publ. & est latè interpretandum, cũ tractet de restringenda exemptione in fauorem Ordinariorum, iuxta latè tradita per Felin. in cap. cum omnes de constit. supradictis accedebat text. in l. nullum C. de testibus, vbi est pro-
3 uisum, delinquentem coram aliquo Iudice, licet alias ille Iudex non esset competens delinquentis, efficitur tamen delinquens de foro ipsius, & poterit per ipsum puniri, & illam legem latè more suo exornat Didac. in tract. pract. quæst. cap. 18. num. 8. fol. 50. à tergo Cagnol. in l. 1. in 2. par. gloss. ff. de iudic. vbi plu-
4 ra: ex quo sequitur, testem falsum deponentem coram non suo Iudice effici de iurisdictione il-
5 lius, dict. l. nullum, Triuis. decis. 71. Borell. cons. 37. licet aliud sit in Clerico secundum tradita per Afflict. in decis. 230. & 219. ex supradictis pariter prouenit, quod voluit Mandell. cõs.
6 9. volum. 1. offendentes Birruarios alicuius Curiæ exequentes eorum officium esse puniendos per eandem Curiam, quam sententiam ante eum firmauit Barto. in l. à Diuo pio §. 1. ff. de re
7 iudicata, & hoc nulla alia ratione, ex quo offensa fuit iurisdictio, quæ offensio prorogat iurisdictionem, vt dixit Castrens. in l. addictos C. de Episcopali audientia, per illum textum, qui loquitur in specie quando offenditur familia Iudicis exequens suum officium, vel locus carceris eiusdem Iudicis; ad quod est vidẽdus de Frãch. in decis. 147.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas non excusat hæreticum à poena ignominiosa, & nu. 3.*
2 *Hæretici infamiam incurrunt.*
4 *Ob solam suspitionem hæresis quis efficitur infamis.*

Nobilitas, an excuset hærericum à pœna ignominiosa.

DECIS. CCLXXVII.

1 CVria Archiepiscopalis tàm nobiles, quàm ignobiles mittit ad triremes pro causis Sãctæ Fidei, per doctrinam Archid. in cap. qui contra 14. quæst. 1. Felin. in cap. Pastoralis de officio delegat. & Tiraquell. de pœnis causa 21. nu.
2 25. & ratio est, quia hæretici propter hæresim infamiam incurrunt, & si fuerint nobiles vt viles, & plebei puniendi sunt, tex. in Authen. Gazzaros in principio C. de hæreticis, vbi ad literàm dicitur, & omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censentur, perpetua damnamus infamia, Bellapertic. ibidem in princip. vbi tamen in hoc legem valdè sibi duram videri asserit, sed eius affirmatio est sine ratione, & extat Constitutio Federici Imperatoris incip. Catharos, & Constitutio Leonis X. edita de anno 1520. incip. Exurge Domine vers. necnon quoad omnes, Calderin. in tracta. de hæreticis rubr. de pœnis hæreticorum filiorum, & nepotum num. 2. Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum in verbo pœna num. 9. vers. quintodecimo sunt infames, Repert. Inquisitorum in verbo pœna, vers. item fiunt infames, Simanch. in Enchirid. violat. Relig. titu. 67. rubr. de pœnis
3 num. 5. & 6. vbi propterea quod nobiles in hæresim labantur vt viles, & infames pœna plebæorum afficiendi sunt, Zanchin. in tracta. de hæreticis cap. 18. num. 3. Ghirland. in tracta. de hæreticis quæst. 3. sub num. 2. & 3. Carer. in eodem tracta. de hæreticis num. 143. Roias singul. 81. Riminald. consil. 185. num. 1. Gregor. Sintagma iuris lib. 35. cap. 8. num. 3. in fin. versic.
4 item sunt infames, & nu. 12. vbi ampliat, quod ob solam hæresis suspicionem, nisi quis ab ea se purgauerit, infamis est, addo pro hac eadem regula tex. in l. cunctos populos C. de Summa Trinitat. & fid. Cathol. in vers. relinquo vero in illis verbis, hæretici dogmatis infamiam sustinere, & præsertim Pegna in additionibus ad Eymeric. in direct. inq. par. 1. comment. 4. in verbo reliquos litera E. vers. his ita positis, Didac.

dac. Cantera quæst. criminal. rubr. de hæreticis cap. 1. num. 9. Lel. Zecch. in summa par. 1. titu. de fide rubr. de hæresi, cap. 11. num. 16. versic. Nona pœna.

SVMMARIVM.

1 *Clerici filii Doctorum, vel alias nobiles non mittuntur ad triremes.*
2 *Amplia in populari diuite.*
3 *In poenis infligendis aliter punitur nobilis, quã ignobilis.*
4 *In crimine falsi non habetur ratio nobilitatis.*
5 *Contra falsarios lata est facienda interpretatio.*
6 *Crimen falsi est grauissimum.*
7 *In generali abolitione non comprehenditur crimen falsi.*

An in crimine falsi habeatur ratio nobilitatis.

DECIS. CCLXXVIII.

1 SEruatur in Curia Archiepiscopali, quod Clerici filij Doctorum, vel alias nobiles, non condemnantur ad triremes, sed relegantur, vel carceribus mancipantur, vel in exilium mittuntur, aut condemnantur ad ministraudum infirmis in aliquo Hospitali, vt per Panormit. in cap. grauem de pœnis, per illum tex. & nedum no-
2 biles, sed etiam populares diuites, & honestiores ad pœnas ignominiosas condemnari non debent, Bart. in l. capitalium §. serui cęsi ff. de pœnis, Abb. in cap. Pastoralis de offic. delegat. tradit Anna in cons. 54. vnde de Franch. in de-
3 cis. 569. tradit, quod in hoc Regno seruatum fuit, & seruatur, quod in genere pœnæ infligendæ, alio modo punitur nobilis, alio modo ignobilis, nam nobilis capitatur, & plebeius furca suspenditur, nobilis relegatur, vel deportatur, plebeius verò cõdemnatur ad Regias triremes, vel ad tempus, vel perpetuò, quæ omnia vidi seruata etiam in criminibus læsæ Maiestatis Diui-
4 næ: fuit tamen limitatum in dicta Curia in crimine falsi, in quo nulla habetur ratio nobilitatis, & proindè in anno 1597. fuit condemnatus ad triremes per septennium quidam Clericus nobilis, ex quo cum apocis falsis fuerat furatus à Banco certam pecuniæ quantitatem, nam nobilitas non alleuiat pœnam falsi, Afflict. latè decis. vlt. Tiraquell. de pœnis causa 21. num. 23.
5 cuius decisionis ratio est, quia contra falsarios larga est facienda interpretatio ad pœnam infligendam, Bald. in cap. cum olim de officio de-
6 legat. Crimen enim falsi grauissimum est, & nullum crimen est in Mundo, quod ita vituperet famam, & statum hominis sicut ipsum, in tantum, quod eius pœna similis est pœnæ mortis, Castrens. in cons. 151. & est detestabilis homicidio, & veneficio, secundum Soccin. in cons. 105. num. 7. volum. 2. est similis proditioni, Tiraquell. de pœn. caus. 31. nu. 23. & propter eius enormitatem multa habet specialia, Marsil. cons. 105. num. 7. Grammat. decis. 2. num. 28. & latissimè Monticell. in pract. crimin. reg. 15. nu. 108. cum seq. vbi ponit duodecim specialia, & alia ponit Corrad. in pract. crimin. titu. de falsa-
7 rijs num. 34. & etiam propter eius atrocitatem in generali abolitione delictorum, istud crimen non comprehenditur, Baiar. latè in quæst. 59. & in huiusmodi delicto acerrima indagatio est facienda, Alexan. cons. 77. in fin. volum. 1. & Curt. Iun. cons. 53. num. 17. & in hoc iudicio criminaliter etiam intentato venit officium Iudicis ad damna, & interesse partis, Riminal. consil. 1. & de hac materia falsi latissimè habetur per Ferdin. Garzias cons. 116. volum. 1. inter cons. crimin. diuers. magnæ impressionis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, qui semel egit super assistentia quorundam bonorum, variare non valet, sed contrarium fertur decisum per Curiam Archiepiscopalem, vt nu. 9.*
2 *Vbi electio est facta, quæsitum est ius electo.*
3 *Variatio in iure reprobatur.*
4 *Vna via semel electa in iudicio non potest variari.*
5 *Habens ex instrumento potestatem capiendi bona debitoris, si eligat viam ordinariam non potest amplius propria authoritate rem capere.*
6 *Dominus qui aliquando potest emphyteutam propria authoritate expellere, non valet hoc facere vbi Iudicem adierit.*
7 *Eligens viam ordinariam non potest ad extraordinariam recurrere.*
8 *Nemo potest mutare voluntatem in præiudicium iuris alteri quæsiti.*
10 *Actio hypothecaria numquam tollitur, nisi sequuta solutione.*

An creditor, qui semel egit super assistentia super quibusdam bonis vigore instrumenti, & sententiam reportauit, variare valeat.

DECIS. CCLXXIX.

QVidam creditor hypothecarius mediante hypotheca speciali, & generali, petijt in Sacro Consilio assistentiam super bonis sui creditoris possessis per quemdam Baronem, & compilato processu, concluso, & monito ad dicendum, variando petijt dictam assistentiam super Rure prædicti sui creditoris possesso per hæredes cuiusdam de Fiorillo, cuius Ruris possessor inuentus fuit quidam Clericus donatarius prædicti de Fiorillo, qui petijt remissionem causæ ad Iudicem competentem, remissa causa ad Curiam Archiepiscopalem, dice-
1 batur pro parte dicti Clerici, creditorem præfatum teneri prosequi causam assistentiæ intentatam super bonis possessis per dictum Baronem Sancti N. & minimè posse variare, vt in proprijs terminis decisum refert Capyc. in decis. 33 & in

& in deciſ.46. nam ſemel eſt conteſtata lis ſuper
vna ſpecie bonorum, & non videtur poſſe cre-
ditorem variare; & in caſibus in quibus licitum
eſt variare, id non habet locum, quando quis ſe-
mel elegit, & ſuper re electa Iudex pronuncia-
uit, faciendam eſſe executionem, Bart. in l. cum
qui certarum §.4. col. 1 ff. de verbor. oblig. vnde
deciſum teſtatur de Franchis in deciſ. 539. quod
ſi electio eſt facta ex parte eligentium, & electio
2 eſt neceſſaria, eo ipſo, quod electio eſt facta, quæ-
ſitum eſt ius electo, & eligentes electionem re-
uocare non poſſunt, vt voluit etiam Barto. in l.
abſenti colum. 1. verſ. & declaratione ff. de do-
nat. quem ſequuntur Caſtrenſ. ibidem colum. 1.
verſ. & hoc Abb. in conſ. 47. variatio enim in iu-
3 re reprobatur l. ſerui electione ff. de legatis 1.
cap. licet de procurat. in 6. regul. quod ſemel de
regul. iur. eodem lib. gloſ. in verbo recuſabit in
l. in cauſæ ff. de procurat. Ludo. Gomez. in cap.
cum in multis num. 48. de reſcript. lib. 6. Graſſ.
deciſ. 13. & 14. de penſion. Lopez in l. 5. titu. 19.
par. 6. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 6.
num. 45. gloſ. 58. num. 15. & gloſ. 63. num. 49.
Azeued. conſ. 28. num. 51. Theſaur. lib. 1. ſingul.
quæſt. forenſ. quæſt. 7. num. 6. maximè quando
ſit in iudicio, vt ex l. fin. vbi Iaſ. col. 2. C. de codi-
cill. tradit Crauet. conſi. 74. num. 8. dicens, quod
4 vna via ſemel electa in iudicio, nō poteſt varia-
ri, DD. ib l. ædita C. de edendo, vbi Iaſ. num. 28.
Lancellot. de duello 2. par. concluſ. 28, num. 3.
Lopez in l. 1. tit. 7. par. 3. gloſ. 2. dicens, odioſam
eſſe variationem in iudicio, & comprobatur ex
Dec. conſi. 146. incip. & proterui, & conſil. 460.
viſo puncto, quem refert, & ſequitur Vrſill. in
addit. ad Afflict. deciſ. 326. num. 3. vbi reſoluit,
quod ſi quis habeat ex inſtrumento conſtitutum
5 per poteſtatem capiēdi bona debitoris, & eligat
viam ordinariam, aſſertur ſibi præiudicium,
quominus deinde valeat rem authoritate pro-
pria capere, Natt. conſi. 430. nu. 23. lib. 2. Grat.
conſi. 90. num. 30. lib. 1. Iaſ. in l. 2. num. 114. C.
de iure emphyteot. concludens, quod in illis ca-
ſibus Dominus poteſt propria authoritate em-
phyteotam expellere, & poſſeſſionem ingredi, ſi
Iudicem adierit, non poterit amplius authori-
tate ſua aliquid agere, gloſ. in l. proinde, verb.
notandum ff. ad l. Aquiliam, Roman. conſil. 95.
num. 8. Burgoſ. de Paz conſil. 78. nu. 7. Molin.
de primogenit. in addict. poſitis ad finem ope-
ris ad lib. 7. cap. 13. qui reſoluit, quod ſi creditor
ſine proteſtatione intentauit iudicium ordina-
rium iuri cenſetur executiuo ſibi alias competē-
ti renunciare, & ſibi quoad viam executiuam
præiudicat, ſequitur Azeued. in l. 1. tit. 21. lib. 4.
recop. num. 145. Guttier. lib. 3. pract. quæſtio.
6 39. Aluar. Valaſc. conſult. 88. num. 8. vnde Guid.
Pap. conſil. 4. num. 6. ait, quod eligens viam
7 ordinariam, non poteſt ad extraordinariam
recurrere, gloſ. fin. in l. proinde ff. ad legem
Aquil. Roderic. Suar. in l. poſt rem iudicatam
in declarat. l. Regiæ quæſt. 10. verſ. fin. Graſſ.
deciſ. 2. num. 2. & 3. de ſentent. excommunicat.
Rot. deciſ. 551. nu. 5. lib. 3. par. 3. diuerſor. Lan-
cellott. de attentatis 2. par. cap. 4. limit. 30. à nu.
9. Parlad. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. par. 5.
§. 11. num. 20. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. de
menſibus, & alternat. gloſ. 6. num. 192. & ita in
præiudicium debitoris non poteſt variare, Bald.
in l. ſi pluribus nu. 4. & ibi Florianus de Sancto
Petro nu. 5. ff. de leg. 1. Dec. in cap. quæ in Eccle-
ſiarum num. 137. de conſtit. Gomez ad reg. Can
8 cellariæ de Anna. poſſ. q. 61. vnde extat vulgare
axioma, quod nemo poteſt mutare ſententiam
ad præiudicium iuris alteri quæſiti, l. nemo po-
teſt ff. de regu. iur. Lop. gloſ. 2. in l. 10. tit. 7. par.
3. Apog. lib. 1. de commun. opin. cap. 10. nu. 29.
Rota deciſ. 2. nu. 3. de ſequeſt. poſ. in nouis, Ca-
ualc. deciſ. 21. nu. 1. par. 1. Guttierez lib. 3. pract.
quæſt. cap. 30. nu. 38.

Cæterum quidquid ſit ex ſupra relatis, con-
trarium cenſuit Curia Archiepiſcopalis, conce-
dendo variationem, per diſpoſitionem tex. in l.
grege, §. etiam ff. de pignor. vbi habetur, quod
10 actio hypothecaria nūquam tollitur, niſi ſequu-
ta ſolutione, etiam ſi ſuper debito fuerit iudica-
tum, & pro hac parte adducitur Barto. in l. con-
ſentaneum C. quo. & quando iud. Bal. in l. igno-
rante, C. de teſtib. Anchar. in c. 1. de eo qui mitt.
in poſſeſſ. volentes, quod ſi feci capi debitorem
meum, & demum petam me mitti in poſſeſſio-
nem bonorum ſuorum, poſſum hoc petere, quia
iſta duo remedia tendunt ad eundem finem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra vnum, non nocet alteri, licet lata pro vno benè prodeſt alteri.*
2 *Sententia lata pro vno legatario prodeſt alteri.*
3 *Sententia lata pro ſocio prodeſt alteri ſocio.*
4 *Sententia lata pro vno fratre, quod ſit ciuis prodeſt alteri fratri.*
5 *Sententia lata pro vno reo debendi prodeſt aliis.*
6 *Sententia lata pro ſtatu, facit ius quoad omnes, ſecus contra ſtatum.*
7 *Sententia lata contra adulteram non nocet adultero.*
8 *Epiſcopus tenetur ſequi acta facta coram Iudice ſæculari ad inſtructionem nu. 9.*

An ſententia lata contra adulteram noceat adultero.

DECIS. CCLXXX.

1 QVoniam ſententia lata contra vnum non
nocet alteri, licet lata pro vno benè pro-
deſt alteri, qui habet idem ius, l. loci §.
ſi fundus ff. ſi ſerui. vendic. l. ſupra §. Caſſius ff. de
aqu. pluu. arcen. l. qui ſeparatim §. quod eſt ſcri-
ptum ff. de appellat. l. poſthumus §. ſi quis ex ijs
ff. de inoff. teſtam. ex quo tex. dicit Soccin. in l.
2 1. num. 4. ff. de except. rei iudic. quod ſententia
lata pro vno legatario prodeſt alteri, vt etiam
ſequitur Crau. in conſ. 747. num. 38. vbi nu. 37.
aſsignat rationem diuerſitatis inter ſententiam
latam contra, & latam pro, ex Caſtrenſ. in conſ.
139. num. 4. lib. 1. vnde videmus, quod ſententia
3 lata pro ſocio, prodeſt alteri ſocio d. l. qui ſepa-
ratim §. fin. ff. de appell. Crauet. conſi. 206. nu. 7.
& ſen-

4 & sententia lata pro vno fratre, quod sit ciuis, prodest alteri fratri, Alex. in l. sæpe nu. 51. ff. de re iud. Angel. in Auth. vt matri, & auiæ, §. Adhęc Anna, qui alios citat in singul. 468. vbi loquitur in sententia, qua aliquis nobilis declaratur, sed sententia lata contra fratrem, quod non sit nobilis, non nocet fratri, Mieres de maiorat. par. 2.
5 quæst. 4. illat. 2. num. 10. hinc sententia lata pro vno reo debendi, prodest alijs, Bart. in l. ex duobus, quæst. 4. ff. de duob. reis, Soccin. consil. 283.
6 colum. penult. lib. 2. sic sententia lata pro statu, facit ius quoad omnes, secus contra statum, Faber in §. præiudiciales nu. 42. instit. de Act. propterea capto quodam Clerico per Curiam Archiepiscopalem sub prætextu, quod commisisset adulterium cum quadam muliere, quæ verificato prædicto delicto per Curiam sæcularem fuit condemnata, vt detruderetur in quodam Conseruatorio mulierum pœnitentium per biennium, cumque tractaretur de infligenda pœna in nostra Curia præfato Clerico, & dubitaretur, si potuissemus eum condemnare ex vi dictæ sententiæ factæ contra dictam mulierem, iuncta depositione ipsius mulieris; fuit resolutum negatiuè, per tex. in l. denunciasse §. pen. ff. ad leg. Iul. de adulter. cuius tex. verba sunt sequentia. Quæritur, an alius adulteram, & alius adulterium postulare possit, vt quamuis ab eodem ambo simul postulari non possint, à diuersis tamen singuli possunt; sed non abs re est hoc probare diuersos accusatores admitti posse, si ante denunciationem nupserit, prior mulier accusari non possit, Expectabit igitur mulier sententiam de adultero latam, si absolutus fuerit, mulier per eum vincet, nec vltra accusari potest, si condemnatus fuerit, mulier per eum non est condemnata, sed aget causam suam, vt fortassis obtinere, vel gratia, vel iustitia, vel legis auxilio possit. Quid enim si adulter inimicitijs oppressus est, vel falsis argumentis, testibus subornatis apud Præsidem grauatus, qui aut noluit, aut non potuit prouocare, mulier vero Iudicem religiosum sortita, pudicitiam suam defendat. Ex quibus
7 verbis text. desumitur conclusio, quod sententia lata pro adultero prodest adulteræ, condemnatio autem non nocet, vt etiam sequitur in proprijs terminis Crauet. in d. conf. 206. nu. 1. & 2. & Anna in conf. 89. num. 7. & hanc opinionem tenendo non obstat, quod Episcopus tenetur se-
8 qui acta facta corã Iudice sæculari, vt dixit Bal. in l. eos §. super his C. de appell. & in auth. clericus C. de Episcop. & cleric. quia respondetur,
9 illud procedere quoad instructionem tantum, non autem quoad punitionem, vt dixit Suarez in praxi in 2. tomo prælud. 2. Cappell. Tholos. in decis. 425. & Iaffred. in decis. 399. vnde Butr. in cap. at si clerici de Iudic. voluit, prædicta acta facta coram laico prodesse ad aliqualem probationem, & informationem Iudicis Ecclesiastici, licet Aufr. in clem. 1. de offic. ordin. vers. secũdo principaliter quæritur nu. 21. asserat, id procedere, vbi Iudex laicus tempore informationis ignorasset, Inquisitum esse Clericum.

SVMMARIVM.

1 *Habens fundatam intentionem suam de iure communi, debet manuteneri, etiam nulla probata possessione, quod amplia vt nu. 3.*
2 *Episcopus habet fundatam intentionem exercendi iurisdictionẽ quoad omnes subditos suos in sua Dioecesi, sed limita nu. 6.*
4 *Possessor immemorabilis præfertur habenti intentionem fundatam, quod intellige, quando concurrit requisitum vt nu. 7.*
5 *Debet manuteneri in possessione qui est in quasi possessione pascendi.*

Possessor immemorabilis, an præferatur quòad mandatum de manutenendo habenti intentionem fundatam.

DECIS. CCLXXXI.

1 COmmunis, & trita est iuris conclusio, quod habens fundatam intentionem suam, de iure communi debet manuteneri, etiam nulla probata possessione, per tex. in cap. cum personæ de priuilegijs in 6. exempli gratia in Episco-
2 po, qui de iure communi fundatam obtinet intentionem exercẽdi iurisdictionem quòad omnes subditos in tota sua Dięcesi, etiam inuitos, c. conquerente de offic. ordinarij, cap. cum Episcopus eodem tit. lib. 6. cap. omnes basilicæ 16. q. 7. quò fit, vt ex sola hac iuris assistentia dandum est ei mandatum de manutenendo, etiam si non probet quasi possessionem, Verall. in decis. 203. par. 2. & ita pluries censuit Rota, & signanter in vna Bonon. S. Petronij 18. Aprilis 1595. Coram Mantica, & iterum in vna Veronen. iuris-
3 dictionis 15. Martij 1596. Coram Pamphilio, & Caputaquen. in decis. 306. par. 2. quod locum sibi vendicat, etiam si contra habentem fundatam intentionem exhibeatur priuilegium, seu titulus, quia donec de illius releuantia disputatur ei datur manutentio, Rota in vna Cartagin. decimarum 27. Iunij 1590. Coram Gipsio, & vna Valentina decimarum 10. Februarij 1598. Coram Peregrino, vnde Gabriel. in conclus. 2. num. 24. de præscript. ex mente Panormit. & aliorum voluit, quod vbi possidenti ius commune resistit, prout in casu isto, ex sola possessione vniuersali contra habentem intentionem fundatam non datur manutentio, Anton. de Butrio in cap. fin. num. 44. de causa possessionis, & proprietat. Milleus in suo aureo repertorio in verbo possessio.
4 Cæterum supradictis minimè obstantibus cõtrarium fuit resolutum in quadam facti contingentia, nam fuit dictum, possessorem immemorabilem esse præferendum habenti intentionem fundatam, per text. in cit. cap. cum personæ, & per Panorm. in cap. 1. num. 8. vt lite pendente, post Innocen. in cap. cum venissent de restitu. spoliat. vbi ius fundatę intentionis cessat, parte aduersa in possessione existente, & propterea

ptere a Capyc.in decis.189.testatur,per Sacrum Consilium diffinitum fuisse, debuisse manuteneri in possessione illum, qui erat in quasi pos-
5 sessione pascendi in alieno prædio, quod iure communi liberum præsumitur à prędicta seruitute,sequitur Couar. pract. quæst.cap. 17. num. 6.Ruin.cons.28.nu.12.volum. 4. Mattesil. not. 28.num.3. Menoch. in vltim. notab. retinend. num.21.& 22.glos.in l.si priusquam ff. de noui operis nuntiat. dum inquit maiorem esse vim præsumptionis,quod libera res sit, eũ præsumptione, quæ à quasi possessione seruitutis proficiscitur, vnde euenit, quod licet Episcopo ius
6 commune assistat in exercenda iurisdictione in subditos,vt dixi,tamen stante quasi possessione inferioris,talis assistẽtia iuris communis ei prodesse non potest,neque illius vigore ei danda est manutentio,sed debet dari inferiori, ita fuit decisum in vna Salamantina iurisdictionis 27. Iunij 1582. coram Cardinali Seraphino, non obstante decreto Sacri Concil. Trident. sess. 24. cap.20.§.ad hæc,quod causæ matrimoniales,& criminales Episcopi tantum iurisdictioni relinquantur, quia illud decretum fuit interpretatũ à Sacra Congregatione Concilij in vna Palentina Archidiaconatus 10. Martij 1575. vt non tollat inferioribus immemorabilem, vnde cum possit doceri in progressu litis de ipsa immemorabili,non est interim possessor sua possessione priuandus; hoc idem fuit resolutum in causa Aprutina iurisdictionis 9.Iunij 1606.& 19.Martij 1607. & in vna Aquilana iurisdictionis 30. Martij eiusdem anni coram Pamphilio, licet fuerit dictum,hanc decisionem Articuli de quo supra, procedere, si vltra quasi possessionem producatur etiam titulus,licet per se non sit sufficiens;dummodò sit talis,qui præbeat causam præscribendi,quia sola possessio non coadiuuata aliquo titulo saltim colorato non sufficit pro manutentione contra eum,qui habet iuris communis assistentiam,vt probat tex.in d.cap. cum personæ §.pen.& ibi notant omnes, nempè Io. And.num.6.Gemin.num.3.vers.nota quòd pendente lite,Franch.num.2.Anchar.num. 5. vers. vndecimo nota,Couar.in loco supra citat.num. 6.vers.quæ quidem interpretatio, & quamuis decis.allegata in causa Aquilana iurisdictionis videatur innuere, quòd sola possessio sufficiat dum inquit,quòd ex productione priuilegij facilius datur manutentio, & hoc teneant Innoc. & Abb.supra allegati,& Lancellot.de attent.lit. pend.par.2.cap.4.declarat.4.nu.6.& 10.nihilominus hoc videtur repugnare textui in d.c.cum personæ,in quo satis ostenditur non sufficere possessionem absque probatione tituli, vtcumq; ad præscriptionem idonei quoties præsumptio iuris communis obstat posidenti.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus suum familiarem triennalem ordinare potest,absque literis dimissorialibus sui Ordinarii,dummodo beneficium statim illi conferat.*

2 *Familiaris vt quis dicatur, quot requiruntur, & nu.3.4.& 5.*

6 *Familiaris Regius non dicitur ille, qui abest à Curia Regia,etiam cum eiusdem Regis licentia ob propria negotia.*

7 *Priuilegium fori concessum Familiaribus Episcoporum, intelligitur de illis Familiaribus, qui inseruiunt ipsis Episcopis, à quibus victus, impensasque accipiunt.*

An ex solo obsequio facto Episcopo in eius domo per triennium, dicatur quis familiaris, ad effectum vt valeat ab eo suscipere ordines,& beneficia.

DECIS. CCLXXXII.

1 Sacrum Concilium Trident.cap.9.sess.23.de reform.statuit, quòd Episcopus suum familiarem triennalem non subditum absque literis dimissorialibus sui Ordinarij ordinare potest, dummodò illi beneficium statim re ipsa conferat;Familiaris autem quomodo efficiatur declarat tex.in cap.fin.de verbor.signif. vbi quatuor
2 requiruntur,scilicet tria expresse, & vnum tacitè per hæc verba. Breui respondemus oraculo, quod illos in his similibus casibus tuos volumus intelligi Clericos,qui per te non quæsiti propterea,vel recepti sine fraude & fictione qualibet, cui vere Clerici familiares existunt,& suis expensis continuè domestici commensales, etiam si quos ex illis aliquando pro tuis negotijs gerendis abesse contingat. Hæc sunt verba Pontificis, qui (vt dixi) tria requirit expresse, & quartum tacitè.Primum enim est,quòd Clericus ipse sine fraude sit ab Episcopo receptus, & ideo si Episcopus ea sola de causa reciperet aliquem familiarem,vt ei conferret beneficia,receptio dicitur facta in fraudem,iuxta sententiam Gamb.de offic. Legat. a latere in rubr. An Legatus possit
3 plura beneficia conferre num. 137. Secundò requirit quod sit commensalis,hoc est recipiat victum in ædibus ipsius Episcopi, quod sanè requisitum multo magis habet locum in odiosis, vt respondit Bellam.in cons. 20.num. 7. quem sequutus est Gamb.in d.tract. de offic. Legat. à latere in rubr.de potest.Legati benef. nu. 147. porrò victus expensis Episcopi intelligitur, etiã si familiaris in alio loco habitans portionem ex domo ipsius Episcopi recipit, vt declarat Gomes.in Regul. Cancell. de impetr. benefic. vacant.per obit.famil.Cardin.quæst. 13. vers. alterius,quem retulit,& probauit Menoch. de arbitrar.iud.cas. 201. num.119. accedit Bard. in tract.de tempor.vtil.& continuo cap. 17. num. 2.Et præterea commensalis etiam dicitur is, cui datus est locus in domo,& vt aiunt,in tinello,vt possit ibi cum alijs familiaribus comedere, & si ea liberalitate vti nolit receptus iste, sicuti declarat Gambar.in d.rubr.de potest. Legat. à la-
4 tere circa benefic.num. 154. Tertio requiritur, quod ipsi Episcopo inseruiat, non enim sufficit, quod commensalis sit, hoc est viuat in ædibus Episcopi expensis eiusdem Episcopi, sed etiam debet

debet ei inseruire, vt dicatur propriè familiaris, ita tradit Gomez. in dicta quæstio. 13. in principio, quem sequutus est Menoch. de arbitrar. iudic. casu 201. num. 127. accedit Sylua de benefic. part. 3. quæstio. 11. num. 22. quo circa, sequitur, Episcopi familiarem dici non posse eum, qui solo priuilegio, & litteris familiaritatis nullum præstando seruitium cohonestatus est, Abb. in cap. dilectus num. 8. de cleric. non resident. Felin. in cap. insinuante num. 5. de officio delegat. Carauita in Ritu 46. num. 22. Bero. quæst. 35. sic etiam dicimus, familiarem propriè non dici eum, qui familiaris tantummodò nominatur, si non inseruit, vt respondit Castrens. in consil. 341. num. 2. lib. 1. hinc etiam sequitur, quod cessante seruitij præstatione, cessat ipsius familiaritatis priuilegium, sicuti contingit, quando Dominus est vita functus, vel familiaris ipse è domo fuit licentiatus, Franc. in cap. fin. de verbor. signific. Carauita in Ritu 46. num. 35. Quartum requisitum est, quod conti-
5 nua sit commensalitas, & seruitij præstatio; sicuti iubet text. in illo verbo (continuè) & tradunt Isern. Afflict. & Niger, quos refert, & sequitur Carauita in dicto Ritu 46. num. 19. in fine, & num. 22. dum scribunt, inter familiares
6 Regios numerari non posse eum, qui ob propria negotia abest à Curia Regia, etiam cum eiusdem Regis licentia, & eo in loco num. 35. subiungit Carauita, sic intelligendum esse dict. capit. vltim. de verbor. significat. & eiusdem sententiæ refert Lucam de Penna in rubric. C. de domesticis lib. 12. & his accedit Gambarus in tract. de potestate Legati à latere rubr. de potestate Legati circa beneficia num. 148. & 149. post Calderin. in consil. 8. titu. de officio Legati, & Felin. in cap. de regularibus, de Simon. non enim hic adest continua seruitij præstatio, & commensalitas, vnde infertur declaratio Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ huius Regni 66. in cuius vltimis verbis ita sancitum est, exceptis dumtaxat familiaribus nostris, & commensalibus domesticis, & actu seruientibus, qui in eisdem Curijs non valeant citari, cogi, compelli, aut quomodolibet euocari. Hæc sanè constitutio prohibens, Regios familiares conueniri posse coram Iudicibus ordinarijs, intelligitur, quando familiares habent qualitates supranumeratas, sicuti declarant Isern. & Afflict. in rubric. de defens. imposit. & qui eas imponere possit in constit. iuris gentium num. 19. & si Carauita in dicto Ritu 46. num. 26. minus rectè sit interpretatus Ritum illum, vt non copulatiuè requirantur dictæ qualitates, cum enim Ritus ille interpretationem à iure communi recipiat, iuxta l. 2. Cod. de noxa. actio. vbi Salycet. sequitur dicendum, illum copulatiuè intelligi debere, hinc etiam infertur, quod fori priuilegium conces-
7 sum familiaribus Episcoporum, ac aliorum Clericorum, de quo in cap. 2. 11. quæst. 1. cap. vltim. de officio Archid. & copiosè Decian. in tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. num 47. & num. 57. & 58. & Menochius scripsit, & declarauit cons. 901. num. 48. lib. 10. vbi plura, intelligi debet concessum familiaribus illis, qui inseruiunt ipsis clericis à quibus impensam victus accipiunt, sicuti tradunt Lucas de Penna in rubr. C. de domest. lib. 12. & Carauita in dict. Ritu 46. nu. 35. hinc infertur, quod priuilegium concessum Inquisitori hæreticæ prauitatis, vt eius familiares deferre possint arma pro sancti officij defensione, vt in Clemen. 2. §. vltim. de hæret. & tradit post alios Simanc. in Catholicis institutionibus titu. 41. num. 15. intelligi debere de familiaribus qui mercede accepta victus loco, vel victum ipsum, seu emolumenta habentes inseruiũt ipsi Inquisitori. Quare fuit per Curiam Archiepisc. resolutum, quod ex solo obsequio præstito Episcopo eius domo per triennium, quis familiaris effectus non censeatur.

SVMMARIVM.

1 *In dubio dilatio est denegan da.*
2 *Dilatio est odiosa.*
3 *Instantia non potest prorogari.*

Dilatio quinta, an veniat concedenda.

DECIS. CCLXXXIII.

IN contingenti facto fuit dictum, posse concedi tertiam dilationem, vt probat text. in l. in pecuniarijs ff. de ferijs, quarta vero, & quinta ad probandum contenta in articulis minimè concedi, ad quod fundandum adducebatur
1 primo, quia in dubio est potius deneganda dilatio, Bald. consil. 22. volum. 1. Berrect. in consil.
2 71. num. 7. & sequent. cum materia dilationis sit odiosa, l. 2. C. de temporib. appellat. Benint. decis. 45. num. 9. in fin. & latissimè, more suo Mascard. de probationib. conclus. 133. num. 1. Item quia secundum iuris dispositionem, & communem Doctorum sententiam, de qua in cap. significauerunt de testibus, vnica tantum dilatio dari debet, & illa dicitur esse peremptoria, l. fin. & ibi Doctores ff. de fer. Marant. de ord. iud. par. 6. vers. aliquando petitur compromissum num. 2. Vestrius in praxi lib. 5. cap. 4. num. 8. & cum sequen. Minsing. cent. 1. obseru. 71. Capyc. decis. 81. & propterea illa decursa, atq; delapsa non conceditur alia dilatio, nisi adsit magna causa, ita etiam de iure Regni Neapolitani prorogatio fieri non potest, vt in pragm. incipient. post prædictas titu. de ord. iud. & de iure communi, Bellam. decis. 323. imò Actori dilatio aliqua dari non debet, quia instructus ad causam venire tenetur, Verall. decis. 15. lib. 1. argum. cap. spacium 3. quæst. 3. cap. præterea de dilat. Masuer. in pract. titu. de dilation. num. 1. Cassad. in decis. 1. de dilation. & Crescent. in decis. 2. licet intelligant in dilatione deliberatoria,
3 hinc est, quod dilatio à iure præfixa prorogari à partibus nequit, arg. glos. in verb. trienni in l. properandum C. de iud. quam sequitur Iafred. Balbus in decis. 426. incip. tempus, Franc. Marc. in decis. 37. nu. 1. lib. 1. Flamin. Cartar. in decis. 121. num. 3. licet dilationum materia Iudici arbitra-

bitraria sit, Viuius decis. 11. faciebant etiam ad hoc, quod hodie secundum Canones non potest concedi alia dilatio, vltra tertiam, cap. vltra tertiam, & ibi Doctores omnes de testibus Lap. alleg. 8. Rom. consil. 225. & 226. Benint. decis. 45. num. 1. cum sequen. Asin. in prax. §. 21. cap. 1. num. 2. Surd. consf. 8. num. 3. cum seq. vbi declarat, quod videtur indubitatum in præsenti casu, tum quia agitur de causa summaria, vt patet, Rom. d. consf. 226. num. 7. Beninten. d. decis. 45. num. 2. tùm quia non fuit dictum de aliqua causa, siue iusto impedimento, prout docendum erat, secundum Marant. d. par. 6. vers. aliquando petitur comprom. nu. 5. Mynsing. in d. obseruat. 71. nu. 2. & optimè per Costam de ratione Ratæ quæst. 79. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Mendicātibus inualidis eleemosinam dare pium est.*
2 *Mendicantes inualidi qui sint, & nu. 3.*
4 *Mendicantes, qui seipsos, aut filios debilitarunt, vt mendicent, seuerè puniendi nu. 5.*
6 *Mendicantes validi qui sint.*
7 *Mendicare validis prohibitum est.*
8 *Mendicantes validi quibus pœnis puniantur, & nu. 10. 11. & 12.*
9 *Pœna l. vnic. C. de mendic. valid. ad quos Mendicantes spectat.*
13 *Mendicantes fucatis coloribus se pallidos exhibentes, puniuntur pœna falsi arbitraria, & num. 16.*
14 *Insignia Episcopi, vel Doctoratus, cum non essent deferentes, puniantur pœna falsi arbitraria, & num. 15.*

Mendicantes absque licentia Ordinarij an veniant puniendi.

DECIS. CCLXXXIV.

1 PRo articuli dilucidatione sciendum, quod Mendicantium, aliqui validi sunt, aliqui inualidi: His inualidis eleemosynam dare pium & meritoriū esse nemo dubitat, pauperes enim qui nutrit, Christum cibat; teste Chrisostomo homil. 19. super epist. ad Hebreos, Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus Psal. 40. sic & sapientissimus Salomon prouerb. cap. 14. qui despicit proximum suum peccat, qui autem miseretur pauperis, beatus erit, & apud Thobiam c. 4. scriptum est, ex substantia tua fac eleemosynam, nec auertas faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini, & idem cap. 12. hic habet, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiam, & vitam æternam:
2 Mendicantes inualidos appellamus illos, qui adeo debiles, & infirmi sunt, vt ad laborem minimè idonei, & apti credantur, & propterea alendi ab alijs sunt, l. si quis ad declinandam §. vbi autem C. de episc. & cler. & l. vnic. C. de men-
3 dican. validis lib. 11. Porro qui sint hi debiles, & qui infirmi, iure diffinitum non est, nec diffiniri potuit, cum à qualitate personæ pendeat, & propterea Iudicis arbitrio relinquitur: Cæterum
4 Mendicantes ij inualidi puniuntur, si se ipsos hac causa, vt mendicent debilitarunt, sicuti tradit Rip. in tract. de peste in tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem num. 174. qui pariter dixit seuerè puniendos esse patres, qui filios sic
5 debilitant, quod multos facere consueuisse aliquando ab his Mendicantibus accepi: Mendicā-
6 tes verò validos eos esse dicimus, qui cū possint sibi victum proprijs laboribus, & industria quærere hostiatim mendicare, & otio frui volunt, & ex alieno viuere, sicuti explicat Accurs. in d. l. vnica in verbo incertibus C. de mend. validis,
7 hanc mendicitatem illicitam esse affirmant D. Thomas 2. 2. quæst. 187. artic. 5. & Impp. Gratianus, Valens, & Theodosius in d. l. vlt. vbi interpretes omnes, & accedunt Gregor. in lib. 39. Syntagm. cap. 6. num. 12. & 13. & Peguer. in decisionibus criminal. cap. 4. num. 6. & 7. qui duplicem rationem afferunt, quarum prima est, quod iniquum, & aduersus bonum publicum sit sub eleemosynę prætextu, fauore otiosorum hominum inertiam, qua nil in Repub. pestilentius esse potest, quemadmodum multis ostendunt exemplis Valer. Max. in lib. 2. cap. 1. de otio, & alij, quos ad rem commemorat Gregor. in lib. 39. sintagm. c. 6. nu. 18. vsque ad finem, his enim esurientibus facilius panis tollitur, si de cibo securi iustitiam negligant, quam esurientibus frā-
8 gatur, c. non omnis 5. quæst. 5. & ne panis à validis Mendicantibus verè debilibus, & infirmis auferatur, aduersus quos mendicantes validos multæ sunt latæ leges, & indictæ pœnæ; nam in l. vnica C. de Mendic. valid lib. 11. statuitur, quod Mendicus iste validus, si seruilis est conditionis, efficiatur seruus eius, qui inertiam Mendici detexit: si vero Mendicus ingenuus, vel liber est colonatui perpetuo describatur ei qui validum demonstrauit, & constitutionem hanc sic sunt interpretati Hostien. in summa tit. de natis ex libero ventre, Abb. in cap. iudicatum col. 2. vers. notatu mirabilem de immunit. Eccles. & Benedict. in cap. Raynutius in verbo, & vxorem nomine Adelasiam decis. 5. nu. 462. de testam. reiecta interpretatione Bar. & inquit Benedict. ipse pœnam hanc perpetui colonatus censeri in-
9 dictam contra Mendicantes validos, qui publicas eleemosynas fraudant, non aduersus eos qui ostiatim mendicant, discurrendo per aliorum domos, quod verum minimè existimo, cum constitutio absolutè, & simpliciter de Mendicantibus validis loquatur.
10 Carolus vero V. Imperator inuictissimus anno 1548. legem tulit, vt Magistratus quilibet in sua prospiceret iurisdictione, ne cuiquam mendicare liceat, neuè permittatur ei cui nulla est deformitas, vel defectus corporis, quiuè non indigeat, vt Mendicorū liberi ad laborem apti, parentibus adimantur, & opificijs addicantur, aut ministerijs, aut alijs seruitijs. Hæc lex, cuius etiā memi-

meminit Peguera præcitato in loco obseruatur Mediolani, vbi extat domus Mendicantium, in qua validi varijs in ministerijs exercentur, refert
11 etiam Peguera, Carol. Magni legem his verbis scriptam; volumus, vt vnusquisque fidelium nostrorum suum pauperem beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando, & vbi tales inuenti fuerint, nisi manibus laborent, nullus eis quidquam tribuere
12 præsumat, commemorat idem etiam Auctor, edictum quod Cathaloniæ solet promulgari, nè vtentibus prospera valetudine quibusq; ob corporis integritatem labor conuenit, liceat ostiatim mendicare adiecta pœna banni è prouincia, vel fustigationis, sicuti testatur ipse Peguera plu
13 ries obseruatum, imò ad triremes aliquando fuisse condemnatos, & quod fortius est, respondit Lapus in alleg. 18. Mendicantes validos, qui fucatis coloribus se pallidos exhibent populo, fingentes se infirmos, vt eleemosynam extorqueant, tamquam falsarios puniri, iuxt. cap. cum ex eo §. qui autem de pœnis, & cap. ex tuarum, vbi glosa in verbo beneficio de priuileg. vbi & Lapum in specie secutus est Præuitellus in tract.
14 de peste in cap. quod incipit dictum est pro morbosis qui sufficiunt: Sic pœna falsi puniri deferentes insignia Episcopi cum non sint, vt docuit Bart. in l. eos ff. ad leg. Corneliam de falsis, idem esse dixit Lapus, quando quis defert insignia
15 Doctoratus, cum tamen Doctor non sit, qua de re copiosè scripsit Menoch. de arbitr. iudic. casu 318. num. 22. & in casu 320. in fine, vbi dixit, pœnam hanc falsi esse arbitrariam Iudici, quæ quidem traditio comprobatur auctoritate Angeli,
16 & Ioan. à Platea in d. l. vnica num. 2. C. de mèd. validis, qui dixerunt aduersus hos Mendicantes validos nullam indictam esse à lege, pœnam criminalem, & ob id puniri posse pro Iudicis arbitrio, quod sensit Bart. ibidem in fin. dum dixit, puniri extraordinem, quod nil aliud est quam dicere pœna arbitraria, & Ripa in tracta. de peste in titu. de remedijs præseruatiuis contra pestem nnm. 173.

In Curia tamen Archiepiscopali puniuntur ij, qui tum habitu religioso, cum tamen re vera tales non sint, mendicant per Ciuitatem absque licentia dictæ Curiæ, & in Synodo diœcesana est lata excommunicatio contra quærentes eleemosynas pro pauperibus, vel locis pijs absque licentia Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio criminis capitalis generat capitalem inimicitiam, imò etiam si non esset accusatio criminis capitalis, vt num. 2. & amplia vt nu. 4. & 5.*
3 *Lex accusatorem appellat inimicum.*
6 *Causa bonorum dicitur causa vitæ.*
7 *Propter sæuitias conceditur Thori separatio, & sic etiam propter alapas mulieri illatas.*
8 *Refertur decisio Curiæ Archiepiscopalis circa articulum.*

An Thori separatio sit concedenda ob accusationem ab vxore factam contra virum de crimine capitali.

DECIS. CCLXXXV.

1 QVia accusatio criminis capitalis generat capitalem inimicitiam inter partes, secundum glos. in l. licet ff. de arbitr. & in §. item inimicitiæ in verbo si capitales, instit. de excusat. tut. & in §. si vero quis dicat in verbo de crimine in authen. de test. Barto. in l. 3. ff. de test. & in l. 3. §. fin. ff. de adimend. legat. Abb. & Soccin. in cap. accedens el secondo de lit. non contest. Alber. in Authen. si testis colum. 2. C.
2 de test. imò etiam si criminis accusatio non esset capitalis, adhuc inimicitiam inducit, secundum Blanc. in l. fin. num. 116. ff. de quæstio. nam ille qui accusat prosequitur suam, vel suorum iniu
3 riam, l. 1. §. 1. ff. de iniur. vnde lex accusatorem appellat inimicum, cap. 1. de restitutio. spoliat. in 6. cap. cum quis eodem titu. & probatur expressè in cap. meminimus de accusat. & etiam si non esset accusatio criminis, sed personalis,
4 seù de statu, adhuc inimicitiam capitalem inducit, Bartol. in l. Imperium colum. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. Bald. in l. placet Cod. de pedan. iudic. & in l. Atletæ §. dat remissionem in 2. notab. ff. de excusat. tutor. Ias. in l. quoties ff. de iudic. & in §. præiudiciales, de Action. vt
5 etiam dicimus in controuersia omnium bonorum contra aliquem illata, nam inducere inimicitiam capitalem, voluit idem Blanc. in d. l. fin. num. 125. ff. de quæstio. ex quo causa bonorum
6 dicitur causa vitæ, l. aduocati, vbi Bald. Cod. de Aduocat. diuers. iudic. & dicit Salycet. in l. admonendi colum. penult. ff. de iureiurand. quod pecunia est alter sanguis, vnde videmus, quod causa omnium bonorum, seù maioris partis sunt æquiparata cum causa vitæ, glos. in §. si verò in fine de test. & in Authen. si testis in fine C. de test. & glos. in cap. cum partium de regul. iur. in 6. propterea iure optimo videbatur Curiæ Archiepiscopali concedere separationem Thori ob accusationem ab vxore factam contra virum
7 de crimine capitali, ex quo, vt dixi, oritur inimicitia capitalis, nam si propter sæuitias debet concedi huiusmodi separatio, cap. litteras, & cap. extra mista, de restitutio. spoliat. Caualc. decis. 17. Thesaur. decis. 130. de Franch. decis. 244. quanto magis est concedenda in casu de quo agimus, & si propter alapas mulieri illatas debet fieri Thori separatio, vt per Triuis. in decisio. 45. & decis. 61. libro 1. fortius est concedenda ob accusationem capitalem, vt in proprijs terminis voluerunt Crauetta consil. 31. Couarr. de sponsal. parte 2. cap. 7. §. 5. num. 1. Guttierez lib. 1. canonic. quæstio. capit. 24. num. 9. Lopez in tract. Sacerdot. cap. 54. Graff. prima part. decis. lib. 2. cap. 84. num. 1. Cardin. consil. 90. Menoch. cons. 299. Barbos. in secunda part. rubricæ num. 52. soluto matrimonio.

8 Tamen per dictam Curiam fuit prouisum contrarium, nam auditis partibus, dicta vxor fuit sequestrata interim in domo patris, stante quod eius vir reperiebatur cōdemnatus ad perpetuum carcerem in vno ex Castellis Regni.

SVMMARIVM.

1 *Dictio, omnis, quotiescumque, & quandocumque, est vniuersalis, & omnia comprehendit etiam in materia odiosa.*
2 *Dictio, omnis, cuncta includit.*
3 *Dictiones vniuersales non possunt restringi etiam in materia odiosa.*
4 *Dictio, omnis, comprehendit plures casus etiam dissimiles.*
5 *Verba generaliter prolata, generaliter intelligi debent.*
6 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
7 *A verborum significatione non est recedendum.*
8 *Dictio, semper, est vniuersalis, affirmatiua, & inducit perpetuitatem in omni casu, & denotat etiam continuationem, & continuitatem num. 9.*
10 *Qui omne dicit nihil excludit.*
11 *Reo habilitato cum cautione de se præsentando ad omnem Curiæ mandatum, non potest fideiussor cogi ad eum præsentandum, nouis non superuenientibus indicijs, & vide nu. 12.*

An reo habilitato cum cautione de se presentando ad omne Curię mandatum, possit fideiussor cogi ad eum presentandum, nouis non superuenientibus indicijs.

DECIS. CCLXXXVI.

1 PRo affirmatiua sententia, & sic quod fideiussor potuisset cogi ad præsentandum talem reum facit illa clausula (ad omnem Curiæ mandatum) nam dictio, omnis, quotiescumque, & quandocumque est vniuersalis, & omnia comprehendit, etiam in materia odiosa, Raudens.
2 de analog. cap. 12. Grammat. decis. 4. cunctaque includit, Paris. cons. 90. num. 6. volum. 4. Caualc. de vsufruct. cap. 1. num. 82. Alexan. consil. 195. volum. 6. Plot. de in lit. iur. §. 1. num. 14. fol. 6. vbi plures recenset, Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 294. vbi dicit, quod natura huius dictionis est latissima, & omnia comprehendit, siuè mobilia, siuè immobilia, & ratio supradictorum est, quia dictiones vniuersales non
3 possunt restringi, etiam si materia sit odiosa, cum de sui propria significatione sint ampliatiuæ, & in materia etiam restringibili numquam excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum descendit, vt tradit Rolan. consil. 54. vol. 3. num. 79. Rebuff. in l. vnic. in 4. notab.
4 num. 17. C. de senten. natura enim huius dictionis, omnis, est comprehendere plures casus, etiā dissimiles, vt sequitur Aretin. in l. 1. §. sed si mihi ff. de verbor. oblig. Gomes in §. sequentes num. 6. de Action. & §. omnium eodem titu. num. 7. Dec. in cap. quoniam num. 2. de Constitut. & ibi Addit. in littera A. & in littera B. His accedebat, quod verba generaliter prolata, generaliter
5 intelligi debent, l. generaliter ff. de legat. præst.
6 & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. de pretio ff. de public. & à verborum
7 significatione minimè est recedendum l. non aliter ff. de legat. 3. Faber in decis. 16. de verbor. signific. l. si quis solium C. de liber. præter. vbi à verbis legis non est recedendum, nisi appareat de contrario sensu, cap. præterea de verbor. significat. & cum in verbis legis non est ambiguitas, non est de eius mente disputandum, l. ille aut ille ff. de legat. tertio. Facit etiam ad hoc,
8 quoniam dictio illa, ad omnem Curiæ, & c. idē est, quod semper, quæ dictio est vniuersalis affirmatiua, Osasch. in decis. 87. nu. 9. Socci. in cons. 11. num. 5. volum. 4. & inducit perpetuitatem omni casu, & omni tempore, Roman. cons. 407.
9 Paris. cons. 75. nu. 34. volum. 2. & denotat etiam continuationem, & continuitatem, Boer. in decis. 158. & secundum Ias. in l. 1. ff. solut. matrim. supradicta dictio significat generalitatē quoad
10 tempus, ex quo qui omne dicit nihil excludit, l. Iulianus, & ibi latissimè omnes ff. de legatis 3. Mandos. in regul. 31. num. 2. vbi natura horum verborum est, vt nihil prætermittatur, & omnia, & singula verificantur in qualibet re singulari, Curt. in cons. 74. nu. 3. Bald. in cons. 461. num. 6. volum. 1. prout etiam dicimus in dictione, quandocumque, quæ apposita in contractu denotat quandam infinitatem, Rubeus in consi. 3. nu. 4. Boer. in decis. 131.
11 Relatis minimè obstantibus, determinauit Curia Archiepisc. talem reum, qui fuit relaxatus cum cautione de se præsentando, non posse cogi eius fideiussorem ad repræsentandum, nisi noua superueniant indicia, vt scripserunt Barto. & Alexan. in l. penult. ff. de quæst. Foller. in practic. crimin. in fragmentis num. 251. vbi amplius, quod talia indicia superuenientia non debent esse leuia, sed sufficientia, præsertim quando carceratus relaxatur sine fideiussore, & simpliciter, & in titu. de pluribus violent. num. 114. Aym. consil. 321. in fine, vers. non omitto. Nonius cons. 103. num. 5. Brunor. quæst. 17. nu. 10.
12 Clar. in pract. §. fi. q. 64. vers. pariter etiam, vbi dicit, tunc demum hoc procedere, si Iudici videbitur, & non alias, qui quidem Iudex in calculo ferendæ sententiæ potest facere reum repræsentare, & hoc vt ibidem dicit Clar. ne si sequatur corporalis condemnatio, possit illam fugiendo eludere, de quo etiam dixit Farina. in sua praxi in tit. de carceribus, & carcera. quæst. 23. nu. 68. Item si reus fuit sub prædicta fideiussione relaxatus nondum purgatis indicijs contra ipsum existentibus, tunc pariter Iudex etiam nō superuenientibus alijs indicijs potest cogere fideiussorem ad repræsentandum reum secundum Foller. in fragmentis d. n. 251. relaxatur enim reus

non

non solum in casu in quo non reperitur culpabilis, vt dicunt Clar. vbi supra, sed etiam quando contra ipsum laborant indicia, prout quotidie seruari vidimus, si Iudici videbitur, præsertim in illis, quibus vel propter personæ dignitatem, vel alia de causa permittitur defensiones extra carceres. Item quando Iudex sperat de proximo, noua inditia, & testes, quos dubitat per relaxatum subornari, vel etiam dubitat, quod idem relaxatus aufugiat, si ad eius notitiã eueniat, vel Curia habet in promptu alia noua indicia, tunc non solum citatur fideiussor ad illum repræsentandum nondum nouis indicijs in actis deductis, sed etiam si magis expediet, fideiussore non citato, mandat reum absque alio carcerari, & id sæpènumero practicari vidi, adeò, quod Clari opiniopem sequendo id totum probi Iudicis arbitrio remittendum censeo, qui tamen aduertat, nè absque causa reum representari faciat, quia si fine causa id fecerit, non solum parti ad damna, & interesse tenebitur, sed alias etiam punietur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus suum familiarem triennalem ordinare potest absque litteris dimissorialibus sui Ordinary, dummodò statim illi beneficium conferat, Amplia vt nu. 2. & 3.*

4 *Collatio beneficij facta ab Episcopo familiari triennali post annum non prodest quoad ordines susceptos.*

3 *Dictio, statim, de sui natura est absque interuallo, & denotat celeritatem nu. 6.*

4 *Statim intelligitur, quod incontinenti fit, & non post.*

8 *Factum infra decem dies, dicitur factum statim, sed vide nu. 9.*

10 *Dictio, continuò, intelligitur absque interuallo.*

11 *Continuò amittat, intelligitur ipso iure.*

12 *Dictio, confestim, prolata à lege, intelligitur statim, & immediatè.*

13 *Confestim, denotat ipso iure.*

An collatio beneficij facta ab Episcopo familiari triennali post annum prosit quoad ordines susceptos.

DECIS. CCLXXXVII.

1 QVi per triennium fuerit commoratus cum aliquo Episcopo, quod ab eo possit ordinibus insigniri absque litteris dimissorialibus sui proprij Ordinarij, dummodò statim, & sine fraude ei beneficium conferatur; cautum est ex decreto Sacri Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 9. per hæc verba, Episcopus familiarem suum ordinare non possit, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium quacumque fraude cessante, statim re ipsa illi conferat consuetudine quacum que etiam immemorabili in contrarium

2 non obstante, qui text. die 5. Martij 1573. per Sacram Congregationem Concilij Tridentini fuit extensus, vt possit illum familiarem dimittere, vt ab alio ordinetur, nam qui potest ordinare, multo magis potest dimittere, per rationem cap. 3. & cap. 8. eadem sess. 23. de reformatione, & die 14. Aprilis 1575. per eandem

3 Sacram Congregationem fuit ampliatus etiam procedere si ei dederit sufficiens patrimonium, & die 22. Maij 1586. eadem Congregatio Concilij, teste Paris. de resignat. benefic. lib. 4. quæst.

4 2. nu. 92. censuit, non satisfecisse dicto decreto, qui ordinauit, & post lapsos vndecim menses contulit beneficium, vt etiam fuit tentum per Curiam Archiepiscopalem, cum quidam clericus huius Diœcesis Neapolis nomine triennalis familiaritatis fuisset ordinatus à quodam Episcopo Regni, qui non contulit ei beneficium, nisi post annum à die ordinationis, nam hoc decernit Concil. vt familiaris ratione beneficij efficiatur subditus, ex quo tenet collatio ordinis, Rebuff. in prax. in titu. de Cleric. qui num. 25. & collatio beneficij est causa validitatis ordinis, Franc. in cap. cum nullus num. 3. in fin. de tempor. ordin. lib. 6. ergò eodem tempore debet concurrere cum validitate actus, Bald. in l. 1. num. 45. C. qui admitti, & hoc ostendit tex.

5 cum dicit, statim, quæ dictio de sui natura intelligitur absque interuallo, Imol. in l. diuortio num. 6. & ibi Iaf. num. 13. ff. solut. matrimon. &

6 denotat celeritatem, Bald. consil. 34. num. 10. volum. 5. voluit etiam Hostiens. in cap. significasti il secondo, extra de homicid. Soccin. consil. 65. num. 6. lib. 1. & est communis opinio secundum Panorm. in consil. 62. num. 7. lib. 2. nam

7 dicitur statim quod incontinenti fit, & nõ post, & facit quod voluit Alexan. consil. 71. num. 7.

8 & sequen. volum. 3. quod id, quòd fit infra decem dierum spatium dicitur fieri statim, quod verò post decem dies dicitur ex interuallo, quã opinionem refert, & sequitur Roman. conf. 179 num. 11. vers. secundo moueor. Rub. conf. 123. Cacher. conf. 180. num. 3. & sequen. Bolognet. conf. 16. & facit quod scriptum reliquit Bart. in l. 1. C. vnde vi, & in l. 3. §. eum ff. de vi, & vi arm.

9 vbi videtur sentire, quod tunc dicatur statim quid fieri, quando fit infra biduum, vel triduum, allegat glo. in l. fin. C. de error. aduoc.

10 Additur insuper, quod dictio, semper, æquiparatur dictioni, continuò, quæ intelligitur sine interuallo, cap. cæterum, vbi Panorm. nu. 4. de rescrip. & ibi Addit. ad eum, l. ita stipulatus sum, & ibi Iaf. num. 2. de verbor. obligat. Panomita. in cap. cum causam num. 2. de electіon. & ibi Addictio, Grillan. de hæreticis lib. 1. quæstio. 5.

11 num. 12. vnde continuò amittat, denotat ipso iure, Alexan. & Iaf. in l. post mortem, C. de bonorum possess. contra tabulas, latè Tiraquell. in l. si vmquam verbo reuertatur num. 102. Cod. de reuocandis donationibus, vt dicimus de di-

12 ctione, confestim, quæ quando præfertur a lege, intelligitur statim, & immediatè, & sine nullo medio, & hoc quando ponitur ad sustinẽdum actum, si verò ponatur ad aliquod factũ affirmatiuè, tũc potest intelligi cum interuallo,

V 3 Cuman.

Cuman.in l. de pupillo per textum, & ibi Iaf. num.1.ff.de noui oper.nunciat. l. 3. §.cum igitur de vi,& vi armata,Bermond. in titu. de public. concub. in verbo statim num.2. fol. 227. licet aliquando dicatur fieri confestim, si fiat infra annum,l.2.§.confestim ad Tertul.Bartol. in l.sciente Cod.de legit.hæred. & in Authen. presbyteros C.de sacrosan.Eccles.& in l.3.ff.de vi,& vi armat. Iaf.in l. de pupillo num. 1. ff. de
13 noui oper. nunciat. & confestim denotat, idest ipso iure, Bartol. in Auth: incestas C. de incest. nupt.Franc.in cap. pœnis de regu. iur. in 6. Tiraq.in l.si vnquam in verbo reuertatur nu. 48. C.de reuocan. donat.

SUMMARIUM.

1 *Delinquens in officio,dignitate,seu munere in quo quis existit,priuatur illo officio,munere,vel dignitate in qua deliquit.*
2 *Et non solum delinquens in officio, priuatur officio,sed etiam salario officij.*
3 *Officialis delinquens in officio,eo priuatur,& amplius ad eum non admittitur, nec per rescriptum principis,nisi specialiter derogetur iuribus prohibitorijs nu.4.*
5 *Delinquere in officio, quando quis dicatur.*
6 *Pœnam priuationis officij, quam quis incurrit ob delictum in eo patratū,an incurrat ipso iure,vel mediante sententia,& nu.8.*
7 *In dubio verba legis important canonem sententiæ proferendæ,quam latæ.*

Qualiter puniatur Officialis tentans cognoscere carnaliter mulierem, intuitu officij.

DECIS. CCLXXXVIII.

CVm fuisset missus quidam ex Cursoribus ad citandam quamdam mulierem, & accessisset ad eam pro hac causa, & tentasset illam carnaliter cognoscere, qua de re conquesta dicta mulier,& institit eum puniri, fuit dubitatum qua pœna esset puniendus,& Curia Archiepiscopalis priuauit eum officio,siquidem delin-
1 quens in officio,dignitate,seu munere, in quo quis existit,priuatur illo officio, munere, vel dignitate, in quibus deliquit,textus est in l. si aliquid,& præcipuè Ioan.de Platea, & communiter notant omnes C.de suscep.lib. 10. facit tex. in l.si Iudices Cod. de dignitat. lib. 12.& in l.si quis Cod.de officio præfect. prætor. Bald. in l. reum C. de procurat. Dec. in cap. vt nostrum num. 4. de appellatio. vbi de Notario, Milite, Equite, & Doctore in eorum officio delinquentibus,Capyc.decis.121. num. 17. Francisc. Marc.decis.Delphin.390.num. 2.& decis. 654. Cappella Tholosan.decis.370. & ibi Aufrer.in Additio. Lancellot.in suo tractat. de attentat.
2 capitul.4.num. 27. & non solum delinquens in officio priuatur officio,sed etiam salario officij, & eius bona illi officio confiscantur, l. ordinariorum,& ibi latè Platea C.de Cohortal.lib.12. & in l.Iudices num.1.& num.5 in fine C.de annon.& tribut. lib.10.& in l.final.C.de vestibus, Otober. lib. 11. & in l.Iudices C.de dignitat. lib.12.Franc.Marc.in decisio.646.num.1. vers.
3 & isto casu, prima parte, imò Officialis delinquens in officio eo priuatur, nec amplius ad illud admittitur,Clar.in pract.crimin. quæst.73. Masul.in additio.ad Capyc.in d.decis.121.num.
4 10.nec per rescriptum Principis, nisi expressè, & specialiter derogetur iuribus prohibitorijs, Frāc.Marc.in decis.390.& decis.646. vbi etiam si delinquat extra officium,si irrogetur infamia prohibetur exercere officia dignitatem impor-
5 tantia,& in proposito scias, quòd delinquere in officio quis dicitur,vbicunque quis fauore, calore,colore,authoritate, prætextu, vel contemplatione officij deliquit, sic enim colligitur ex traditis per Parid.de Put.in tracta. sindic. titul. Iudices ad sindicatum, qui sint cap. 1. num. 8. versic.& dixit, & in verbo officialis offensa nu. 9.vers.nisi adulterasset fo.350.Cuman.in l.nulli C.quor.appell.non recip. Bald.in l.2. in fine,& ibidem Salic. C. vbi de ratiocin. & fuit decisum in vna Romana Notariatus coram Cantuccio die 14. Decembris 1583. vt refert Farinac. in sua pract. crim. tit. de delict. & pœnis q.19.nu.44.in fine,qui nu. 45. dubitat, si pœna hæc priuationis officij,quam quis propter deli-
6 ctū in officio cōmissum incurrit succederet ipso iure,an mediante sententia, & dicit fuisse alias in eadem Romana Notariatus coram eodem Cantuccio die 27.Ianuarij 1584.decisum,& pro ea parte, quod non ipso iure succederet, adducebatur,quia in iuribus supra allegatis,videlicet in l.Iudices C.de dignitat. lib. 12. & in l. si quis C. de officio præfect. prætor. & in l. si aliquid Cod. de suscept. lib.10. probatur, quod delinquens in officio,priuetur officio,non dicunt ipso iure: Ideo subintrat regula, quod pœna priuationis ipso iure numquam incurritur, nisi sit expressa, de qua per glos.in capit.fin.de iurepatron. Innocent.in cap. bonæ il secondo col. fin.de elect. Abb.in cap.fin. num 6. de Clericis non resident.Dec.post alios cap.2.num.3.vers. & pro hoc facit de rescript. Tiraquell.in l. si vnquam in verbo reuertatur num.244.C.de reuocan.donat.Bero.consi.126.num.45. lib. 1.&: in
7 dubio verba legum important potius canonem ferendæ sententiæ,quàm latæ,Franc.in cap. cupientes §.si vero in verbo priuentur de elect. in 6. Alex. conf.103.sub num.22.vers. item posito lib.1.Dec.consi.116.sub nu. 2. vers. & sic præsupponuntur, Tiraquel. vbi supra num. 246. & propterea Capyc. in allegata decis.121. sub nu. 23.vers.in casu nostro dixit, se non reperire legem in iure dicentem, quod Officialis delinquens in officio priuetur ipso iure,sed quod immò pœna hæc priuationis officij propter delictum in officio cōmissum,ipso iure succedat, & ponderabantur in eadem causa quatuor modis verba d.l.si aliquid, C.de suscept. lib.10. primo quia

quia ibi agitur de pœna iurisdictionis prohibitiua respectu Officialis, quæ semper dicitur in dubio ipso iure inducta, Tiraquell. in dicta l. si vnquam in verbo reuertatur num. 20. Cod. de reuocand. donatio. secundo quia verba dictæ legis sunt directa in partem, & non in Iudicem, ergo ipso iure inducitur priuatio, Tiraquell. ibidem num. 61. Tertiò, quia lex vtitur dictione, Rursus, quæ cum videatur similis dictioni, alterius, importat idem quod ipso iure, Tiraquell. ibidem num. 126. Quarto illa verba in textu posita, scilicet, officium gerat, &c. præcedente vniuersali negatiua, nemo eorum, &c. habent de sui natura annexam priuationem, ideo ipso iure, & non media sententia priuat, Tiraquell. ibidem num. 179. & secundum hanc partem Rota in dicta causa tenuit, quod Officialis delinquens in officio priuetur officio absq;
8 alia sententia priuationis statim, quod est condemnatus de delicto, & sit declaratus, quod deliquerit, quia etiam in pœnis ipso iure impositis requiritur declaratoria delicti, vt notant omnes in cap. cum secundum de hæret. in capit. fęlicis de pœn. in 6. & in capitul. Rodulphus, vbi latè Felyn. de rescrip.

S V M M A R I V M.

1 *Compositiones Sede vacante, cui applicentur.*
2 *Vicarius compositiones, Sede vacante, debet applicare pijs locis.*
3 *Prima charitas incipit à seipso.*
4 *Episcopus non potest compositiones applicare pro mercede Vicarij.*

An pœnæ pecuniariæ, & compositiones, quæ Sede Episcopali vacante, fiunt, sint applicandæ Cameræ Apostolicę.

DECIS. CCLXXXIX.

1 De iure debent Episcopi pœnas pecuniarias, & compositiones Cameræ Apostolicæ applicare, vt notabiliter tradit Bald. in auth. bona damnatorum num. 2. C. de bon. proscrip. quem refert Anan. in cap. excommunicamus in princip. num. 8. de hæret. & Angel. de malefic. in verb. & eius bona num. 30. Barbat. consi. 22. num. 12. lib. 3. Marcus decis. 339. num. 12. Gomez. Arias super leg. 7. Tauri num. 75. & dicit Foller. in practic. crimin. fol. 68. num. 14. quod hanc opinionem tenent omnes, quam etiam opin. dicit esse communem Didac. lib. 2. var. resolutionum c. 9. nu. 11.

2 Contrarium tamen fuit dictum in Curia Archiepiscopali, quod Sede vacante, non possit Nuntius Apostolicus Regni Neapolis compositiones, & alias pœnas applicare Cameræ Apostolicæ, sed illas poterit Vicarius Capituli statim assignare locis pijs, quæ decisio fundatur, quia si potest Episcopus applicare prædictas pęnas pauperibus, ita & Capitulum potest illas imponere, & applicare, argum. tex. in cap. is qui, de maiorit. & obedien.

Et de Episcopo facit primo quod notabiliter scripsit Hostiens. in summa in titul. de officio ordinarij §. quid pertinet, Abb. in cap. licet de pœnis, Felin. in capit. irrefragabili citat. titu. de officio ordinarij, vbi potest Episcopus illas retinere, si manifestè apparet illis indigere, quamuis alias teneatur vsibus pijs applicare,
3 quia prima charitas incipit à seipso, & quia obligatus facere eleemosinam nomine alterius, potest sibi ipsi facere illam, si est in necessitate, vt latè probat Felin. vbi supra, & obligatus ad restituendum pauperibus, potest sibi retinere, tamquam vnus ex pauperibus, Nauarr. in Manual. cap. 17. num. 91. & dicit Card. in Clementin. ad nostrum in fin. de hæretic. quod Inquisitores pœnas pecuniarias non possunt sibi retinere, sed in pios vsus conuertere, nisi retineant pro vtilitate, vel necessitate officij, in quam sententiam descenderunt etiam Henric. Boct. in tracta. de Sinodo Episcop. part. 3. sub nume. 25. ibi, Puto tamen, &c. Couarr. libro 2. variar. resolutio. cap. 9. sub num. 9. ac Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 32. num. 3. licet post Concilium Tridentin. capit. 3. sessio. 25. de reformatione, pœnæ pecuniariæ eo ipso, quod exactæ fuerint sunt assignandæ pijs locis, quod seruatur in Curia Archiepiscopali, refertur etiam Sacrã Congregationẽ censuisse, non posse Episcopũ dictas
4 pœnas conuertere in solutionem mercedis Vicarij, & aliorum Officialium Curiæ, nec in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, cum ad hoc sint assignati redditus Episcopo, capitulo cum ab omni de vita, & honestate Clericorum, super quo etiam Concilium Tolet. celebratum anno 1565. cap. 14. relatum ab Ignatio Lopez in additio. ad Diaz. in practic. Crimin. Can. capitul. 145. disposuit, vt pœna pecuniaria, si quando à Iudicibus ordinarijs iuxta rationem delicti, vel delinquentis qualitatem imponi contingerit, in pios tantum vsus, & pro executione iustitiæ, non pro priuata Episcoporum vtilitate expendantur, arbitrio Episcopi, vel eius Vicarij, & deputetur ab eodem Episcopo, qui easdem pęnas recipere debeat, earumque rationem reddere teneatur.

S V M M A R I V M.

1 *Sæuitiæ sunt causa separationis Thori.*
2 *Domus filiorum dicitur locus tutus; vt eorum mater possit cohabitare in causa separationis Thori.*
3 *Parentes, & filij pro vnica censetur persona.*
4 *In correlatiuis dispositum in vno, censetur dispositum in alio.*
5 *Pro necessaria sui defensione licet occidere impunè aggressorem, quod amplia vt num. 6. 7. & 9.*
8 *Filius non defendens patrem, tamquam patricida habetur.*

10 Do-

An Domus filiorum dicatur locus aptus, adhoc vt eorum Mater cohabitare possit in causa separationis Thori.

DECIS. CCXC.

1 IN Causa separationis Matrimonij quoad Thorum petita per quandam mulierem ob mariti sæuitias, quæ certè, & proculdubio sunt causa separationis Thori, ad dispositionem textus in capit. litteras, & cap. ex transmissa de restitution. spoliatorum, & iuxta sententiam Caualc. in decisio. 17. Thesaur. in decisio. 130. de Franch. decis. 744. orta est dubitatio, si domus filiorum diceretur locus aptus, & honestus, ad hoc vt ipsa mulier in ea permanere valeret, concessa separatione Matrimonij quoad Tho-
2 rum, & per Curiam Archiepiscopalem fuit prouisum quod sic, nam sicuti facta separatione Thori, si mulieri iubetur permanere in loco honesto, benè poterit moram trahere in domo patris, cum Matre, Fratre, & alia sorore nubili, neque debet permanere in Monasterio, vt fuit dictum per Rot. Rom. in vna separationè Thori 18. Iunij 1594. coram Seraphino, & per Cæsarem de Graff. in decisio. vnic. de diuortio, & fuisse decisum in Curia Archiepiscopali latè refero Ego ipse supra in decis. 21. hoc eodem lib. 2. ita pariter poterit mater in causa separationis Thori in domò filiorum permanere, tamquam loco tuto, & honesto, parentes enim,
3 & filij pro vnica censentur persona, l. fin. C. de impub. & alijs substitut. plenè Tiraquell. in l. si vnquam Cod. de reuocand. donation. num. 15.
4 cum pluribus sequent. & tamquam vnica persona, & correlatiui dispositum in vno censetur dispositum in alio, correlatiuorum namque eadem est iuris dispositio, l. fin. Cod. de indict. viduitate tollend. hinc enim videmus, quod sicuti
5 pro necessaria sui defensione licet impunè aggressorem occidere, ex regula text. in l. vt vim ff. de iustitia, & iure, l. 1. §. cum Arietes ff. si quadrup. pauper. fecis. dicat. §. quod vero institut. de. iur. natur. gent & ciuil. quam regulam vltra Doctores in citatis locis plenè exornat Grammat.
6 in consil. 18. & 29. ita etiam licet parentibus impunè occidere aggressorem filij, & è contra, prout in d. l. vt vim scripserunt Dec. num. 32. Bartol. num. 7. Iaf. num. 28. & sequen. Boer. in decisio. 83. sub num. 6. & alij apud Farinac. in sua practic. in tit. de homicid. quęstio. 125. num.
7 283. quæ conclusio adeo vera, & communis est, quod procedit etiam in filio naturali, vt testatur Angel. de Malefic. in verbo, & Titius se defendendo num. 30. Plaz. in epithom. delict. cap. 28. sub num. 21. & sequen. & non solum filius ex-
8 cusatur, si aliquem occidit pro defensione parentum, sed tenetur eos defendere, & nisi defendat tenetur tamquam patricida, l. vtrum ff. ad legem Pomp. de parricid. Gomez. in tertio tom. variarum resolutionum cap. 3. num. 4. Menoch. de arbitrar. iudic. libr. 2. casu 356. num. 15. qui sub num. 17. dicit hoc procedere, etiam si filius
9 sit emancipatus, vel naturalis, cùm sit debitum sanguinis, quod par est in vtroque, hinc etiam
10 euenit, quod sicuti Dominus pro vsu proprio ob superuenientem necessitatem potest Inquilinum expellere, ex regula textus in l. Æde Cod.
11 locati, & in cap. propter sterilitatem eodem titu. ita etiam eadem facultas sibi conceditur, si indiget domo locata, pro vsu filij vxorem ducentis, vt notabiliter dicit Bald. in dict. l. Æde num. 11. Cod. locati, quem refert, & sequitur Gomez. in secundo tomo variarum resolution. capit. 3.
12 sub num. 6. in fine, hinc colligitur etiam, quod pacis conuentionem violasse dicitur, qui filium eius offendit, cum quo pax facta fuit, vt communiter affirmant Doctores in l. ita stipulatus §. Crisogonus ff. de verborum obligationib. quos refert Vulpell. in tractatu de pace quæstio. 38. numer. tertio, post Lucam de Penn. in l. vnica numero 50. in 20. quæstione, Codice de public.
13 letit. lib. 12. qui latè discusso articulo ita concludit, etiam in offendente vxorem eius cum quo pacem fecerat, ea ratione potissimum
14 motus, nam sicut parentes, & filius, ita etiam maritus, & vxor dicuntur vnum corpus, & vna caro, & ideò vnum offendens, alterum quoque offendisse videtur, ex regul. text. in d. l. fin. C. de impuber. & alijs substitut. & in cap. sunt qui dicunt

cunt 27. quæst. 2. pro qua conclusione plures allegant concordantes Farinac. in sua practica in titu. de var. crimin. quæst. 107. num. 336. &
15 sequen. & Cardinal. Tusch. in suis conclusion. in verbo pax conclus. 182. num. 24. hinc etiam est, quod sicuti homicida priuatur hæreditate interfecti, ita etiam priuantur eius filij, l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat. scribunt Boer. in decisio. 25. num. 1. Rota Auenion. in decisio. 21. num. 12. plenè Palaez de Maiorat. par. 2. quæst. 4. illat. 1. num. 17. & sequen. eademque conclu-
16 sio procedit, etiam si quis occidit testatoris filium, nam similiter eius hæreditate priuatur, ac si ipsum occidisset, ex eadem ratione de qua supra, quia scilicet parentes, & filius vnica censetur persona, prout post glos. Barto. & Bald. in l. codicillis §. Matre, & vxore ff. de legat. 2. Alexan. de Neuo in consl. 91. num. 2. refert Peregrin. de iure Fisci lib. 2. titu. 3. sub num. 1.
17 vers. amplia in occidente filium, hinc quoque euenit, quod sicut de iure communi nemo potest ad idem officium, quod semel exercuit, infra quinquennium, nec ad aliud infra triennium promoueri, vt expressè cauetur in l. 2. C. de muner. & honor. non continuan. lib. 10. præterquā in casu quo alij idonei non reperientur, iuxta notata in l. honor §. fin. ff. de muner. & honor. & per Vinc. de Franch. in decis. 210.
18 num. 3. eadem quoque ratione, nec filius ad idem officium, quod eius pater exercuit infra dictum tempus à iure statutum admitti debet, vt apertissimè probat text. in l. filio ff. de legatio. & in l. 1. C. de muner. & honor. non continuan. per quæ iura ita in specie affirmat Tiraquell. in l. si vnquam sub num. 24. C. de reuoc. donat. qui ad hoc propositum allegat etiam tex. not. in l. diximus §. si pater cum l. sequen. ff. de excus. tut. vbi cauetur, quod tres tutelæ filium excusant, nè aliud tutelæ onus suscipere cogatur, & licet contrarium suadere videantur in hoc Regno verba Regiæ Pragmatic. 5. sub titu. de administr. vniuers. in cap. 15. in qua prohibetur, quod non possunt eodem tempore ad regimen Vniuersitatis eligi pater, & filius, neque fratres, cum à contrario sensu videantur habilitati, vt vnus post alium eligi possint, prout per Sacrum Consilium iudicatum fuisse refert Rouitus in Commentar. super eadem pragmatica num. 28. licet ipse non videatur illi decisioni annuere, nam inquit contrarium esse cautum per dict. l. 1. cum glos. C. de muner. non continuan. lib. 10. quam iuris communis dispositionem affirmat non esse alteratam, neque correctam per dictam Regiam Pragmaticam. Ex supra-
19 posita etiam ratione infertur, quod sicut regulariter nemo admittitur ad testificandum in causa propria, vel in qua aliquod habet interesse, ex regula tex. in l. nullus ff. de testibus, & l. in omnibus Cod. eodem titu. & iuxta plenè notata per Farinacium de testibus sub titu. de opposit. contra testes quæst. 60. per totam; pari etiam
20 modo parentes pro filijs idonei testes non sunt, nec è conuerso, l. testis idoneus ff. de testibus, & l. parentes cum ibi notatis per glos. & Doctores Cod. eodem titu. latè Mascard. de probationib.

conclus. 1553. Gabriel. in conclus. 17. de testibus, & post ipsos Farinac. in dict. tract. de testi-
21 bus quæst. 54. regul. 3. num. 145. cum sequen. hinc etiam est, quod à Ciuitate abesse non dicitur, qui in ea parentes, vel filium reliquit, l. cum scimus §. sicut C. de Agricol. & Censit. lib. 11. & ideo si ad aliquod beneficium, seu priuilegium consequendum requiratur habitatio in certo loco, habitatio parentum prodest filio, & è conuerso, vt notabiliter dixit Angel. in l. fin. C. de impuber. & alijs substitut. vnde filius non dicitur seorsum à parentibus habitare, quamuis cum vxore, & familia separatim habitet in alio loco, nam cum parentes, & filius sint vna identitas personarum, domicilium vnius censetur domicilium, & habitatio vtriusque, vt notabiliter inquit Bald. in cons. 234. nu. 1. lib. 1. quem refert Roland. à Valle in cons. 54. num. 23. & sequent. lib. 1. & ideò Regia Pragmatica, quæ
22 in hoc Regno excludit à beneficio Macedoniani filios, qui viuunt seorsum à patre, non est simpliciter intelligenda respectu illorum filiorum, qui seorsum habitant cum familia, si inuicem sibi honores præstant, & durat eadem affectio, & reuerentia, & eadem alimentorum præstatio, vt aduertit in Commentar. eiusdem pragmaticæ Scaglion. nu. 47. sed propriè seorsum filius dicitur à parentibus stare; adhoc vt excludatur à Macedoniani beneficio, quando separatur à patre non solum quoad habitationem cum vxore, & familia, sed etiam cum bonis, vt optimo iure fundauit notando in quadam facti contingentia adolescens magnæ spei
23 D. Ioannes Maria Nouarius, nam viuere seorsum non respicit simpliciter habitationem, sed bona, & separationem bonorum, & reddituum, vt plenè probat Caracit. in eadem pragmatica §. 13. num. 1. cum sequen. Hinc etiam vulgariter dicitur, quod qualis pater talis filius esse præsumitur, vt plenè refert Grammat. in cons. crim. 31. num. 4. & sequen. ad quod propositum plura notatu digna allegant Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 23. num. 3. & Menoch. de præsumptio.
24 lib. 6. præsumpt. 58. per tot. & ideo in dubio benè iudicandum est de eo, qui natus est ex bonis parentibus l. quod si nolit §. quia mancipia cum ibi not. per glos. & Doct. ff. de ædilit. edict. vt in specie notant Ioan. de Amic. in cons. 86. num. 13. & in cons. 134. num. 10. post Lucam de Penn. in l. quemadmodum in præsump. 167.
25 Cod. de agric. & censit. lib. 11. & è contra malè suspicandum est de eo qui ex malo genere originem trahit, vt considerant Cæphal. in cons. 140. num. 30. lib. 1. Alciat. de præsumptionib. regu. 24. Cyrill. in summ. crimin. rubr. 29. de quæst. §. 4 num. 1. & sequen. & Iacob. Simanc. in tract. de hæret. cap. 50. num. 10. vnde si pater est meus inimicus, talis quoque eius filius esse præsumitur, vt animaduertit Iacob. de Leonard. inter consilia feudalia Brun. in cons. 114. num. 76. & sequent. eidem quoque rationi adscribi potest not. decisio tex. in l. si cum filiofamilias §. 1. ff. de compensat. qua lege cautum est, quod filius potest aduersus suum creditorem opponere compensationem pro ea quantitate, quam eius pater

pater ab eodem creditore consequi debet, præstita tamen cautione, quod pater sit ratum habiturus, sed hoc intelligendum est in casu quo compensationis exceptio admitti non prohibeatur, iuxta plenè notata per Bursat. in consil. 106. per tot. lib. 1. & Escobar in tracta. de ratiocin. cap. 36. Hinc etiam infertur, quod sicut ex dispositione Constitut. Regni quamplurimum,
26 inter cæteros casus in quibus vassalli tenentur Baroni præstare adiutorium, est quandò ipse Baro dum in seruitio Regis existeret fuit ab hostibus captus, & agitur de redimeda eius persona, iuxta plenè notata per Frezz. de subfeud. lib. 2. in 2. author. Baron. num. 8. pari etiam ratio-
27 ne huiusmodi adiutorium præstandum est pro redimendo filio Baronis ab hostibus capto, vt affirmat Boer. in decisio. 126. nu. 13. eademque ratione subuentio quæ Baroni debetur pro do-
28 ctorando filio, iuxta notata per Ioan. Vincent.
29 de Anna in singul. 14. & pro maritanda, vel monacanda filia, iuxta notata per Vincen. de Franch. in decis. 42. debetur etiam auo pro maritandis nepotibus, si ob patris inopiam auus eas nuptui tradit ex necessitate sui officij, vt plenè probat idem de Franch. in decisio. 215. per totam, & huc quoque pertinet dictum notabile Barto. in l. 2. §. legatis num. 4. ff. de indit. dicen-
30 tis, quod sicut Scolares habent priuilegium, quod capi non possunt pro represalijs, vt in Authen. habita C. ne filius pro patre, ita etiam
31 eodem priuilegio gaudere debet pater dum it ad videndum filium in studio, imò quod ibi conueniri non possit ex contractibus alibi gestis, affirmat Rebuff. de priuilegijs Scolarium priuil. 77. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter socius criminis de consociis interrogari non potest, & quare nu. 2. Sed limita vt nu. 3. 4. 6. 7. 8. & 9.*
5 *Non minus delinquunt receptatores, quam aggressores.*

In causa fidei, qualem probationem faciant socij criminis.

DECIS. CCXCI.

1 Communi traditione receptum est regulariter, socium criminis de consocijs interrogari non posse, quia veteris iuris authoritas, atque vtriusque iuris statuta non sinunt de se confessos interrogari debere; Et ideò lex dicit, nemini licere de prædicto crimine confitentem super conscientia aliena scrutari, probantur hæc in l. fin. in finali b. verb. C. de accusationibus, & in cap. 1. de confess. cum quibus concordat text. in cap. nemini 15. quæst. 3. ibi. Nemini de se confesso, super alienum crimen credi oportet; concordat etiam text. in l. quoniam liberi C. de testibus, ibi, Si socij, & participes criminis non dicantur, & text. in l. repeti §. 1. ff. de quæstionibus ibi, Is qui de se confessus est in caput aliorum non torquebitur, & text. in l. is qui, in princip. ff. de publ. iud. & denique text. in l. sicuti C. eodem titu. quam quidem regulam statuunt glos. in dicta l. final. in verbo sinat, Cod. de accusationibus, & glos. in d. cap. 1. in verbo confessi de confess. Campeg. in tracta. de testibus regu. 88. Paris. in consil. 151. num. 8. lib. 4. & clariùs Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centu-
2 ria 5. in casu 475. num. 18. qui hanc allegat rationem, Nam delinquens confitendo delictum, se infamem etiam declarat, vt respon. Anchar. in consil. 189. Infamis autem non facit fidem, cap. in primis 2. quæst. 1. & in specie tradunt Alexan. in cons. 11. num. 4. volum. 1. Barto. in l. 1. §. idem Cornelio per illum tex. ff. de quæstio. Ergo sequitur, socium criminis non esse tamquam infamem de consocijs interrogandum, vt habetur per Peguer. in decis. 5. & per Viuium in decis. 216.
3 Tamen in crimine hæresis admittuntur, vt patet in cap. literas, & ibi glos. in verbo de fratre, extra de præsumpt. in fidei enim fauorem fit, vt in negotio Inquisitionis hæreticæ prauitatis excommunicati, & participes, vel socij criminis ad testimonium admittantur, præsertim in defectum aliarum probationum, contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum, vt expresse habetur in cap. in fidei fauorem de hæreticis in 6. tenet Bald. in consil. 95. colum. 1. lib. 1. Boer. in decis. 319. num. 2. & Grammat. in consil. 35. num. 25. licet non ad plenam probationem faciendam, vel pœnam delicti ordinariam ponendam, sed ad præsumptionem, vel aliquam probationem faciendam ad torturam, vel pœnam extraordinariam imponendam, quod satis colligitur ex tenore text. in dicto cap. in fidei fauorem, ibi ex numero testium & personarum qualitate, & alijs circumstantijs, & ex verbis text. in dicto §. licet vero, ibi, si ex manifestis indicijs apparuerit tales, & vltra iuris Interpretes, & in prædictis iuribus, ita prædicta iura interpretatur Abb. in cap. per tuas num. 4. de simonia; & in cap. 1. num. 7. de confessis. Felin. in cap. testimonium num. 22. de testibus, Iason in l. 4. §. si tibi ob indicium num. 4. ff. de cond. ob turpem causam, Alexan. consil. 313. volum. 7. Boss. in pract. crimin. in titu. de hæretic. num. 3. & habetur in Directorio Inquisit. cap. 66. & cap. 68. part. 3. & sic conclusum fuit in Curia Archiepiscopali, nisi simul cum prædictis testibus alias minus idoneis sint aliquæ verisimiles coniecturæ, & aliæ circumstantiæ, vel adminicula, quo casu pœna ordinaria delicti hæretico iniungenda est, quod aliter est in alijs criminibus, iuxta glos. singul. in l. si filium C. de libe. caus. & Iason in dicto §. si tibi ob inditium num. 4. & sic cautus Iudex circa præsumptiones, & coniecturas; nam sæpe coniecturæ sunt fallaces, vt dicit Bald. in l. precibus colum. 7. C. de impub. & alijs substit. Iaf. in l. licet Imperator colum. 3. ff. de legat. 1. nam præsumptio est alicuius facti dubia probatio, vt declarant Abb. & Doctor. in rubric. de præsumpt.

sumpt. & indicium est coniectura quædam ex probabilibus, & non necessarijs adminiculis orta, ita inquit Bald. in l. ea quidem colum. 2. C. de accusat. & in l. non hoc C. vnde leg. Dec. in cap. tertio loco num. 41. de probation. optimè Blanc. in rep. l. fin. num. 34. ff. de quæstio. meritò igitur deciditur in dict. cap. in fidei fauorem ibi, ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum qualitate, & alijs circumstantijs delictum hæresis probatur, ideò probationis materia in arbitrio Iudicis principaliter consistit, & eius iudicio relinquitur, cap. fin. de testibus, Castrens. in l. admonendi propè finem, vbi latissimè Iuniores ff. de iureiur. Franc. de Curte Iunior consil. 52. num. 8. Boerius decis. 101. num. 8. & difficillimum esse arbitror, in materia probationis certam constituere regulam, quia iura secundum diuersas negotiorum qualitates diuersas formas, ac varios probandi modos statuerunt, & induxerunt, vt inquit Federic. de Senis in consil. 119. incip. nulli dubium est, quem refert Felin. in cap. veniens il 2. num. 25. de testibus. Et quod ille text. in cap. in fidei fauorem procedit dumtaxat ad faciendum indicia, & præsumptionem, quo casu testes inhabiles admittuntur, non autem ad aliquem conuincendum de crimine hæresis, voluit Triuis. in decisio. 28. parte 2. allegat text. ex DD. in cap. filij de hæretic. in 6. latiusque notat hoc Lupus in cap. per vestras de donationibus inter virum, & vxorem in fin. in illa sua allegatio. hæreticali §. 13. versic. ad hoc respondetur folio 441. & teste Peguer. in dict. decisio. 5. numer. 13. socius criminis potest interrogari de consocijs in cri-
4 mine hæresis, vt etiam dicimus in crimine latrocinij, in quo etiam criminis socius potest de consocijs interrogari, vt expresse attestatur Marsianus in l. Diuus Adrianus ff. de cust. & exhibitio. reor. vbi refert, quod dùm Princeps in Prouincia Asiæ præerat, sub edictio proposuit, vt Monarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs, & receptatoribus. & interrogationes literis inclusas, atque obsignatas ad cognitionem Magistratus mittant, ex quo text. constat, socium in crimine hoc de consocijs interrogari posse, concordat text. in l. Prouinciarum Cod. de ferijs, vbi permittitur, quod per latronum tormenta loqueretur de productione factorum suorum, cum per hoc multorum salus conseruetur, & ratio cur contra receptatores, atquè latronum fautores socij interrogandi sunt ea est, quia sine eis latro diutius latere non potest, probat text. in l. 1. ff. de receptatoribus, vbi Martianus inquit, pessimum genus est receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest, & præcipitur, vt perinde puniantur atque latrones, concordat Vlp. in l. congruum ff. de officio præsid. vbi cum quæritur quonam pacto bonus, ac grauis Præses curare debet vt peccatum, atque qui etiam prouinciam habeant, respondetur hoc ei non esse difficile, si sollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eosque conquirat, nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit in eum animaduertere, receptatoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest, non
5 enim minus receptatores delinquunt, quam aggressores, vt probatur in l. 3. §. non tantum ff. de incend. ruin. naufrag. ibi, non tantum qui rapuit, verum etiam is qui recepit ex causis suprascriptis tenetur, quia receptatores non minus delinquunt, quam aggressores, quod probatur in l. 1. C. de his qui latro. & alijs crimini. reos occultant, statuentes, eadem pœna receptatores puniendos esse, qua rei principales, ac proindè basis, ac fundamentum præcipua, quæ causa sint, quod latrones diu maneant per prouinciã, in eaquè conseruentur, disrobando, ac in stratis publicis grassando, pacemque, & quietem totius prouinciæ perturbando pro bono publico, conueniens est, vt socij in hoc latrocinij crimine de fautoribus, & receptatoribus, tanquam scelerum socijs, & participibus interrogentur, vt ab huiusmodi animalibus omnino prouincia munda fit, & pariter in crimine maleficij dicimus, quod adeò atrox existimatur, vt cuicumq; permittatur, quod possit de hoc crimine impunitum capere, & Iudici præsentare, vt in l. fin. C. de maleficis, & mathemat. qua etiam lege statuitur, quod si quisquam ex agitatoribus, idest auguris, seu ex quolibet alio genere hominum contra dictam legem venire tentauerit, aut clandestinis supplicijs, etiam manifestum reum maleficæ artis oppresserit vltimum supplicium non euadat, geminæ suspitionis obnoxius, quod aut publicum reum ne facinoris socios publicaret, seu veritati legum, & debitæ subtraxit quæstioni, aut proprium fortassis etiam inimicum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociore compresserit, ex qua igitur lege patet in tanto crimine socium de consocijs esse inter-
6 rogandum, & idem est in crimine læsæ Maiestatis, in quo socij interrogari possunt de consocijs, ita in cap. 5. de confess. ibi, & crimine læsæ Maiestatis excepto, concordat text. in cap. nemini, & ibi glos. in verbis læsæ Maiestatis 15. quæst. 3. ibi nemini præterquam de crimine læsæ Maiestatis de se confesso super alienum crimen credi oportet, & facit text. in l. penultima, & fin. Cod. ad leg. Iuliam maiest. & sic etiam dicimus in crimine conspirationis, & coniurationis contra
7 Principem, nam & in hoc casu socius, & particeps criminis admittitur contra socium, vt probatur in cap. fin. & ibi glos. in verbo iuramento in fine, de testibus cogend. in quibus locis probatur, socium criminis ad detegendam conspirationem illam manifestare, & denunciare, concordat tex. in cap. si quis cum militibus 6. quæst. 1. & in cap. si quis à Papa 79. distin. & sequuntur hanc opinionem Campeg. in tractat. de testibus regu. 86. Crot. in eodem tractat. de testibus in 4. parte, num. 12. Marsil. in consil. 109. num. 11. & Boer. in decis. 319. num. 2. &
8 pariter sic est in crimine falsæ monetæ, in cuius criminis ministerio plures sunt necessarij, prout ex natura delicti percipitur, & proinde pro bono publico socius huius criminis potest de consocijs interrogari, l. 1. C. de fals. monet. ibi facti cõsocijs per tormenta illicò prodituri, ita etiam

Salic.

Salic. in l. fin. Cod. de accusat. Grammat. decis. 28. num. 10. & consil. 35. in fine, Boer. alios re-
9 censens in decis. 319. num. 2. & idem est in crimine assassinij, in quo socius criminis potest interrogari de consocijs ipsius criminis, propter delicti immanitatem, Barto. in l. non ideo minus C. de accusat.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegii crimen dicitur maius furto.*
2 *Poena sacrilegii de iure ciuili est poena capitis, & de iure cano ico est poena excommunicationis, nu. 3. sed vide nu. 5. & 6.*
4 *Vbi Iudex secularis, & Ecclesiasticus possunt concurrere respectu diuersarum poenarum, vnus non debet alium impedire.*
5 *Laicus in Ecclesia delinquens est de foro Ecclesiæ.*

Sacrilegij pœna, quænam sit.

DECIS. CCXCII.

INquiritur quidam N. Sacerdos huius Regni de furto, seu sacrilegio quorundam rerum argentearum suæ Ecclesiæ, & hic Neapoli venditarum; quare fuit dubitatum de pœna, &
1 dicebatur, sacrilegij crimen maius esse furto, vt in l. sacrilegij, & in l. aut facta §. locus ff. de pœnis, sequuntur Boer. in decisio. 254. num. 8. Bofs. in titu. de sacrileg. num. 4. Iodoc. in pract.
2 criminal. capit. 111. num. 8. vnde pœna de iure ciuili in hoc crimine est capitis, l. aut facta §. locus ff. de pœnis, sequitur Bartol. in l. sacrilegij pœnam ff. ad legem Iuliam pecul. voluit Boer. in dicta decisio. 254. & post eum Marta alios referens de iurisdictione capit. 11. parte secunda,
3 num. 21. vbi ait, de iure canonico esse pœnam excommunicationis, cap. attendendum est 17. quæstio. 4. & ibi Archidiacon. capit. si quis antiquitus eadem causa, & quæstio. & probat text. in capit. cum quæst. de sentent. excommunicat, & capit. conquestus de foro competenti, licet in capit. quisquis 24. quæstio. tertia, imponatur etiam pœna publicationis bonorum, & pœnitentiæ in tota eius vita, sed per Constitutiones Pontificum, quæ leguntur in Cœna Domini, in quocumq; casu inuasionis personarum, rerum, & locorum sacrorum, ipso iure sunt excommunicati, vnde infert ipse Marta in dicta parte 2. cap. 11. num. 22. quod cum Iudex sæcularis, & Ecclesiasticus possint concurrere respectu di-
4 uersarum personarum, vnus non debet alium impedire, l. placet Cod. de Sacrosanct. Eccles. & ibi Bald. quæ est canonizata in cap. placet 16. quæst. 1. vnde si agatur ad pœnam corporalem, Iudex sæcularis debet cognoscere, dict. l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & cleric. Hostiens. & Abb. in cap. cum sit generale, de foro competen. sed si ad pœnam excommunicationis declarandæ, vel publicandæ, solus Ecclesiasticus faciet etiam in sæcularem sacrilegum, Alexand. in consi. 111. colum. 1. volum. 4. quia ratione delicti, quod fit in Ecclesia, potest delinquens puniri per Iudicem Ecclesiasticum, & per Iudi-
5 cem sæcularem, vnde laicus in Ecclesia delinquens est de foro Ecclesiæ, Oldrad. in consi. 86. quæritur, si vero ad pœnam pecuniariam, aut subtractæ rei restitutionem, vterque Iudex poterit procedere, cap. fœlicis in princ. de pœn. lib. 6. & dicto cap. cum sit generale, & dict. cap. conquestus, Lap. allegat. 30. incip. consilium fuit colum. 3. Insuper allegabatur Peguer. in decisio. 14. qui num. 16. probat, pœnam sacrilegi suffurantis rem sacram è loco sacro, esse mortis naturalis, & num. 25. probat, sacrilegos surripientes rem sacram è loco non sacro, extra ordinem esse puniendos, & numer. 26. dicit, sacrilegos surripientes rem non sacram de loco sacro, de iure ciuili vt fures esse puniendos.
6 Tamen quidquid sit ex supradictis in isto casu occurrenti fuit per Curiam Archiepiscop. prouisum, vt talis Sacerdos ob illarum rerum surreptionem, per quinquennium ad remigandum asportaretur, & sic fuit executum.

SVMMARIVM.

1 *Expendens falsam monetam, de iure communi falsi poena punitur.*
2 *In Regno tamen est poena mortis.*
3 *Expendens falsam monetam scienter, fuit in Curia Archiepisc. per quinquennium ad remigandum condemnatus.*

Expendens falsam monetam scienter, qualiter puniatur.

DECIS. CCXCIII.

1 REgula est, quod expendens falsam monetam de iure communi falsi pœna punitur, l. lege Cornelia §. eadem lege ff. ad legem Corneliam de fals. cuius verba sunt, eadem lege exprimitur, ne quis nummos stanneos, plumbeos emere, vendere dolo malo velit, Alexan. de Neuo in capit. quanto num. 20. in fin. versic. aut expendit scienter de iureiurando, Vitalin. de pœn. fals. monet. num. 4. vbi dixit, quod licet pœna falsi sit pœna deportationis, cum publicatione bonorum, hodie tamen bona non publicantur, & propterea in expendente erit sola pœna deportationis, cuius loco hodie successit bannum perpetuum, Monticel. Regul. crimin.
2 15. num. 58. licet per Constitutionem Regni adulterinam, pœna mortis fuerit sancita, tam contra falsam cudentem monetam, quam eam expendentem, vnde refert decisum de Franch. in decisio. 401. quod currente mala fama inquisiti in hoc casu, scilicet, expendentem falsam monetam fuisse ad mortem naturalem

ralem condemnatum; sequuntur Baiard. ad Clarum in §. falsum nu. 331. Caball. in resolut. crimin. casu 199. num. 10. & extat decisio notabilis Laurent. Rotæ Auenion. 114. In Curia tamen Archiepiscopali, cum dubitaretur de pœna infligenda contra quendam clericum, in cuius posse reperta fuit non modica quantitas pecuniæ falsæ, cuius quantitatem notabilem expenderat, fuit conclusum, talem esse condemnandum ad triremes per spatium quinque annorũ, & sic exequutum.

SVMMARIVM.

1 *Nulla obligatio, seu renunciatio, etiam cum iuramento, vel in fauorem piæ causæ valet, nisi cum licentia Episcopi, vel Vicarii intra duos menses proximos ante professionem fuerit facta.*
2 *Actus, cuius contemplatione fuerit factus est inspiciendum.*
3 *Vsusfructus acquiritur patri, si sit relictus filio eius contemplatione, sic etiam legatum Ciuibus factum contemplatione Ciuitatis, nam Ciuitati acquiritur num. 4. Idem de donatione facta Ecclesiæ contemplatione Episcopi num. 5. & de donatione facta Ambasciatori contemplatione Principis mittentis num. 6. & de donatione facta Ecclesiæ contemplatione Canonicorum num. 7.*
7 *Donatio à sua causa regulatur.*
9 *Quelibet dispositio sumit vires à sua causa.*
10 *Dispositio Concil. Tridentin. de Regul. sessio. 25. cap. 16. non comprehendit illum, qui ingressus est Monasterium, non suscepto habitu, & donauit, non adhibitis solemnitatibus dicti Concilii.*

Dispositio Concilij Tridentini de Regularibus sessio. 25. in princip. cap. 16. an comprehendat illum, qui ingressus Monasterium non suscepto habitu donauit, non adhibitis solemnitatibus dicti Concilij.

DECIS. CCXCIV.

QVoad donationem, vt prætendebatur factam per quandam nobilem mulierem ad fauorem cuiusdam Venerabilis Monasterij huius fidelissimę Ciuitatis Neapolis dubitabatur de illius validitate, ex quo non apparebat in ea esse seruatam formam Sacri Concil. Tridentin. sessio. 25. de Regul. cap. 16. vbi disponitur, quòd nulla obligatio, seu renunciatio
1 etiam cum iuramento, vel in fauorem piæ causæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, vel Vicarij intra duos menses proximos ante professionem fuerit facta, & non alias intelligatur secuta professione. In quo articulo videbatur primò dicendum esse comprehensam præfatam donationem sub dispositione, & verbis dicti decreti, vt scilicet dispositio cap. 16. comprehendat qui post ingressum Religionis, etiam habitu non suscepto donauerat eidem Religioni, non adhibitis solemnitatibus dicti capituli, ex quo donatio prædicta fuerit facta expressè contemplatione ingressus, & sub illius conditione, vt in proprijs terminis voluerunt Menoch. de arbitr. iudic. casu 145. Rubeus consil. 17. num. 3. &
2 sequen. Anna consil. 45. & proinde est inspiciendus actus qua contemplatione fuerit factus, vt notabiliter dixit Bald. in l. si pater §. si duos nu. 3. ff. de adopt. & idem Bald. in consi. 22. volum. 1. & ad hoc facit text. in l. fin. Cod. de vsufr. vbi
3 vsusfructus acquiritur patri si sit relictus filio eius contemplatione, prout dicimus de legato
4 Ciuibus facto, quod acquiratur Ciuitati, si eius contemplatione fuerit relictum, l. ciuibus ff. de rebus dub. & text. in l. Ciuitati ff. de legatis 2. si-
5 cut à simili scribunt de relicto facto Ecclesiæ contemplatione Episcopi, vt notatur in cap. requisisti de testament. & de donatione facta
6 Ambasciatori contemplatione Principis mittentis, Bar. in l. filiusfamil. ff. de donat. similiter
7 de legato facto Ecclesiæ contemplatione Canonicorum, scribit Facchineus controuers. Iur.
8 cap. 71. & ad idem dicebatur, prædictam donationem regulandam esse à sua causa l. alienatio
9 ff. de contrahen. empt. cum qualibet dispositio sumat vires ab ipsa, Bald. in l. 1. ff. de donation. Rota diuersorum in decisio. 624. parte prima loquens de renunciatione, quæ etiam regulanda venit à sua causa, vnde cum causa dictæ donationis fuerit ingressus, consequenter ipsius contemplatione censeri debet facta, & proinde in ea seruari debebant termini Concilij, ex quo origo, & causa, vt dixi, semper attendenda sunt, l. 2. ff. de priuileg. creditorum, imò ex mente dicti decreti, ex quo declaratur dispositio l. cum pater §. dulcissimis ff. de legat. secundo, non videtur adesse aliquam rationem discriminis in donationibus factis ante susceptum habitum, & post ingressum, vnde diuersum ius non esset statuendum, & ita videtur in specie concludere Fusc. de visitatio. & regim. Eccles. lib. 2. cap. 18. num. 37. & magis in specie hoc videtur sentire Nauarr. consil. 81. num. 1. de regul. lib. 3. part. 1. vbi dicit, quod donatio facta ab ingressura Monasterium, & si potest defendi, quod non comprehendatur sub verbis Concilij in d. capit. 15. & 16. sessio. 25. de regular. tamen videtur comprehendi sub eorum mente: Immò plus voluit Guttierez in cap. quamuis de pact. in 6. in verbo, dum nuptui tradebatur num. 5. quod ingressurus Religionem, si aliquibus diebus ante ingressum faciat donationem, etiam non facta mentione futuri ingressus, debeat seruare formam dicti Concilij, & ita consulit esse faciendum, & in proprijs ferè terminis facit quod notabiliter consuluit Menoch. in cons. 388. vol. 4. vbi in specie, Decretum Concilij locum habere in puella, quæ Religionem est ingressa, & habitum non suscepit.
10 Verum quidquid sit ex supradictis, hodie aliter est firmiter concludendum, nec aliter est visio eis facienda, stante contraria declaratio-

X ne

ne Sacræ Congregationis Concilij, vt apparet ex copia dictæ declarationis in actis exhibita, cuius tenor est talis: An dispositio cap. 16. de regul.sessio.25.in princ.comprehendat illum etiam, qui habuit animum ingrediendi Religionem, & adhuc in sæculo existit, sed tamen acceptatus, licet habitum non susceperit, donauit bona sua matri, nõ adhibitis solemnitatibus hoc capitulo requisitis: Cõgregatio censuit, non habere locum in renunciatione facta ante susceptionem habitus.

Et licet aliqui ex Dominis dicebant, hanc declarationem non posse ad supradictum casum applicari, ex quo in eius finalibus verbis repeririebatur repugnantia, ibi hoc decretum non habet locum in donationibus, aut renunciationibus factis ante ingressum, hoc est, ante susceptionem habitus, sed si donauerit in ipso ingressu non valet donatio, & sic dicebant Domini, ista verba finalia esse contraria primis, & consequenter donatio facta à dicta D. Maria esse inualidam, ex quo donauerat post ingressum, non adhibitis solemnitatibus Concilij, tamen fuit responsum, verbum illud declarationis, scilicet (hoc est ante susceptum habitum) extendi etiam ad verba finalia, ibi, in ipso ingressu, idest in ipsa susceptione habitus, alias frustra esset adiectum illud verbum, (ante ingressum, hoc est ante susceptionem habitus,) & iuxta hanc interpretationem intellexerunt Lessius lib.2.cap.4.num.40.de iustit.& iure, vt scilicet hoc decretum non habeat locum ante ingressum, idest ante susceptionem habitus, Quarant.in summa Bullarij, verbo monasteriũ, Gratian.decis.57.num.2. Valascus in tracta. de partitionibus cap.16.nu. 22.cum sequen.Benedict.Ægid.in repetit.l.1.parte 4.§. 2. num. 22. C.de sacrosanct.Eccles.congerit Barbosa in sua Collectanea super dict.cap.16.sessio.25.de reg. ad Concil.Tridentin. sed pendet adhuc decisio causæ prædictæ.

SVMMARIVM.

1 *Moniales testes inductæ probant pro suo Monasterio.*

2 *Monaci testimonium ferre possunt pro suo Monasterio, quod amplia vt nu.3.4.5.6.& 8.*

7 *Testes de aliquo Collegio non repelluntur à testificando pro suo Collegio.*

9 *Clerici possunt testificari in fauorem suæ Ecclesiæ.*

10 *Canonici possunt probare in fauorem sui Capituli, quod amplia vt num. 11. & limita vt num.12.*

13 *Testis de Vniuersitate admittitur ad testificandum.*

14 *Secus tamen est in iis, quæ singulorum commodum, & vtilitatem respiciunt.*

15 *Quando causa dicatur respicere, vel non respicere singulorum vtilitatem. Remissiuè.*

Moniales in testes inductæ, an probent in fauorem Monasterij sui.

DECIS. CCXCV.

PRo absoluto fuit habitum in Curia Archiepiscopali, in causa cuiusdam probationis donationis factæ Venerabili Monasterio Sancti
1 Andreæ huius Ciuitatis Neapol.quod Moniales testes inductæ probent in fauorem sui Monasterij, vt sequitur in proprijs terminis Mandell.
2 consil.10.num.25.& Monachos pro suo Monasterio reputari testes idoneos, scripserunt post alios Afflict. in decisio.400. num.2. latè Mascard. de probationib. conclus.5. num.11.&
3 sequent. & magis generaliter in omnibus Fratribus Conuentualibus, & Regularibus, quod pariter pro suo Monasterio possint testimonium ferre, loquitur generaliter textus in cap. insuper, vbi hoc notant Doctores, & præcipuè Abb. num.2.& Dec. post num.2.versic. & hoc conceditur, extra de testibus, sequuntur Bald.in capit. tertio loco num.3.in fine, & num.4. vbi etiam Ancharan.num.3.extra de probatio. Campeg. de testibus Regul. 93. Alb. de Maletis de testibus capit.5.num.27.qui num.28. iuncto nume.
4 29.dicit idem in Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, quos etiam pro eorum Monasterijs testimonium dicere posse scripserunt post alios quos allegant Curt.in tract.de testibus conclus. 4.num.15.Mascard. de probationib. conclus. 5. post num.12. & insuper eosdem Fratres Prædicatores posse adhiberi in testes in testamento, in quo eorum Monasterio aliquid relinqui-
5 tur, tradunt Dec.in cap.insuper num.21. extra
6 de testibus, vbi etiam idem de Fratribus Sancti Augustini, Felin.in cap.tertio loco num. 3. & ibi etiam Bald.num. 4. extra de probation. &
7 idem dicimus in testibus de aliquo Collegio, qui non repelluntur à testificando pro suo Collegio, & Congregatione, Aufrer.de reprob.test. num.92.Salicet.in l. parentes num.7.Cod. de testibus, glos. in l. in tantum §. vniuersitatis in verbo rescripserint, & ibidem Bartol. ante num. 1. Alberic. num. 3.& sequent. vbi benè comprobat, & respondet contrarijs ff.de rerum diuis. Mascard. de probationib. alios referens conclus. 318. num. 1. & multò magis procedit in illis de Vniuersitate, qui sunt Religiosi, & Sacerdotes, illi enim eò magis præsumuntur veritatem dicere, & ideò etiam magis ad testificandum admittuntur pro sua Vniuersitate, per ea quæ de Vniuersitate Ecclesiastica loquitur text.in cap.insuper extra de testibus, & ibi scribunt præcipuè Felin.num.1. & Butr. in primo notab.& sequitur Viuius in libro commun. opinio.in verbo testes de Collegio versic. interpretatur quoque, vbi testatur de communi, & in specie de Religiosis sequuti sunt Dec.in dict. cap.tertio loco num.20. extra de probation. Vrsill.ad Afflictum in decisio. 400. colum. 2. versic.& est opinionis, Crauett. de antiquit. tempor.par.1.sectione, quid in libris officialis post num.7.

num.7.& secundum Abb. in d. cap. insuper extra de testibus num. 2. idem est in Conuersis, quos etiam pro eorum Ecclesia posse testificari tradiderunt Nell. de testibus num. 22. Hieron. de Monte de fin. regend. quæst. 57. num. 1. Campeg. de testibus regul. 95. vt etiam dicimus in
9 Clericis, quos ad fauorem suæ Ecclesiæ ad testificandum admitti probat textus in d. cap. insuper, & ibi glos. post figurationem casus, versic. nota, quod clerici in verbo Ecclesiæ, vbi adducit alia iura, & ibi etiam Abb. in summario in primo notab. & num. 2. vbi, quod iura canonica ita communiter disponunt, Lanfranc. de testibus num. 64. versic. vnum tamen aduerte, Mascard. alios cumulans de probatio. conclus. 306.
10 num. 4. & sic pariter est in Canonicis, quos pariter in testes induci posse ad fauorem sui Capituli probat text. in cap. super prudentia, vt ibi per glos. in figuratione casus 14. quæst. 2. & in cap. cum Canonicus, & ibi etiam glos. extra de officio delegati, iunctis alijs allegatis per Alber. in l. tantum § vniuersitatis num. 3. ff. de rerum diuisione, sequuntur Boich. in dict. cap. insuper num. 3. extra de testibus, Ægid. in tract. de testibus num. 3. Aufrer. de reprobatio. test. num. 14. qui num. 13. ampliat, vt non solum Canonicus
11 possit esse testis in causa sui Capituli, sed etiam in causa Concanonici, quod & pariter scripserũt Alber. de test. cap. 4. nu. 76. vbi tamen hoc declarat, non procedere, quando Canonici insimul habitarent, Crot. de testibus num. 168. Mascar. de probationib. concl. 261. num. 7. Campeg. de testibus Regul. 99. Fallent. 8. licet hoc non pro-
12 cedat in causa præbendæ ipsius Canonici, in qua cum agatur de proprio, & singulari commodo eiusdem Canonici, per hoc, illum non esse idoneum tradiderunt Abb. in cap. insuper num. 7. & ibi Felin. num. 6. extra de testibus, Mascar. alios referens in conclus. 3. post nu. 17. & concl. 1357. num. 29.

Non obstat decisio Triuis. 35. lib. 1. vbi in vna Venetiarum, in qua certi Regulares intendendo velle probare certam suam actionem induxerunt in testes nonnullos ex ipsismet Regularibus, qui iurati, & examinati deposuerunt, & concludenter probarunt intentionem, & actionem sui Monasterij, refert decisum, tales Regulares in testes inductos non probare in fauorem sui Monasterij, quia negotium de quo agebatur poterat per alios probari, & concernebat vtilitatem singulorum, licet enim testis de Vniuersi-
13 tate admittatur ad testificandum pro sua Vniuersitate, Bald. in cap. insuper num. 3. & ibi Felin. num. 1. vbi affert duas rationes extra de testibus, Ias. in l. distantibus num. 4. C. de test. Soccin. in regul. 408. vbi testatur de communi, tamen est secus in ijs, quæ singulorum commo-
14 dum, & vtilitatem respiciunt, in quibus eosdem singulos de Vniuersitate ad testificandum non admitti, in specie voluerunt post alios Couarru. pract. quæstio. cap. 18. num. 4. vbi quod ita omnium consensu diffinitum est, Capyc. decis. 157. num. 4. & sequen. Benitend. in decis. 70. num. 7. Cacheran. decis. 99. num. 39. & est communis Doctorum opinio relata per Mascardum de probationib. conclus. 1414. num. 10. quam recentissimam Doctorum sententiam sequuta est Rot. Rom. coram Cæsare de Grassis, vt patet in decis. eiusdem 85. nu. 2.

15 Quando autem causa dicatur respicere, vel nõ respicere singulorum vtilitatem, vide generaliter textum in l. Ciuitatibus in princ. ff. de legat. 1. Felin. & Doctores in cap. eam te, extra de rescript. & Farinac. post alios de testib. quæst. 60. nu. 499. & sequen. vbi varias collationes ad propositum firmat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in dubio non præsumitur, imò magis præsumitur actus inualidus, quam donatio num. 2.*
3 *Donare est perdere.*
3 *Nemo præsumitur iactare suum.*
5 *Ex sola traditione rei, ius in illa acquiritur Ecclesiæ.*
6 *Ex signis probatur dominium.*
7 *Quando quis verificat suum signum in Animalibus habet præsumptionem pro se, quod sua videantur.*
8 *Veritas cognoscendi Animalia cuius sint, cognoscitur ex signis, & merco illis impositis.*
9 *Ex signis appositis in Ballis cognoscuntur Balla cuius mercatoris sint.*
10 *Scriptura cum signo Titij præsumitur ipsius Titij.*
11 *Talis quis præsumitur, qualis in habitu reperitur.*
12 *Rapiens virginem incedentem in habitu meretricali, de raptu non punitur; item Clericus incedens in habitu laicali præsumitur laicus num. 13.*
14 *Donatio non præsumitur ex insignibus Donatarij appositis in re donata à Donatore.*

Donatio, an præsumatur ex insignibus Donatarij appositis à Donatore in re donata.

DECIS. CCXCVI.

1 DOnationem in dubio non præsumi annuit textus in l. cum de indebito ff. de probat. cum alijs adductis ab Alexan. consi. 114. num. 4.
2 lib. 3. Mantic. in decisio. 259. num. 5. Dec. consil. 577. num. 1. imò magis præsumitur actus inualidus, quam donatio, Aretin. in l. à Titio num. 3. de verbor. oblig. Natta qui alios refert in consi.
3 103. num. 5. cum donans dicatur perdere, glos. in cap. 1. de donatio. & nemo præsumitur regu-
4 lariter iactare suum; l. campanus ff. de oper. libert. quare cum fuissent tradita quædam Candelabra Argentea cuidam Monasterio huius Ciuitatis Neapol. cum insignibus, & stigmatibus eiusdem Monasterij, & allegaretur postea per Tradentem, illa non animo donandi tradidisse, sed depositandi introducta causa in nostra

Curia, fuit dubitatum, si ex prædictis insignibus appositis in dictis Candelabris, stante quod per Monasterium agebatur illa fuisse donata, argueretur donatio, & prima facie videbatur dicendum presumendam esse donationem, ex quo nedum ex conditione illius, cui donatur; quæ est
5 Ecclesia, in quam ex sola oblatione acquiritur ius l. vt inter diuinum C. de sacrosan. Eccles. cap. sunt qui opes 17. quæstio. 4. & latissimè habetur per Doctores in l. in traditionibus, C. de pactis, verum etiam ex signis appositis, ex quibus censetur, quod voluerit donans statim, & perpetuò fieri eadem Candelabra ipsius Monasterij, cui fuerunt tradita, tamquam illi perpetuò dicata, argum. l. ex stigmate C. de fabricens. lib. 10. vbi latè Lucas de Penna cum alijs, quos recenset Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 63. &
6 Anna in alleg. 110. vbi ait, ex signis probari dominium, adeò quod Actor debeat obtinere, ex quo habet intentionem fundatam l. 3. C. de fabricens. lib. 10. vbi ex signo apposito Fabricensibus cognoscitur Fabricensis, & per illum text.
7 Bartol. ibi dicit, quod quando quis verificat suum signum in Animalibus habet præsumptionem pro se, quod sua sint, vnde Paris de Puteo in tract. de sindicat. versic. probatio num.
8 2. voluit, quod veritas cognoscendi Animalia cuius sint, constat ex signis, & merco illis impositis, allegat glos. in l. 2. in versic. deferatur ff. de seru. fugit. & suadetur etiam ex textu in l. dos data Cod. de donat. ante nupt. & in cap. si iudex laicus §. & si notorium, versic. ex stigmate de sententia excommunicat. in 6. hinc Baldus notabiliter in d. Authen. dos data C. de donation. voluit, ex signis appositis in Ballis cognosci Ballas, cuius Mercatoris sint, sequitur Ias. in l. si mo-
9 la num. 12. ff. soluto matrimon. & in cons. 170. colum. 3. volum. 2. Afflict. decis. 23. num. 3. & secundum Cacheran. in decisio. 40. num. 1. & sequen. magna præsumptio colligitur ex appositione signi consueti, sequitur Cassan. in Consuetud. Burgund. rubrica 1. §. 8. hinc enim est,
10 quod scriptura cum signo Titij, ipsius Titij præsumitur, glos. in l. ita stipulatus §. Crisogonus in verbo assignata ff. de verborum obligat. cum alijs, quos latè probant Ripa in l. 1. num. 74. ff. si certum petatur, & Rota Genuæ in decis. 201. talis enim quis præsumitur, qualis in
11 habitu reperitur, l. item apud Labeonem §. si quis virgines ff. de iniur. Triuisan. in decisio. 33. sub num. 2. lib. 2. vbi ex hoc infert, quod ideo
12 rapiens virginem incedentem in habitu meretricali de raptu non punitur, in l. vnica C. de raptu virgin. Carrer. in practic. crimin. fol. 200.
13 hinc etiam euenit, quod Clericus præsumitur laicus incedens in habitu laicali, ideo si fuerit ab aliquo percussus ignoranter in tali habitu, percussor vtique non incurrit excommunicationis sententiam, de qua in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. teste glosa in cap. si vero de sententia excommunicat. in 6.

14 Cæterum in Curia Archiepiscopali, fuit conclusum contrarium, & sic quod ex appositis insignibus, & stigmatibus Monasterij, cui fuerant tradita Candelabra non sit præsumenda donatio, sed potius depositum, ex regula superius firmata, scilicet donationem in dubio non esse præsumendam, vt patet ex iuribus ante signatis.

SVMMARIVM.

1 *Retrouenditio dicitur alienatio, & propterea prohibita alienatione, intelligitur prohibita retrouenditio nu. 2.*
3 *Decisio articuli.*
4 *Pactum de retrouendendo dicitur alienatio, & ex eo transfertur dominium.*
5 *Verbum, alienare, comprehendit omnem speciem alienationis.*
6 *Feudum an possit alienari cum pacto de retrouendendo, inconsulto Rege.*
7 *Retrouenditio est simplex resolutio primi contractus.*
8 *Pactum de retrouendendo habet vim pignoris.*

Alienans bona Ecclesię absque sollemnitatibus, cum pacto tamen de retrouendendo, an incidat in censuras.

DECIS. CCXCVII.

1 CVm retrouenditio sit verè, & propriè alienatio, secundum Maceraten. resolut. 97. ita quod iura loquentia de alienatione procedant pariter in ea, Bald. cons. 91. volum. 1. ex
2 quo prohibita alienatione, includatur sub dicta prohibitione etiam retrouenditio, capit. nulli, vbi Panormitan. de rebus Ecclesiæ non alienandis, l. fin. vbi Bald. C. de rebus alienis non alien. latè Alciat. l. alienatum ff. de verborum signific. propterea in quadam facti contingentia fuit dictum, quendam Rectorem, qui quoddam pe-
3 tium terræ suæ Rectoriæ alienauerat, cum pacto de retrouendendo inconsulto Romano Pontifice, incidisse in censuras extrauagant. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis, per dictam enim alienationem fuit translatum dominium, argumento text. in l. quod vendidi ff. de contrahenda emptione, & proinde intrant termini dictæ extrauagant. in qua prohibetur transferri dominium rerum Ecclesiæ, Clemen. fin. eodem titu. facit ad hoc Bald. in Authen. hoc ius porre-
4 ctum C. de sacrosanct. Ecclesijs, vbi, cum venditio cum pacto de retrouendendo sit verè, & propriè alienatio, & ex ea transferatur dominium, & ius in re, congruum est, vt in ea seruetur iuris sollemnitas, sequitur idem Bald. in l. sancimus, C. de rebus alienis non alienandis, Rodoanus
5 quæst. 2. cap. 4. & in materia Ecclesiæ verbum, alieno, sumitur largissimè, ita vt comprehendat quamlibet alienationis speciem, Abb. in capit. nulli de rebus eccles. non alienan. post Mandell. cons. 21. num. 6. & sequen. Natta consil. 241. volum. 1. & eo fortius, cum, vt dixi, retrouenditio sit vera alienatio, Camerar. cap. Imperialem num. 191. de prohib. feud. alienat. vbi prohibi-
6 tio alienandi feuda, inconsulto Rege vendicat sibi

sibi locum etiam si fieret cum pacto de retrouendendo, vnde Cagnol. in repetit. l. 2. num. 82. C. de pactis inter emptorem, & vendit. quem sequitur Tiraquell. de retract. conuent. §. 6. nu. 19. pro alienatione emphyteusis, cum pacto de retrouendendo debetur laudemium, vt pariter decisum fuisse in Senatu refert Thesau. in decis. 75. & dato, quod non deberetur laudemium, nō propterea sequitur, quod non dicatur alienatio, Bero. in cap. nulli col. 12. de rebus Ecclesiæ non alienan. Rodoan. q. 2. c. 45. & stante verbis generalibus dictæ extrauagant.

7 Non obstat, quod retrouenditio stante pacto redimendi sit simplex resolutio primi contractus, & fingitur retrò res non esse venditas, Ias. in l. ab emptione num. 7. ff. de contrahenda emptione, Masuer. in praxi in titu. de locato num. 2. quia respondetur, non propterea non dici alienationem.

8 Non obstat pariter, quod vbi in contractu venditionis est appositum dictum pactum operatur q̄ dictus contractus transeat in pignus, c. ad nostram de emptio. & vendition. c. illo vos cum ibi notatis de pignoribus, quia respōdetur, ibi hoc esse ad euadendum contractum illicitū, secundum Affl. in decis. 60.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non tenentur soluere collectas de bonis illis, ad quorum titulum sunt ad sacros ordines promoti, redditur ratio decisionis nu. 2.*

3 *Amplia in omnibus bonis patrimonialibus clericorum.*

4 *Limita in bonis emptis, & donatis ipsis clericis, quæ transeunt cum onere suo.*

5 *Bona donata à patre filio, vt ad sacros ordines promoueretur, potiuntur priuilegio immunitatis Ecclesiæ, nec viget consuetudo in contrariū nu. 6. redditur ratio nu. 7.*

7 *Immunitas collectarum est de iure diuino.*

Clerici, an possint collectari pro bonis assignatis in titulum patrimonij, ad hoc vt ad sacros ordines promoueatur.

DECIS. CCXCVIII.

1 FVit resolutum negatiuè, & sic quod Clerici minimè possint collectari pro bonis assignatis in titulum patrimonij, ad effectum suscipiendi sacros ordines, vt habetur nouissimè per Martam de iurisdict. part. 4. cent. 1. casu 12. nu. 45. vbi inquit, quod si pater fundum, aut domum dederit filio pro consequendo Sacerdotio in titulum patrimonij, statim bona translata libera efficiuntur à tributo præstando, argum. textus in l. cum facultates C. de his qui numer. liber. se excus. sequuntur Cardin. & Præpos. in cap. tributum 11. quæst. 1. & glos. in cap. secundum 23. quæst. 8. Gemin. cons. 113. Campagn. in extrauagant. vnica num. 242. de vita, & honest. cleric. Vasq. de success. creat. §. 10. num. 953. & sequen. l. quoniam in prioribus C. de inofficioso

2 testamento, cum illa bona dicantur quasi quædam spiritualis merces, pro seruitijs Ecclesiæ exhibendis, glos. in cap. Episcopus de præbend. Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. num. 13. Nauarr. cons. 12. num. 1. de censibus, & alij relati per Couarr. variarum resolut. lib. 1. cap. 4. num. 4. lib. 1. vbi licet teneat contrarium, tamen cum alleget friuolas rationes, & fundamenta, eius opinio non placuit, vide Redoan. de rebus Eccles. non alienan. quæst. 50. cap. 13. nu. 3. cum sequen. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 6. num. 20. & videntur facere disposita per Sacrum Concil. Trident. de reformatione sess. 21. c. 2. & iuxta hanc opinionem decisum refert Antonin. variarum resolutio. lib. 1. resol. 88. vbi inquit, sic indistinctè vidisse seruari in hoc nostro Regno Neapolis.

Et hæc decisio confirmabatur, cum secundum

3 veriorem, & receptiorem opinionem Doctorū bona etiam patrimonialia clericorum sint immunia, & exempta à collectis, tàm de iure diuino, vt in Genesi cap. 47. & Esdr. cap. 8. latè Leon. in Thesaur. For. Ecclesiast. part. 1. cap. 14. num. 1. cum sequent. Azor. institut. moral. lib. 5. cap. 12. per totum, quàm dè iure positiuo, cap. quamquam de censibus in 6. Clement. fin. eod. titu. cap. cum non minus, & cap. aduersus de immunit. Eccles. cap. cum non ab homine, de iudic. cap. generaliter §. nouarum 16. quæstio. 1. cap. in qualibet, & cap. secundum canonicum 23. quæst. 8. Cacheran. decis. 68. Guid. Pap. decis. 382. Surdus decis. 20. num. 10. & decis. 160. num. 10. Caualc. decis. 22. num. 27. cum sequen. par. 2. Antonin. variarum resolutio. lib. 1. resolut. 97. vbi in causa solutionis collectarum vertente inter Clerum Maceratensem ex vna, & Sindicum, siuè Agentem dictæ Ciuitatis ex altera ait, resolutum fuisse, dictum Clerum minimè teneri ad solutionem collectarum pro eorum bonis patrimonialibus, & sic seruari in hoc nostro Regno Neapolis testatur Isernia in lib. feud. quæ sint Regal. versic. extraordinaria collatio, ex-

4 ceptis bonis emptis, & donatis, quæ in hoc Regno transeunt cum onere suo, quòd tamen est intelligendum de oneribus realibus, & inuaria-

5 bilibus, vt alias dixi, & adeo verum est, quod bona donata à patre filio, vt ad sacros ordines promoueretur, potiantur priuilegio immunitatis Ecclesiasticæ, vt secundum Antonin. in dict. resolut. 88. sub num. 2. neque aliqua consuetudo

6 in contrarium veniet attendenda, tùm quia immunitas præfata est de iure diuino, cui consue-

7 tudo etiam immemorabilis non potest derogare, d. cap. quamquam, ibi (consuetudine non obstante) Farinac. de inquisit. quæstio. 8. num. 3. Crauet. cons. 96. latè Azor. institut. moral. d. lib. 5. cap. 12. versic. dubitari posset, tum vti consuetudo contraria Ecclesiasticæ libertati, Abb. in cap. Massana num. 6. de elect. Leon. in Thesaur. fori Ecclesiast. d. cap. 14. nu. 34. tum quia in tali consuetudine introducenda requiritur scientia, & patientia Papæ, secundum Caualc. in dec. 31. nu. 82. cum seq. par. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quotuplex sit.*
2 *Coniux fidelis, vt possit matrimonium contrahère, relicto altero Coniuge infideli, quid debeat seruare.*

Infidelis qui in infidelitate contraxit matrimonium, conuersus ad fidem si velit contrahere aliud matrimonium, an teneatur requirere Coniugem habitantem in partibus infidelium.

DECIS. CCXCIX.

1 MAtrimonium tripliciter posse considerari testantur omnes in cap. quanto de diuortio; primo modo, vt est in officium naturæ, scilicet vt est contractus ad generis humani propagationem; secundo, vt est in remedium concupiscentiæ; tertio modo, prout est sacramentum à Christo Domino nostro institutum, inter infideles potest contrahi matrimonium, atque constare, quatenus est contractus naturalis, & concupiscentiæ remedium, quod vinculum erit indissolubile nisi Dei præcepto, causa Religionis dissoluatur, Magister sentent. 4. dist. 39. vbi Doctores maximè Sot. quæst. vnica conclus. 1. D. Thom. in addit. 3. par. quæst. 56. art. 2. Ang. matrimo. 3. imped. 10. num. 1. Syl. matrim. 8. quæst. 10. per tex. in cap. gaudemus de diuort. Nauarr. cap. 21. num. 48. Victor. num. 294. Matrimonium autem prout est sacramentum contrahitur inter fideles, secundum D. Thom. & communem omnium, Sot. super conclus. 2. ex
2 quibus omnibus videbitur dicendum, Coniugem fidelem, qui alias cum infideli contraxit, vt possit matrimonium contrahere teneri requirere coniugem existentem in partibus infidelium; verum in Curia Archiepiscopali pluries fuit seruatum, quod si infidelis conuertatur ad fidem, vt possit matrimonium contrahere cum altero fideli, non tenetur requirere Coniugem infidelem habitantem in partibus infidelium, an velit secum cohabitare, iuxta cap. gaudemus de diuort. siquidem non est requirendus, vbi ex coniecturis apparet nolle cohabitare, & non est verisimile, quod coniux infidelis cum periculo vitæ, & libertatis velit adire partes Christianorum, & cum Coniuge fideli cohabitare, Abb. in d. c. gaudemus, Ledesma in tract. de matrimonio q. 15. & 12.

SVMMARIVM.

1 *Filij illegitimi clericorum non possunt habere beneficia in ipsa Ecclesia vbi patres eorum ministrauerunt.*
2 *Illegitimus dicitur irregularis.*
3 *Nomen filiorum collectiuum non comprehendit plures personas.*
4 *In dubio à propria verborum significatione non est recedendum.*
5 *Nepotes appellatione filiorum non continentur.*

Textus Concilij Tridentini in cap. 15. sess. 26. de Reformatione, vbi pbatur, quod filij illegitimi Clericorum non possunt habere beneficia in ipsa Ecclesia, vbi patres eorum ministrauerunt, an ad Nepotes extendatur.

DECIS. CCC.

1 SAcrum Concilium Tridentinum sess. 26. cap. 15. de Reformat. disponit, quod filij illegitimi clericorum non possunt habere Beneficia in ipsa Ecclesia, vbi patres eorum ministrauerunt, ideo prætendebat quidam Prælatus idem procedere in Nepotibus Clericorum, asserendo nec ipsos posse habere Beneficia in illa Ecclesia, in qua ipsorum patrui ministrauerunt, mouebatur forsan per tex. in l. liberorum ff. de verbor. signific.

Tamen Curia nostra totum contrarium censuit, vnde licet quod prædicta dispositio Sacri Concilij, Nepotes non cũprehendat, iuxta Glo. in cap. Apostolici 8. q. 1. & in cap. 1. 56. dist. quæ ibidem dicunt communiter receptas Bellamer. num. 3. & Præpositus num. 20. Salzed. in addit. ad Diaz in pract. crim. cap. 28. Gueuara in l. 7.
2 de potestat. legati nu. 313. quia licet illegitimus sit irregularis, per tex. in cap. 1. de filijs presbyterorum; nam tradit Rebuff. in pract. Benefic. in part. de dispensatione super defect. Natal. fol. 407. Irregularitas non extenditur vltra casus à iure expressos, cap. is qui in fine principij de sententia excommunic. in 6. & quia in dispositionibus odiosis, & onus continentibus filiorum appellatione nepotes non continentur, nec ad eos extenditur dispositio ex vi comprehensiua, seù interpretatiua, ita Bar. in l. liberorum, vbi cæteri Scribentes. & in l. iusta interpretatio de verbor. signific. & ibi Alciat. l. quod si nepotes, vbi DD. ff. de testam. tutel. Tiraquell. de primogen. q.
3 40. num. 55. & 56. cum collectiuum illud Nomẽ filiorum non sit aptum plures personas complecti, vt liberorum nomen posteriorũ descendentium, & similium; Dec. conf. 223. num. 4. Paris. cons. 47. num. 50. volum. 3. Caldas in l. si curatorem glos. fine curatore num. 47. C. de in integr. restit. Soccin. Iun. cons. 126. nu. 27. vol. 1.
4 Item quia in dubio à propria verborum significatione non est recedendum l. non aliter, in principio ff. de leg. 3. l. si alij ff. de vsufruct. legat. & de verbis legis idem resoluit Sesse de inhibit.
5 cap. 4. §. 1. num. 19. Atqui appellatione filiorum Nepotes propriè non continentur, vt est casus in l. libertum in princip. ff. de excusat. tutor. in l. qui si Nepotes ff. de testam. tutel. & sic videmus, quod in testamentaria dispositione Nepotis appellatione non venit pronepos l. Gallus §. instituens ff. de libe. & posthum. secundum communem, & meliorem intellectum, ergo multo minus

nus

nus filij appellatione nepos cōtineri debet, quia plus habet diuersitatis nomen filij in nepote, quam nomen nepotis à pronepote, & hoc argumento vtitur Aret.conf. 145. nu. 2. dum firmat legatum factum filijs non videri relictum nepotibus, vt etiam eandem sententiam sequitur Bald.conf. 186. lib. 4. qui dicit hanc esse veritatem, nisi ex coniecturis appareat latitudo voluntatis, tenent etiam Cyn. & Imol. in l. gallus §. instituens ff. de liber. & posthum. latè Alex. conf. 1. num. 25. cum seq. volum. 1. Gozadin. conf. 36. num. 3. cum seq. Zas. conf. 7. num. 5. lib. 1. vbi dicit in dubio generaliter filiorum appellatione venire filios tantum primi gradus, & pro hac etiam opinione consuluerunt Curt. Iun: conf. 57. & conf. 111. n. 2. Alciat. conf. 2. nu. 21. cum seq. lib. 8. & conf. 31. nu. 73. lib. 9. vbi dicit hanc opinionem videri veriorem, & communiorem, vt in legatis, & fideicommissis, quæ hæredi scripto soluenda iniunguntur filiorum appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Subditus, & Diœcesanus Episcopi tripliciter quis fieri potest.*
2 *Episcopus originis est Episcopus loci in cuius diœcesi ordinandus natus est.*
3 *Originarius, seu oriundus dicitur à propria origine.*
4 *Origo patris etiam inspicitur ad ordines suscipiendos, ita vt possit ordinari ab Episcopo illius loci.*
5 *Originis locus secundum ius ciuile etiam dicitur ille, in quo pater natus est.*
6 *Oriundus dicitur è natiuitate propria, vel paterna.*
7 *Originarius vt quis dicatur non solum requiritur, vt quis natus sit in loco, sed quod parentes ibi domicilium contraxerint.*
8 *Literæ Apostolicæ dispensationis, vel beneficij non dicuntur subreptitiæ, in quibus quis diceret se oriundum ex Ciuitate Neapolitana, cum re vera esset oriundus ex alia Ciuitate, si ipsius pater in dicta Ciuitate Neapolitana natus sit.*
9 *Dictio, De, naturalitatem, seu originem importat.*
10 *Dictio, Ex, naturalitatem exigit, nec est ciuili contenta.*
11 *Habitatio solum facit incolam, seu domiciliariū, non tamen ortum, seu oriundum.*
12 *Originarius non dicitur nepos illius loci, in quo Auus natus est, ad effectum, vt possit ordines suscipere.*

An ratione originis Auernę possit quis ordinari ab aliquo Episcopo.

DECIS. CCCI.

1 CVm in Curia Archiepiscopali tractaretur de puniendo quendā clericum, qui ordines sumpserat ab Episcopo sui aui paterni, fuit dubitatum, an id de iure fieri potuisset, & dicebatur, quod tripliciter quis efficitur subditus, & diœcesanus Episcopi, ratione scilicet originis, ratione domicilij, & ratione beneficij, cap. cum nullus de temp. ordinat. lib. 6. Fr. Eman. quęst. regul. tom. 1. quæst. 18. art. 4. Paul. Comitol. responsf. moral. lib. 6. quæst. 46. Fornar. de sacram. ordinis cap. 5. num. 6. Praxis Curiæ Episc. par. 1. cap. 1. à num. 8. pag. 27. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 24. num. 1. Quaranta in summa Bullarij verbo Ordo, Leon. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 44. dub. 19. num. 92. & Nos in praxi fori ecclesiast. decis. 298. in 1. edit. & resolut. 257. in 1. editione, Campanil. in diuers. iur. canon. rub. 9. cap. 8. num. 8. cum seqq. Bonacina de sacramentis disput. 8. quæst. vnica punct. 4. a num. 8.
2 Episcopus originis est Episcopus loci, in cuius diœcesi natus est is qui ordinandus est, glos. in cap. 1. de vsuris lib. 6. verbo alienigenas. l. qui ex vico ff. ad municip. Io. And. in d. cap. cum nullus nu. 3. Henriq. d. lib. 10. cap. 22. §. 2. Campan. d. cap. 8. num. 9. Praxis noua Episcop. d. cap. 1. num. 9. Bonac. dicto punct. 4. nu. 13. Vgolin. de potest.
3 Episc. c. 26. §. 1. Originarius enim, seu oriundus dicitur à sua propria origine, vt probant tex. in l. 4. Cod. de incolis lib. 10. & l. 1. ff. ad municip. Boer. decis. 272. Ludou. Perus. decis. 3. num. 15. & Nos dicta resolut. 257. num. 2. vbi etiam quis baptizatus est inde trahere originem dicitur, & per librum Baptismi probari potest origo, Rebuff. in tract. de pacificis possess. num. 217. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. §. 1. à num. 105.
4 Origo etiam patris inspicitur ad ordines suscipiendos, ita vt quis ratione paternæ originis poterit ordines suscipere ab Episcopo loci, in quo eius pater natus est, ita praxis Episcop. part. 2. verbo dimissorię, pag. 40. Paul. Comitol. d. lib. 6. quæst. 45. gl. in d. cap. cum nullus, verbo alienigenos Bonacina dicto punct. 4. n. 13. Vgolin. d. cap. 26. §. 1. num. 4. Guttier. de matrim. c. 63. num. 29. Campan. dict. cap. 8. num. 9. & Nos vbi supra num. 4. Prosper de August. ad Quarantam in summa Bullarij verbo Ordo vers. quoad tertium, Nauar. conf. 19. de temp. ordinat. Ius enim
5 ciuile indicat locum originis eum esse, in quo eius pater natus est, ex l. assumptio §. 1. ff. ad municip. & l. si vt proponitur C. de incolis lib. 10. Alciat. in l. 142. num. 4. ff. de verbor. signif. Et
6 oriundus dicitur à natiuitate propria, vel paterna, Ias. in l. huiusmodi §. legatum num. 18. ff. de legat. 1. Mandos. ad regul. Cancel. regul. 16. q. 40. Ioseph Gonzal. Flores var. cap. 36. à num. 3. Ioseph de Sesse Aragoniæ decis. 30. Lexicon iuris ciuilis verbo oriundus, Garcia Toletan. in lucerna rubricarum trium librorum Codicis super dictam rubr. de incolis lib. 10. nu. 2. Imo vt quis dicatur originarius non solum requiritur
7 vt sit natus in loco, sed quod parentes ibi domicilium contraxerint, DD. in cap. Rodulphus de rescriptis, Rota Romana in nouis decis. 327. nu.
8 3. par. 1. Ex quibus infero, subreptitias non esse litteras Apostolicas dispensationis, vel beneficij, in quibus si quis diceret quis se oriundum ex Ciuitate Neapol. cum re vera esset oriūdus ex alia Ciuitate, si eius pater in dicta Ciuitate Neapolitana natus sit, ita resolutum asserit Anton. variar.

riar. resolut. lib. 1. resolut. vlt. casu 33. Quamuis Nicol. Garc. de beneficijs parte 7. cap. 9. nu. 25. asserat verbo oriundus ex stylo accipi pro orto, nam de titulo non constat, nec de eo, testatur Mandos. dicta quæst. 4. num. 3. quem ad hoc refert. Hinc etiam sequitur subreptitias non censeri Apostolicas litteras, si aliquis dicat se esse de tali loco, cum in illo non fuisset natus, sed tan

9 tum eius parens, quia etiam si dictio, De, naturalitatem, seu originem importet, vt probat tex. in l. 1. ff. ad municip. Surd. decis. 129. num. 15. sub nomine origo non tantum intelligitur propria, sed etiam paterna, vt dictum est, ita etiam

10 dicitur, quando addita fuerit dictio, Ex, quæ etiã si naturalitatem exigat, nec sit ciuili contenta, vt post multos probat Pereira de potest. eligendi cap. 13. num. 21. verificantur enim huiusmodi dictiones data in illo loco origine paterna, non tantum ad illorum verificationem sufficit habere ibi beneficium, seu domicilium, etiam si

11 illud habitum sit per decem annos, & vltra, illa enim habitatio solum facit incolam, seu domiciliarium, non tamen ortum, seu oriundum, l. 1. cum seqq. Cod. de municipalib. l. 2. C. de incolis lib. 10. Lopez l. 2. verb. Maguer, vers. aduerte tamen tit. 24. part. 4. Quamuis ex origine patris filius dicatur oriundus, seu originarius illius loci, in quo pater natus est, vt diximus, succedatque in muneribus, & honoribus, tam personalibus, quam realibus, non modo temporalibus, verum etiam in spiritualibus, quemadmodum notatur per Boer. decis. 13. nu. 13. Guttier. cons. 7. nu. 1.

12 Tamen fuit conclusum ex origine Aui Nepotem nõ dici originarium illius loci, in quo Auus natus est, ad effectum suscipiendi ordines, vt per Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 7. §. 1. nu. 15. quẽ nos retulimus, & vsitati fuimus in praxi resolut. 252. part. 1. num. 5. & ita etiam tenet Vgolinus de potest. Episcop. cap. 26. §. 1. post numerum 4. vers. excipitur.

SVMMARIVM.

1 *Assassinus dicitur ille, qui ad locum perpetrandi delictum se contulit, licet homicidium non fuerit sequutum, sed vide nu. 2.*

3 *Pœna assassinii non punitur ille, qui ad actũ proximum deuenit.*

Assassinus an dicatur is, qui non peruenerit ad alium actum proximum, quam se conferendo ad locum, vbi erat patrãdum assassinium.

DECIS. CCCII.

INstabatur in Curia Archiepiscopali esse concedendam licentiam extrahendi quendã ab vna Ecclesia, sub prætextu, quod esset assassinus, pro cuius assassinij probatione adducebatur, quod ille, qui assassinium perpetrare volebat, se iam

1 contulerat ad locum vbi erat committendum assassinium, licet illud non sequutum fuerit, & ad hoc per Aduocatos talis partis facientis instantiam allegabatur doctrina Cassanei, quam refert Nouarius in pragmat. Regni 1. sub rubr. de assasinio, qui tradidit, assasinum dici illum, qui non peruenit ad alium actum proximum, quã de conferendo se ad locum vbi erat patrandum assassinium, & ita decisum dicit apud Senatum Mediolanensem.

2 Verum pro contraria parte dicebatur, esse denegandam talem facultatem extrahendi, quæ pro vero habendo in hoc casu non esse inductũ assassinium, prout ita in puncto iuris, & de æquitate saltem dicit nouissimè idem Nouarius in sua centuria quæstionum forensium quæst. 84. artic. Nec in eadem materia desinat notare, vbi refert sic iudicatum in vna Curia Episcopali Regni.

Pro qua opinione facit doctrina illorum asserentium non esse puniendum pœna assasinij illum, qui ad actum proximum deuenit, & hominem non occiderit, maximè pro gaudenda immunitate Ecclesiæ, ex latè traditis per Farinac. in pract. crim. quæst. 123. num. 115. & nouissimè in tract. de immun. Ecclesiæ cap. 8. nu. 123. circa finem, vbi dubitat de opinione Guttierez contrarium tenentis, in quæst. ciuil. lib. 3. quæst. 7. nu. 26. & seq. vbi latè suam opinionem defendit.

4 Hæc considerabantur breuiter, sed nihil fuit resolutum, quoniam delinquens ille fugam arripuit ab illa Ecclesia, & sic articuli decisio non fuit promulgata.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS OMNIVM TAM RERVM, QVAM VERBORVM scitu,& notatu dignorum, quæ in hisce Decisionibus continentur, denuò ordine alphabetico digestus

A IOANNE DOMINICO BOVE NEAPOLITANO.

B

Carce-

Cleri-

D

Dele-

Dilatio

Dormire

Exce-

F

Forma

b 2 Impe-

Iudex

Litteræ

Mentio

N

INDEX.

Pactum,

P

Pœna

Possi-

Reus,

Stu-

contra

Testis

V

Verbe-

FINIS.

Imprimatur.

Alexander Boschius Vicar. Gener.

Lęlius Abbas Tastius deput. vidit.

Fr. Saluator Penna Carmelita deput. vidit.